Ead. l. 3. *Τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται*) Jubebat *Solan.* in marg. conferri Prometh. c. 6. Sed cum aliter distribuerit capita *Hemsterhusius*, vide jam cap. sive §. 9. f. ibique varias lectt. et notas *Graevii*, *Solani*, et *Hemsterhusii*, et cognosces, *ἐργάζεται* atque *ὀργίζεται* saepe commutari. Verum ut ibi pro *ἐργάζεται* dederunt *ὀργίζεται*, ita hic vicissim *ἐργάζεται* quis mallet, qui non contulerit sequentia. At si mox videas verba, *τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους*, idemque repetitum in c. 3. et 8. non dubitaveris, *ὀργίζεσθαι* et hic verum esse. REITZ.

Pag. 2. l. 9. *Τοῦτο τὸ τοῦ π.*) Ed. *Fl.* hic secutus sum. SOLAN.

Ead. l. 16. *Τῆς οἰκίας*) Antiquiores Edd. *τοῖς*, male. Vid. Alex. c. 19. *ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας.* SOLAN.

Pag. 3. l. 1. *Προὼην — ἐπὶ βοήθειαν*) Conf. mox cap. 13. *νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος* etc. SOLAN. Quid *Reitzio* acciderit, quum *ἐπὶ βοήθειαν* edidit, omisso articulo *τὴν*, et tamen in variis Lectt. ex Hag. 2. lectionem *ἐπὶ τὴν βοήθειαν* commemoravit, non conjicio; nisi hoc suspicer, eum unam Hagenoensem Ed. 2. inspexisse, et praeterea caecum *Solani* vestigia pressisse, qua eadem caecitate *Bipp.* et *Schm.* secuti sunt *Reitzium*, licet hi jam *Belini* narratione ac judicio attentiores reddi potuissent. Nam non solum Codd. Pariss., probante *Belino*, articulum suppeditant, sed etiam omnes, quarum mihi inspiciendarum copia est, Editiones, nempe A. 1. et 2. B. 1. et 3., eundem plane ostendunt. LEHM.

Pag. 4. l. 8. *Προσωρώμην δὲ — μὴ δὴ ὀργίζεσθαι* etc.) Pro *Μὴ δὴ Marcilius* legit *μὰ Δί'*, Multum, fateor, hic debemus *Marcilio*, qui si minus ipse veram dat lectionem, tamen ad ve-

ram, quantum apparet, aditum facit. Legendum scilicet *νὴ Δί'*. Numquam fere *μὰ Δί'*, nisi si vel sequatur, vel intelligatur negatio, usurpant Graeci. Sequitur quidem et hic negatio; at eam ad *μὰ Δί'* referri non posse, clarum est. Periodi hujus sensus paullo difficilior fugit interpretem. Abdicatus dixerat, se, ubi primum a patre abdicatus esset, bono animo excessisse domo, reliqua vivendi ratione ostensurum, se falso a patre fuisse insimulatum; nec non studiis honestissimis operam daturum. *Praevidebam autem tale quid*, inquit, *et profecto suspecta mihi erant patris mei, ut qui non satis firma esset mente, injusta ira, et calumniae contra filium structae, (nec deerant, qui haec furoris principium existimarent) et minae, et velitatio mali, haud ita multo post invasuri, odium sine caussa* etc. *Ἀδίκως ὀργίζεσθαι* et *ἐγκλήματα ψευδῆ συντιθέναι* tanquam substantiva sunt considerandа; veluti saepe infinitivi, etiam sine, caeteroquin solenni, articulo sumuntur. Jens. *Προεωρώμην δὲ καὶ — συντίθεται*) Locus hic sanus non videtur. *Guyet.* Ita in nott. Mss. *Guyeti* conscriptum invenio; nempe *συντίθεται* pro *συντιθέναι*, quod unde habeat, non video; *συντιθέναι* enim ubique constanter invenio: sed forte est aberratio ejus, qui has notas descripsit, et menda, quam *Guyetus* indicare voluit, latet in *μὴ δὴ*, quod h. l. pro *ἤδη* legebatur in Edd. de quo statim agetur. Reitz.

Ibid. Καὶ ὑπώπτευον μὴ δὴ ὡς οὐ σφόδρα) *Καὶ ὑπώπτευον, μὰ Δί', ὡς οὐ σφόδρα.* Similis menda etiam *Demosthenis* Olynthiaca II. quae vulgo I. numeratur, ad quam ea de re dixi. Marcil. *Καὶ ὑπώπτευον μὰ Δί'*) Non modo *Marcilianam* illam emendatam a *Jensio* conjecturam probo, sed illud insuper arbitror, excidisse articulum *τὸ* ante *ἀδίκως*, quo restituto omnia recte cohaerebunt. Ita certe interpretatus sum. Gesn.

Ead. l. 9. *Μὴ δὴ*) Alii aliter: ego *ἤδη* legendum censeo. Vide tamen Saltat. c. 83. Solan. *Ἤδη*) *Μὰ Δί'* recte *Gesn. profecto* verterat; sed quia *ἤδη* ex Cod. est, id recepi, et *jam tum* reposui. Reitz. Notionum *προορᾶσθαι* et *ὑποπτεύειν* mutua ratio impedit, quo minus *μὰ Δί'*, vel potius *νὴ Δί'*, h. l. admittas. Formulae autem *νὴ Δία* natura et usus, de quo alibi uberius dictum (Tom. I. p. 227. sq.) fert, non imbecilliori, sed fortiori, eam apponi notioni; quod h. l. contra foret. Haud dubie itaque genuinum est *ἤδη*, quod *Junt.* servavit. Ceterum *Jensii* parenthesi non opus habemus. Voci *ταῦτ'*, quae Objecti loco fungitur, adnectit declamator *καὶ ἀπειλὴν* etc. non lectissimo quidem ordine, sed ita tamen, ut cum hac figurata oratione minime pugnare videatur. Lehm.

Ead. l. 13. *Καὶ νόμον*) *Mores*, vertebatur. Verte, *legem asperam.* Guyet.

Pag. 5. l. 4. *Φιλοκρινούντων*) Cf. infra Phalar. 2. §. 9. SOLAN.

Ead. l. 17. *Προπατόρων*) Non ineptum quidem loquendi genus, pro auctore, inventore, patrem dicere; ab egestate tamen profectum, ut judicat *Casaub.* ad *Athen.* I, 1. *Ἀθήναιος μὲν δ τῆς βίβλου πατὴρ*, dicens: Non habent Graeci cum omni sua copia, quomodo *auctorem* Graece dicant; et ideo modo *patrem libri* dicunt, modo aliter etc. REITZ.

Pag. 6. l. 1. *Οἵ φασι*) *Hippocrat. περὶ τέχνης.* VORST.

Ead. l. 4. *Ἕκαστον*) Videtur aliquid excidisse: aut qui fit, quaeso, ut haec vox in singulari numero legatur? SOLAN. Videtur *Solan.* *ἕκαστον* masc. gen. accepisse. Sed neutr. est, et recte se habet. REITZ. Praeferendam tamen putat *Belinus* Mss. Regg. 2955. et 3011. lectionem *ἕκαστα*. BIP. *Schmiederum*, qui Parisiensem lectionem *ἕκαστα* recepit, tanto facilius sum secutus, quum eandem illam et Gorl. habeat. LEHM.

Ead. l. 8. *Τῷ μισεῖν*) Usitatius *τοῦ μισεῖν* sed uti tum subauditur *ἕνεκα*, ita jam intellige *ἐπί*. REITZ.

Ead. l. 13. *Ἐπῆγον τὴν ἴασιν*] *Gesnerus: curationem, quo tempore coeperam, ursi. Belinus*, satis quidem acute, neque tamen, credo, vere conjiciens *Gesnerum* *ἐπεῖγεν* vertisse pro *ἐπῆγεν*, neque vulgatorum verborum sententiam intelligens, modo *ἠγγύων* (vertit *spospondi*) modo *ἐπήγγελλον* edi vult, utrumque adeo sinistre, ut ne verbo quidem ad refutandum opus sit. *Wielandius* in his verbis reddendis non magis fuit felix; vertit enim ad versionem magis *Gesneri*, quam ad Graeca verba: *ich setzte die Cur von dem Augenblick an, da ich sie unternommen hatte, ununterbrochen fort.* Propior longe verae auctoris menti fuerat *Erasmus*, sic interpretans: *adhibui curam, observato tempore idoneo.* Scilicet, quod antea jam medicus reus dixerat: *ἐπεχείρουν ἤδη, καὶ τὸ φάρμακον τεθαῤῥηκότως ἐνέχεον*, hoc idem nunc, scrupulis quibusdam, quibus a curatione deterreri facile potuisset, enarratis, ad reliqua persequenda quasi transeundo ita pronuntiat: *πλὴν ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ἀποδειλιάσας* (supra erat *τεθαῤῥηκότως* — — *ἐπῆγον* (supra *ἐπεχείρουν*) *τὴν ἴασιν ἐν καιρῷ τῆς ἐπιχειρήσεως*, i. e. *aggrediebar* (proprie quidem *adducebam, admovebam, adhibebam*) *curationem eo ipso tempore, quod huic conamini maxime videretur idoneum.* Sic omnia per hunc locum et plana sunt, et sana, ut medica certe curatione non videantur indigere. Cf. infra c. 16. phrasin *τὴν τέχνην ἐπάγειν*, de eadem re adhibitam, oppositamque ibi formulae *εἴκειν τῷ πάθει*. LEHM.

Pag. 7. l. 4. *Δὴ*) An *δέ*; SOLAN. Ita marg. A. 1. W. et

Cod. 3011. quamquam hic ordine verborum paullum immutato. LEHM.

Ead. l. 6. *Μελλήσας*) In plerisque Edd. *μελήσας* unico *λ*, ut et in Rhet. Praec. c. 18. et apud *Xenoph.* Cyrop. I, 41, 5. (Sed emendare jubet *Steph.*) At alibi saepius et rectius *μέλλω* duplici *λ*, ut Phalar. I. c. 9. SOLAN.

Pag. 8. l. 9. *Καινὸν*) Ita L. uti conjeceram. In reliquis *κοινόν*. SOLAN.

Ead. l. 12. *Καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον*) Et hanc esse constantem edd. lectionem, collatio *Solani* indicat, nec immerito id investigavit; conjicias enim *τοῦτον* pro *τοῦτο* legendum, ut ad medicum referatur: nam si neutro genere effertur, nimis multa videntur relinqui intelligenda, licet analoga exempla non desint, ut supra Prometh. §. 4. f. *καταχρήσασθαι σοφιστικὴν, οἷος εἶ σύ*, et similia; verum sic a visu ad auditum transire insuetum videtur: at si *τοῦτον* legam, nondum mihi satisfacio tamen; quia sic sermo redditur ambiguus; nam nescias fere, utrum illud *μόνον* tum quoque mascul. gen. sit accipiendum, an adverbialiter; ubi mascul. genere acceperis, significabit, *si audierit medicum, qui solus loquitur, aliis tacentibus.* At hoc absurdum hic est, ideoque adverbium erit *μόνον*, et *tantummodo* significabit *Luciano*, qui de ambiguitate non cogitavit. *Cic.* ad Fam. XII, 27. scribens, *Quod si, ut es, cessabis*, relinquit intelligendum, ut es *cessator. Sallust.* Jug. 66, 2. *Igitur Vagenses, quo Metellus praesidium imposuerat*, i. e. in quod oppidum Vagensium. REITZ. *Τοῦτο Gesnerus* intellexit *nomen medici;* recte quidem, modo ne Graecam vocem *ὄνομα* subaudiri velis, sed accipi omnino de re medica, mulieri in auxilium vocanda. De emendatione lectionis ne cogitandum quidem est, minime omnium de *Schmiederiano τούτου*. LEHM.

Ead. l. 13. *Ὅπερ καὶ αὐτὸ τοῦτο*) Ecce tria pronomina conjuncta; quod non insolens est Graecis. Sic fere *Ael.* V. H. II, 13. ante med. *τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα.* Et *Aristot.* de Gen. animal. III, 6. pr. *Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ.* Quem supra credo in Dial. Hermot. jam ad partes vocavimus. REITZ.

Ead. l. 15. *Ἀξίαν οὖσαν*) Ut multa hic sunt oblique, ambigue, figurate denique in novercam dicta, quae servare in conversione nostra studuimus: ita hic insignis est ambiguitas. Potest enim illud *ἀξίαν οὖσαν* varie accipi, *merebatur, digna erat*, quae in furorem ex invidia incideret. At privignus videri vult dicere, illam misericordia sua dignam sibi visam. GESN. Privignum id velle dicere, vel saltem videri velle, novercam esse dignam, cujus eum misereat, apparet ex c. 2. ubi ait: *ἄχθομαι — ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ χαλεπῶς ἐχούσῃ· χρηστὴ γὰρ ἦν.* REITZ.

Pag. 9. l. 11. *Ὀργίζονται — μετὰ παῤῥησίας*) Ubi narrasset Abdicatus, quemadmodum a patre novercam furentem sanare jussus, ex certissimis signis collegerit, se ei mederi non posse; tum quemadmodum id patri suo, homini rudi, persuadere non potuerit; denique quemadmodum pater eum criminatus sit, quasi se consulto huic rei subtraheret, ac imbecillitatem artis objecerit; at se illa omnia dare dolori, quo pater tum correptus fuerit: *Ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες*, pergit, *τοῖς μετὰ παῤῥησίας τἀληθῆ λέγουσι. πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δικαιολογήσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, καὶ τῆς τέχνης. Omnes nimirum* (quotquot scilicet istiusmodi calamitate obruuntur) *irascuntur iis, qui sine circuitu et fidenti animo dicunt id, quod res est. Ego vero, quantum potero, causam ad eum agam, et pro me ipso, et arte mea.* Si et mihi *μετὰ παῤῥησίας* de hoc loco sententiam ferre licet, non dubitare ajo, quin hic sit lacuna magna an parva. Etenim nihil in praecedentibus de minis patris, se filium suum secundum abdicaturum minantis; (ex quo tamen tota, quae sequitur, disputatio oritur, et ob quod integrum hoc opusculum scriptum est) continuo autem filius causam dicere incipit ante, quam id, unde causa nata est, expositum est. Quis tam *ἀσύνδετα* et praeter decorum desultoria ab *Luciano*, artificiosissimo scriptore, credat esse profecta? Adverte animum, Lector, et mecum deplorabis politissimi hujus opusculi vulnus haud sanabile, nisi ab integriori Codice. Jens. Ego vero nihil hic vulneris video. Satis edoctus lector ipso argumento proposito, et, si dubitat, ex his, quae statim sequuntur, rem totam discit: satis judices ex patris accusatione, qua de re agatur, intellexere; nec possunt ullo modo ignorare, si paucissima post haec verba audiant. Gesn.

Ead. l. 13. *Οἷός τε ὦ*) Jubet *Solanus* in marg. conferri Prometh. c. 3. Sed vide jam Prom. §. 4. f. ubi *οἷος εἶ* quidem occurrit; verum aliter constructum: qualis constructio tamen satis illustrabitur ex iis, quae modo c. proximo, ad verba *καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον*, diximus. Reitz.

Pag. 10. l. 2. *Τὰ τηλικαῦτα ὀργίζεσθαι*) Conf. supra Prometh. §. 9. f. ubi sic restituit cum *Solano Hemsterhusius*. Confer et hujus Abdic. c. 1. et 3. Reitz.

Ead. l. 12. *Ὕδωρ ἐγχεῖται*) Jubet *Solan.* in marg. conferri infra Bis Accus. c. 15. ubi, *σὺ δὲ τὸ ὕδωρ ἔγχει*, quod ibid c. seq. iterum occurrit; sed potius videas Piscat. c. 24. ibique commentatores, tradentes, aqua veteres usos ad dimetiendum tempus, ut nos hodie arena. Sed et oratores ad clepsydram dixisse, ne orationem diutius extraherent, et alteri parti etiam spatium ad causam dicendam concederetur, dictum alio loco

ejusdem Dialogi, vel proximi. Rursum autem idem occurrit cap. 28. Pisc. ἔγχει τῷ ἀπολογουμένῳ, aliisque locis c. 24. Pisc. indicatis. Reitz.

Ibid. Λόγος ἀποδίδοται) Vide de hac phrasi *Duker.* ad *Thucyd.* III, c. 109. Quem, admonente *Hemsterhusio*, consului, videque, eum, et λόγον et λόγους διδόναι dici, probare hoc *Luciani* aliorumque testimoniis. Plurali etiam *Lucianum* uti in Reviyisc. Reitz.

Pag. 11. l. 2. Ἐφ' ᾧ) Hoc praeferendum esse alteri lectioni, quae ἐφ' ὃ exhibet, vix probatione indiget: ἀγανακτεῖν enim, vel ἀνιᾶσθαι ἐπὶ τινί, rectius dici, satis multis ostendit *Jens.* ad Nigr. c. 7. Quamquam et ἐν τινὶ recte dicitur, ut ibid. probat *Hemsterh.* Reitz.

Pag. 12. l. 5. Ὅτε) Probarem *Pelletii* conjecturam, sive ab alio ejus libri margini adscriptam; modo aliud verbum adesset, quod sensum illum exhiberet, quem *Erasmi* versio procudit, nimirum: *quos cum educabant, cujusmodi essent futuri, nesciebant.* Ac tum ὅ τι separatim scriberem: sed nihil est opus; sensus enim vulgatae est satis commodus, ut versio *Gesneriana* indicat. Reitz.

Ead. l. 8. Μηχανὴ μεταβάλλεσθαι) Id est, πρὸς τὸ μεταβάλλεσθαι, vel ὡς, ut in Dial. mort. Mercur. et Charontis, κηρὸν ὡς ἐπιπλᾶσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα. Amat autem et Noster nudos ejusmodi infinitivos. Sic *Clem. Alex.* Strom. L. IV. p. 474. Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι, — i. e. *oleum ad ungendum*; et *Aristoph.* Plut. 556. καταλείψει μηδὲ ταφῆναι, i. e. πρὸς τὸ ταφῆναι, *non relinquet, unde sepeliatur. Long.* Past. l. p. 14. f. Τοῦτο καὶ ἔσωσε Δάφνιν, χρήσασθαι καταφορᾷ ὀχήματι τράγῳ· ubi χρήσασθαι est, *quod* vel *quia utebatur*, adeoque paullo aliter, quam apud Nostrum. Sed cum Nostro idem *Longus* I, 18. δέρμα ταύρου τεμεῖν ὑποδήματα. *Alciphr.* I. Ep. 9. f. ἐπὶ addit, οἱ ἐπὶ τῷ σφετέρῳ κέρδει κερδαίνειν — ἐμφοροῦσιν ὕβρεις. Sed elliptice etiam in Novo Foedere persaepe, ut Ev. *Luc.* 2. v. 3. ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι. At haec tironum gratia. Reitz. Τίς ἔτι μηχανὴ (ἐστὶ) cum Infinitivo, ut De Merc. Cond. c. 5. et Imagg. 1. idem est, ac si legas οὐδεμία μηχανὴ (ἐστὶ) *fieri non potest*: quae phrasis imprimis nostro scriptori usitatissima est. Vid. Necyom. c. 2. Pisc. c. 4. Pro Imagg. c. 24. Icarom. c. 14. Infinitivum in hac locutione non magis mireris, quam in ἀδύνατόν ἐστι, et similibus. Quae *Reitzius* tironum gratia e penu sua depromsit, parum iis usui esse possunt. Leim.

Pag. 13. l. 3. Διαλλάττοντας) Cum nihil variant Edd. quid opus est hoc addere? Nam silentium ibi satis loquitur, i. e. ubi

nihil notamus, id indicio est, eas convenire. Verum solet *Solanus* noster sic observare consensum, quando suspicatur aliter posse legi. An igitur, quia id olim vertebatur *absolventes*, aliud verbum maluit, cum διαλλάττειν *permutare*, et *conciliare* significet? verum cum status permutationem notet, dices etiam immunitatem a poena significare, ubi poenae opponitur. At qui status permutationem subit, ille διαλλάττει, ille mutat conditionem; adeoque ibi forsan difficultatem vidit *Solanus* noster, cum *Lucianus* hic transitive uti hoc videatur, si pro *absolvere aliquem* usus est, id quod sententiae apprime conveniret, meliusque responderet praemisso λύεσθαι τοὺς νόμους· nam si *reconciliare* significet, in eo dicas non esse legum dissolutionem. Supra quidem *differre* significat, Prometh. c. 1. Ubi vid. notam *Lamberti Bos.* Immo plurimum *conciliare* notat, vid. *Thucyd.* VI. cap. 47. *Aristoph.* Vesp. 1385. et alibi frequenter hoc significatu apud utrumque: quare et hic sic accipere licebit cum *Gesnero*, eoque magis, quod non respiciatur ad omnem legum dissolutionem, sed ad hunc abdicationis casum, ac διαλλαγήν, reconciliationem cum filio, ut ipse indicat cap. sequente. Cumque illa διαλλαγὴ aboleat pristinum abdicationis decretum, recte quoque sic respondet τῷ λύειν τοὺς νόμους· dissolvit enim quod ante statutum erat. Interim et *liberare*, *absolvere*, non esset incongruum; nam si mox cap. 14. τῶν οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένος, *tantis malis solutus* significat. Pro *effugere*, *praeterire*, media forma *Aretaeus Cappadox* L. I. Περὶ θεραπείας ὀξέων παθῶν c. 10. fin. Εἰ γάρ τινες ἀπὸ ψυχροῦ διηλλάξαντο τὸν κίνδυνον. Et ne credas forsan, ibi διήλλαντο, *transilierunt*, legendum, in Edit. Oxon. additus est *Xenoph.* 517. B. διαλλάξας Μακεδονίαν, *praeteriens*, *transiens Macedoniam.* Reitz. Respicias ad illam διαλλαγήν, de qua cap. seq. circa med. Lehm.

Ead. l. 13. Προδεδαπανημένη) Non haesitavi hoc recipere ex una collatione in marg. *Aldinae Wesselinganae*, cum Edd. minus apte haberent προσδεδαπ. Hoc enim sensum postulare, pristinus jam sensit interpres, vertens, *ante consumta.* Sensit idem *Gesn.* ut ex ejus versione apparet: et licet προσδεδ. quoque eo trahi possit, alterum tamen melius esse diffitebitur nemo: quin, si prior lectio retinenda foret, ἔτι προσδεδαπανημένη potius dicendum fuisset. Reitz. Praeivit, inscio *Reitzio*, Ed. *Bas.* 3. exhibens vere προδεδαπ. Lehm.

Pag. 14. l. 8. Ἀνείληφας) Perperam in omnibus ante S. legebatur ἀνήλειφ. Solan. *Salm.* lectionem firmat Ms. Reg. 2955. Bir.

Pag. 15. l. 3. Ἐγὼ μὲν) Deest alterum εἰ ante ἀποκηρ. aut pro θέμενος, legendum θέμενον. Solan. Similiter *Schmiederus*: „Vel adsit alterum εἰ, vel absit ἤθελες." At nihil his opus est.

In δὲ post θέμενος inest vis copulae καὶ vel, quod idem est, repetitae Conjunctionis εἰ. Cf. simillimam periodum mox secuturam: εἰ δ' οἰκέτης ὢν ἐτύγχανον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον πονηρὸν οἰόμενος, ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ etc. LEHM.

Ead. l. 14. Ὁ γὰρ τὴν ἀρχὴν) Excidisse videtur negatio, ὃ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ποιεῖν κ. τ. λ. Sic jam vertit *Erasmus*. Sic, sententia postulante, et nos dedimus. GESN. Τὴν ἀρχ. hic significari *initio*, certum est; quare vides, non ubique valere *omnino, praecipue*. Confer quae dicta ad 1. Ver. Hist. §. 4. REITZ. Correxi *Gesneri* versionem h. l. non sane ferendam. LEHM.

Ibid. Μὴ ποιεῖν) Omissa negatio μὴ in vulgatis sensum funditus sustulerat: restituimus itaque ex Ed. *Junt.* in qua sola reperitur. SOLAN.

Ead. l. 7. Αὖ) Illud πάλιν, quod margo *Aldinae primae Wesselinganae* habet, glossema potius, quam varians lectio est. Nisi tamen indicare voluerit, utrumque adverbium simul in quodam Cod. legi: quod si verum foret, velim id apertius indicasset ille, qui collationem hanc adlevit; ac tum non improbarem: solet enim πάλιν αὖ conjungi, aeque ac apud Latinos *reverti rursus*, vel *iterum reverti*, quod ex *Terent.* aliisque nimis notum. Adeoque cum librarii minus periti geminatam particulam offenderent, facile fieri potuit, ut unam, tanquam superfluam, ejicerent. Etsi *Devarius* de particulis, αὖθις αὖ geminatum bis ex *Demosthene* proferens, id pro pleonasmo habere non vult; sed *contra, rursum* significare contendit contra *Budaeum:* est tamen, ubi alterutra sine sensus detrimento abesse queat, ut hic. Et an αὖθις non πλεονάζει apud *Aristoph.* Plut. 860. τὸν ἐσόμενον τυφλὸν Πάλιν αὖθις. Veluti et apud *Homer.* saepissime, ut Il. B, 276. Οὐ θήν μιν πάλιν αὖθις ἀνήσει θυμὸς ἀγήνωρ· quod posterius vel Lexica notarunt; ego numerum tantum adjungo; sed et addo Il. *E*, 257. REITZ. Pro αὖ Ms. Reg. 2955. legit αὖθις. BIP. Πάλιν αὖ vult *Schaefer.* Melett. p. 39. aut potius αὖθις e Cod. 2955. quod idem etiam *Belinus* praeferendum censuit. LEHM.

Ead. l. 10. Ἆρ' ἂν σοι πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι, αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; οὐδαμῶς· τὰ γὰρ τοιαῦτα βέβαια καὶ διὰ παντὸς κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν) Tale forte fuit Graecorum jus: sed in eo jus Romanum a Graeco differt. Nam actio ingrati competebat patrono adversus libertum ingratum, qui, si causa cadebat, retrahebatur ad servitutem per sententiam judicis. Lege *Divus* ff. de jure patronatus, et Lege *Qui manumittitur* 12. Cod. de operis libertorum, et Lege *Si manumissus* 2. et Lege *Liberti* 3. et Leg. *Libertinae* 4. Cod. de Libertis et eorum liberis. PALM.

Pag. 16. l. 11. Ἔναγχος) Jubet *Solan.* in marg. conferri princ. cap. 2. hujus Abdicati, item finem ejusdem; sed ibi per χθὲς et πρώην effertur τὸ ἔναγχος· neque magni est momenti, alioquin et loca alia ostenderem, ubi ἔναγχος, quod *Noster* amat, occurrit, ut princ. Zeux. et alibi. Reitz.

Ead. l. 13. Τοῖς τοιούτοις εὐθὺς ἀμελῆσθαι τῆς θεραπείας ἐκείνης, οὐδ' ἕνα λόγον ἔχοντα) Distingue verba hoc modo: Τοιούτοις εὐθὺς ἀμελῆσθαι, τῆς θεραπείας ἐκείνης οὐδ' ἕνα λόγον ἔχοντα. Paullo post: ἐλαύνειν τὸν ἐφησθέντα etc. verto, *ut abigat eum, qui jure possit laetari eo, quod injuria fuerat ejectus.* L. Bos.

Ead. l. 15. Ἐλαύνειν, τὸν ἐφησθέντ' ἂν δικαίως, ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐξεβέβλητο) Non video, quo pacto haec ita potuerint verti: — *ut abigat eum, qui jure sit obsecutus, cum praeter jus ejiceretur.* Ex hac versione nequaquam patet *Luciani* mens, quae haec est: *ut abigat eum, qui jure possit laetari eo, quod injuria fuerat ejectus.* Vitring. Ἐφησθέντ' habent, quod sciam, omnes: certe non vidi adnotatam varietatem. Interpretatus est *Erasmus, qui jure sit obsecutus:* neque mutant posteriores, nisi quod video *Salano* placuisse, *qui juri sit obsecutus,* quasi legi vellet pro δικαίως, δικαίοις. Ego vero, quem locum hic obtinere potuerit ἐφησθέντα, plane non video; cum vis ejus verbi ad obsequium inviti, tristis, queruli, pertinere non possit. Quomodo quaeso δικαίως *delectari* potest, abdicatus, ut sibi videtur, injuste? Neque enim de martyre vel confessore Christiano sermo est, qui gaudeat, sibi contigisse ut patiatur aliquid etc. Multo minus δικαίοις locum habet, cum, injustam fuisse priorem quoque abdicationem, ponat filius. Verbo, locus planissime corruptus, nec vero sanabilis difficulter, si et contextum orationis in consilium adhibeas, et cogites, saeculo (ut vocat *Bernardus* in erudita illa tabula) *Leonis Isaurici*, h. e. octavo Christiano, figuras literarum ε et μ itemque φ et ν misceri non difficulter potuisse. Legendum omnino videtur, τὸν μνησθέντ' ἂν δικαίως· sic optime connexa et Lucianice devincta erit oratio, quod ex interpretatione nostra intelligitur: nec dubito, addicturos esse, si exstent et excutiantur, majores saeculo Isaurici Codices. Gesn. Hanc satis speciosam *Gesneri* conjecturam etiam in textum recipiendam putavit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 253. sq. *(J. Aug. Ernesti)* Sed *J. Seagerus* l. c. p. 153. miratur *Gesneri* sententiam. Post ἐφησθέντ' ἂν subaudit τῷ (potius τῇ) νόσῳ, τῇ συμφορᾷ, aut tale quid; et explicat verba sic: *eum, qui patris calamitate, morbo, jure laetari potuisset, propterea, quod abdicatus inique fuerat.* Nec ego me tanta tantorum nominum, quanta *Gesneri Ernestii*que sunt, admiratione

captum sentio, ut propter hanc solam auctoritatem ἐφησθέντα damnandam censeam. Imo et mihi vulgata optime habere, quin etiam alteri longe praeferenda, videtur, quia elegantius sibi invicem respondent ἐφησθῆναι, ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐξεβέβλητο et μνησικακῆσαι, quam μνησθῆναι, ἐφ' οἷς ἐξεβ. et μνησικακῆσαι. Vere autem non vidit *Gesnerus*, verbis ἐφ' οἷς etc. non contineri objectum laetitiae, sed caussam ejusdem, quam sensisset filius de patris morbo; jure scilicet, quia injuria fuerat abdicatus. Lehm.

Pag. 18. l. 15. *Τυγχάνοι*) P. et L. In reliq. *τυγχάνει*. Solan.

Pag. 19. l. 4. *Μεῖζον — εὐεργεσίαν*) Admisissem lectionem marginis *Aldinae* μείζω, quia sic melius cum εὐεργεσίαν in genere fem. convenit; sed quia etiam suspicabitur aliquis, μεῖζον' cum apostropho pro μείζονα posse legi, lectoris arbitrio rem permittere malui, etsi scio, alibi ut indeclinabile quoque occurrere μείζω, unde quis conjiciat, etiam μεῖζον sic usurpari; sed hoc non satisfacit. De μείζω *Mercerus* ad *Aristaen.* epist. I, 7. ubi ἕτερα πολλῷ βελτίω — ἄγρα legitur, ait: *βελτίω nolui mutare, quia consensum video perpetuum in omnibus his vocibus, ut eas non inflectat, quamvis contra Grammaticos canones. Infra Ep. XII.* τοῦ βελτίω βίου· *XI.* καλλίω· *XIV.* μείζω. Quod ut ibi propter consensum certe mutare nolim, ita tamen, μεῖζον quoque ut invariabile in omni genere accipiendum, non sequitur; sed apostropho adjuvandum arbitror, si quid mutandum: verum potest neutrum genus esse, intellecto τι, vel χρῆμα, quod supra non semel habuimus in aliis adjectivis; ita ut et hic significet, *hoc beneficentiam tuam in majus quid evecturum puto*, vel *majus quid redditurum.* Reitz. *Schmiederus* tacite obsecutus priori *Reitzii* consilio, dedit μείζον'. Sed rectiorem formam cum marg. A. 1. W. tuitus est Codex Gorl. quam nos tanto minus dubitavimus admittere, quum τοῦτο et μεῖζον exiguo intervallo sese invicem excipientia sententiam loci conturbent. Lehm.

Pag. 20. l. 2. *Εἴκοντα τῇ τοῦ πατρὸς ἀκμῇ*) In Abdicato, filius ostendit, se patri assedisse dies noctesque, et omnia momenta observasse ejus valetudini serviendi; sed verba foedissima menda sunt inquinata: *πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με; πόσα καμεῖν παρόντα; ὑπερετοῦντα, καιροφυλακτοῦντα; νῦν μὲν εἴκοντα τῇ τοῦ πατρὸς ἀκμῇ· νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγοντα, πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ. Benedicti* versio: *Quam multa me fecisse arbitramini, quantum et exhausisse laborum? dum assideo, dum obsequor, dum opportunitatem observo, nunc cedens patris vehementiae, nunc artem admovens, morbo paullatim inclinante.* Hem, quid audio? πατρὸς ἀκμὴ est patris vehementia? Nil poterat absurdius. Πατρὸς ἀκμὴ Graecis esset patris vigor, cum in ipso flore virium et aetatis est. Verti haec non possunt, quia

nihil Graecis significant. Legendum est εἴκοντα τῇ τοῦ πάθους ἀκμῇ, *cedens morbi vehementiae.* Ἀκμὴ τοῦ πάθους est, cum morbus est vehementissimus, ut nulla patiatur remedia, cui opponitur ἐνδιδὸν κακὸν, cum remissius est malum, cum inclinat nonnihil morbus. Usus est *Lucianus* proprio medicorum verbo. Sic apud *Galenum* ἡ τοῦ παροξυσμοῦ ἀκμὴ est, cum maxime saevit febris: vide eundem in comment. in *Hippocratis* Prognost. ubi docet, quae sit ἀρχὴ τοῦ πάθους, seu νοσήματος, initium morbi, ἀνάβασις, incrementum, ἀκμὴ, cum est vehementissimus, et παρακμὴ cum inclinat, et minuitur. GRAEV. Emendationem *Graevii* certissimam, nunc etiam auctoritate L. Codicis firmatam, secuti sumus. Vide etiam *Plut.* 806. f. SOLAN. Sic fere Timon. c. 3. in. Jupiter dicitur ἀκμαῖος τὴν ὀργήν. Infra autem c. 17. versus fin. luculenter ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους. LEHM.

Ead. l. 4. Τούτων) Videtur legendum τοῦτο. Sic certe interpretatus sum. GESN. Verterat sic etiam *Erasmus.* Non tamen ideo τοῦτο legisse videtur. Τούτων non male habet. Nec τοῦτο opus est. LEHM.

Ead. l. 8. Ἀντιξεταζόμενος) Et sic habere cum *J.* etiam *B.* 2. *H.* et *Fl.* notarat *Solanus.* Quid tum? Occurrit etiam supra Dial. Mort. XII. §. 2. quod *Solanus* tamen ibi in ἀντιτάξαμενος mutare voluit; sed defendit *Hemsterhusius* vulgatam lectionem, quem vide, et cognosces, hic quoque aptissimum esse hoc verbum. REITZ.

Pag. 21. l. 1. Τοῦ νοῦ) Νοῦς cogitandi vis hic est, et imagines rerum formandi. Haec ab imperio rationis, τοῦ λόγου, *libera,* et effrenis temere huc illuc impellitur, aegreque adeo ad quietem et tranquillitatem reducitur. Quam itaque *mentis libertatem*, verbum de verbo reddidi, hanc maluissem tali circumscriptione verborum exprimere, *propter mentem excussis rationis frenis libere vagantem.* GESN. Brevius poterat, *ob licentiam mentis.* Sic Momus ἐλεύθερος τὴν γλῶτταν Deor. Concil. c. 2. et similiter saepius. LEHM.

Ead. l. 3. Ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν) Ὅταν γοῦν πολλάκις οἰήσωμεν etc. MARC. *Marcilius* pro ποίησωμεν reponit οἰήσωμεν. Vix puto, *Nostro,* Atticae dictionis observantissimo, tribui posse οἰήσωμεν, cum οἶμαι tantum in forma passiva ab eo usurpetur. Sed nulla emendatione eget hic locus, si bene modo distinguatur: nimirum distinctio requiritur post ἐλπίσωμεν· quod interpres recte quidem observavit; at minus fideliter egit in versione. In superioribus dixit Abdicatus, nullos sanatu difficiliores esse furentibus; ubi enim alii aegroti facile ad monita medicorum agant, in illos nihil esse medicis imperii. *Itaque,* ait, *cum saepe effecerimus, ut prope ad finem curationis perventum*

sit, et cum jam bonam spem conceperimus, leve aliquod peccatum incidens, malo effervescente, omnia illa facile pervertit, curationemque moratur ac reprimit, atque artem eludit. Jens.

Ead. l. 10. *Νόμους*) Lege *de ingratis* filii tantum tenebantur erga parentes, quamquam ulterius a *Petito* trahatur. Vid. *Val. Max.* V, 8. et *Xenoph. Ἀπομν.* II. *Vitr.* praef. VI. *Meurs.* Them. Att. I, 3. *Menag.* ad *Diog. Laërt.* I, 55. Solan.

Ead. l. 14. *Εἰ δὲ*) Placet conjectura *Solani*, *ὁ δὲ* legentis, sive ipse ejus auctor sit, sive aliunde hauserit; quod fere suspicor, quia notis suis non inseruit: sed tum potius mutato accentu ὅδε demonstrative legerem. Non tamen rejicio vulgatam; sed mallem, ubi *εἰ* praeferas, *αὐτὸς* mox ei subjici, quam *οὗτος*, ideoque magis ad *ὁ* inclinarem. Reitz. Quid ergo vult? — Locum corruptum esse bene vidit *Solanus*, non item, qua ratione restitui posset. Artificiose hic locus est compositus, compluribus constans Antithesibus, in quarum unaquaque *ἐγὼ*, et *οὗτος*, opponuntur; unde primum hoc patet, *ὁ δὲ* si legatur, omnem vim huic artificiosae periodo detractum iri. Simul hoc sequitur, *οὗτος*, quod cum verbis *κἂν ἀδικῇ* vulgo conjunctum supervacaneum est, sequentibus esse adnectendum. Nunc autem, quid vocibus *εἰ δὲ* faciendum sit, quaeritur. *Ἀὲ* a librariis saepe scriptum esse pro *ἐστι* e compendiorum utriusque vocis haud multum olim differentium probarunt *D' Orvill.* ad *Charit.* p. 297. et *Bast.* Epist. Crit. p. 256. sq. Quid igitur, si jam legatur: *κἂν ἀδικῇ· οὗτος, εἰ ἔστι, τὸν* etc. Sic gravissima exsistit singularum enuntiationum oppositio, quae in vulgatis verbis admodum languet. *Εἰ ἔστι* autem, *si licet, si ipsi conceditur*, modeste filius supponit, nolens judicum sententiam occupare. Lehm.

Pag. 22. l. 1. *Ἀσπάζομαι*) Sic pro *amplector, delector, Alciphr.* I. Ep. 3. f. *ἀσπάσασθαι ἀδεᾶ βίον, amplecti metu expertem vitam.* Idem I. Ep. 4. p. 20. *Εἰ τὴν πόλιν ἀσπάζῃ, si urbem amas.* Reitz.

Pag. 22. l. 9. *Γεγεννημένων*) Supra c. 10. hujus Dissert. idem *Juntinae* mendum indicavimus, quae *γεγενημ.* uno tantum *ν* habet, ut hic iterum; sed cum versu proximo *γεννήσαντος* tamen recte exhibeat, facile erat hunc errorem detegere. Reitz. In eundem errorem inciderant h. l. etiam A. 1. et 2. Lehm.

Ead. l. 10. *Οὐχ ὅπως*) Monebat in marg. *Graev. Hemsterhusius*, adeundum *Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 194. n. 31. quem supra pro Laps. c. 4. jam indicavimus. Jam vero, quia hic satis est spatii, inserere lubet: *Οὐχ ὅπως ζημιοῦν, ἀλλὰ μηδ' ἀτιμάζειν*, verba sunt *Thucyd.* L. III. c. 42. Ad quae ille: *Οὐχ ὅπως* saepissime dicitur pro *non modo non*, sequente negatione in posteriore membro orationis. *Lucian.* Pro Laps. c. 4. *καὶ οὐχ ὅπως*

Θεοῖς, ἀλλ', οὐδ' ἀνθρώποις δεξιοῖς πρέπον. Sed non minus sine ea. *Thucyd.* I, 35. *Τῶνδε οὐχ ὅπως κωλυταὶ ἐγθρῶν ὄντων — γενήσεσθε, ἀλλὰ καὶ — δύναμιν προσλαβεῖν περιόψεσθε. Lucian.* Abdicato, h. l. *ἀλλ' οὕτως — οὐχ ὅπως — μείζονα τὰ δίκαια* etc. Itaque in his particula negans non potest suppleri ex sequenti membro, quod de hoc loco *Thucydidis* dicit *Portus* in Var. Lect. Eadem in lingua Latina est ratio particularum *non modo*. Haec ille. Exempla autem alia addi possent ex *L. Bos.* de Ellips. pag. 332. Sed libellus ille omnium in manibus merito versatur. Latina exempla dedi, atque unde ex aliis, qui id jam dudum egere, peti possint, indicavi in libro de Ambiguis, Tit. *NON*, p. 380. et seq. Unde nihil repetam, nisi hoc, adiri quoque posse *Dukerum* nostrum ad *Flor.* III, 20, 3. p. 664. qui modeste refutat *Perizonium* ad *Sanct.* Min. IV, 7, 5. existimantem, *non modo* pro *non modo non* dici non posse, nisi sequente particula negativa. Reitz.

Pag. 24. l. 9. *Οὐδὲ τοῦθ' ὁ νομοθέτης φησὶ, ὅ, τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω*) Sic, non ὅτι, scribendum. *Neque id dicit legislator, pater, quodcunque tandem criminatus, abdicet.* Jens. Quod sic dividi pro vulgato ὅτι volebat *Jens.* id in *Par.* jam ita editum erat. In *Junt.* autem *Solanus* manu sua diviserat. In *Hag.* Ed. in duo quidem verba diremtum est, sed sine commate. Reitz.

Pag. 25. l. 2. *Τί τῶν πάντων αἴτια;*) *Αἰτιᾷ.* Marcil. Ferri vulgata lectio *αἴτια* non potest. Legendum necessario, ut *Marcilius* suadet, et nos correximus, *αἰτιᾷ. B.* 2. *αἰτιᾶται*, minus concinne. Solan. *Αἰτιᾷ*) Facile obsecundavi *Marcilio* et *Solano* sic legentibus, pro vulgato *αἴτια*, quia id plane necessarium. Immo et sic jam videtur legisse *Erasmus*, vertens, *quod accusat*, etsi verba *τὰ μετὰ ταῦτα δὲ* in versione neglexit. Reitz. Quum *Marcilii* et *Solani αἰτιᾷ* secunda sit persona; cf. Diall. Mortt. XIX, extr. XXVII, 7. XXVIII, 1. etc. non video, qui *Erasmus* dici *Reitzio* possit eandem lectionem vertisse: vertit enim: *deinde quid est omnium quod accusat?* Imo vertit, quod in B. 2. et 3. legitur, *αἰτιᾶται*. Neque, ut lector jam videre potest, neglexit verba *τὰ μετὰ ταῦτα δὲ*, sed reddidit per *deinde*. Ceterum etiam in *Gesneri* versione reperio *accusat*, nescio, quam ob causam adhibitum. Lehm.

Ead. l. 8. *Οὔ, φησιν*) Melius sic interpungitur. Vide locum huic similem in Dearum judicio seu Diall. Deor. XX. c. 4. (jam c. 9.) Solan. Nemo intelliget, quid *Solanus* velit, dicens, melius sic legi, et conferendum cap. 4. Dial. Dear. Judic. inscripti; ideo paucis dicam, quid sit: erat in aliis Edd. sic interpunctum, *ἀπαιτεῖς, οὔ φησιν.* In aliis *ἀπαιτεῖς; οὔ φησιν·* unde is fecit *ἀπ-*

αιτεῖς; Οὔ, φησιν· quod sine haesitatione sic edi curavi, etsi vulgata quoque satis intelligi sine mutata distinctione poterat, at nunc melior tamen est. Quod autem idem supra occurrere ait, id solam Ed. *Junt.* respicit, quam ille secutus fuisset, si sibi *Lucianum* edere contigisset. Verum recte *Hemst.* ibi ab *Junt.* lectione recessit, et οὕτω pro οὔ dedit; vid. §. 9. Dear. Jud. non c. 4. Nam alia nunc est facta paragraphorum sive capitum divisio: *Solanus* enim non satis commode illa distribuerat, fateor; cujus tamen divisionem deinceps ubique retinemus, propter permultas citationes, quarum numerus alioquin ubique foret mutandus, ad quod otium non superest. Reitz.

Pag. 26. l. 2. *Κελεύῃς*) P. solus hanc vocem exhibet omnino necessariam. Solan. Pro glossemate arcendum censet *Dorvill.* ad *Charit.* p. 257. Ed. Batav. (narrante quidem *Schmiedero* in nota his verbis subjecta: nam mihi quaerenti in meo *Charitonis* exemplari Editionis *Lipsiensis* sententiam doctissimi viri invenire non contigit) Non adsentior; adsentirer facile, si, quod sequitur, verbum προστάττῃς huic enuntiationi praecessisset, ut idem jam hic quoque subaudiri posset. Sed quum auctori in sequenti enuntiatione προστάττῃς ponere placuerit, in praecedenti non est probabile eum necessarium verbum omisisse. Lehm.

Ead. l. 8. Ἐπεί τοι ἂν τῷ γράφειν πατὴρ προστάττῃ, ταῦτα μὲν, τέκνον, γράφε etc.) Γράφειν habet quoque cum *Basileensi Aldina*; perspicue tamen, velut optime *Florentina*, γραφεῖ scribendum; quod observavit quoque interpres, *Jam si cui pictori praecipiat pater, Haec pinge, fili, non illa* etc. Paullo post, ἅρα ἂν ἀνάσχοιτο legendum. Exciderat in sequioribus τὸ, ἄν, quod antiquiores servant. Jens. Γραφεῖ emendandum, post *Vorstium* et *Jensium*, duximus, reluctantibus frustra libris, in quibus γράφειν scribitur. In *Fl.* Ed. tamen recte γραφεῖ. Solan. De voce γράφειν in γραφεῖ mutanda facile adsentior. Sed vellem, ii, qui de industria in usum criticum contulerunt vett. libros, diligentius etiam attendissent h. l. et adnotassent, pro τῷ ante γράφειν in nonnullis Edd., ut A. 1. B. 1. et 8., legi etiam τῳ sine accentu: quae haud dubie vera est lectio, ἂν τῳ γραφεῖ. At si haec vera, necessario tum etiam in seqq. vera erunt, καὶ τῳ μουσικῷ, et καὶ τῳ γαλπεύοντι, etsi in iisdem Edd. aeque ac ceteris τῷ sit editum. Nos itaque corrigere non dubitavimus. Lehm.

Ead. l. 18. Τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς, ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι) A conditione artis medicae, cujus studium erat olim cum primis honorificum, ut *Galenus* et *Erasmus* comprobant. Cogn. Conf. quae mox de privilegiis medicorum sequuntur, versus fin. hujus c. At servos fuisse medicos JCti probant ex L. 8. C. comm.

de Leg. *Sexaginta solidis aestimatos medicos utriusque sexus*, citante consult. *Zurkio* ad *Cic.* Orat. pro Deiot. c. 6. qui dicit: *Philippum medicum servum regium — esse corruptum.* Eod. cap. sub fin. *Id tibi, et medico callido, et servo, ut putabat, fideli, non credidit.* Contra, a servitute eos liberare conatur doct. *Vink*, in Amoenitt. Literario-medicis, servos illos chirurgos tantum fuisse dicens. Sed haec disquisitio integram dissertationem postularet: quare breviter dicam: distinguenda tempora, distinguendae nationes. Apud Graecos certe ab antiquioribus temporibus medici honoratiores fuere, quam apud Romanos. Multi medici fuere servi, non omnes. *Cicero* I. de Off. c. 42. Medicinam et Architecturam ab illiberalibus et sordidis artibus sejungit, et honestam ac liberalem medicorum artem vocat. *Charicles.* Tiberii Caesaris medicus, cum eo in convivio accumbebat; vid. *Sueton.* in ejus vita c. 72. De varia medicorum conditione vid. *Cellar.* antiquitt. medicas, p. 39. 40. et seqq. ubi plures indicat auctores, qui super hac re scripsere. Prodiit etiam nuper in Germania libellus, *Medicus a servitute liberatus*, quem tamen oculis subjicere nondum licuit. Reitz.

Pag. 27. l. 1. *Προνομείαν*) *Vorstius* frustra *προνομίαν* suo Codici adscripsit. Solan. Cap. seq. iterum sic occurrit, ubi tamen diphthongum *ει* in *Ald.* quoque expressam delevit eadem manus, quae variationem *προνομίας* adscripserat: hoc tamen loco idem intactum reliquit; nec ego quidquam mutatum velim. Reitz. Vere exstat *προνομίαν* in 3011., quod *Belino* probatum in textum recepit *Schm.* consentiente etiam *Schneidero* in Lex. s. h. v. Vulgata forma vel sine Codicis Paris. auctoritate non amplius stare potuit. Lehm.

Ead. l. 16. *Πατρικῆς*) Locus haud dubie corruptus; qui tamen sic interpungendo, levique additione voculae *καὶ* ante *ἀτελὴς* quadantenus sanatus videatur. Solan. Non capiet lector, quid *Solanus* sibi velit, dicens, *sic interpungendo*; nisi moneam, in Ed. *J.* ante *πατρικῆς* comma tantum fuisse, quod is in punctum minus mutavit. Sed in *Par.* tamen jam aderat illud punctum. Ego vero et alterum comma, quod ante *ἡδεσθαι* in Edd. erat, plane sustuli. Contra servavi alterum comma, quod post *ἄμοιρος* recte in *Par.* fuit, cum in *J.* punctum ibi esset. Non tamen adspernarer *καὶ* planioris stili caussa ab *Solano* insertum, ut legas, *ἄμοιρος καὶ ἀτελὴς ἡ τέχνη*. Verum non plane necessarium id videtur, modo rursum aliud comma, quod post *ἄμοιρος* est, deleas, nimirum legendo: *πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄμοιρος ἀτελὴς ἡ τέχνη* construendoque, *immunis illa ars compulsionis paternae expers est.* Et hoc ipsum tamen significatur, etsi comma post *ἄμοιρος* maneat. Reitz. Haec unice vera est auctoris mens. Vult: *quae*

publice est immunis (ἀτελὴς) *ars*, id quod sequentibus probatur, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς etc., *eadem et immunis est a patria potestate.* Ergo ἀτελὴς ἡ τέχνη Subjectum est enuntiationis, praecedentia Praedicati vice fungumtur in eadem. Neque igitur recte *Solanus* καὶ inseri voluit, neque *Gesnerus* bene ad hanc rationem vertit: — *expers, et immunis ars est.* Ceterum interpunctionem, quam *Solanus* et *Reitzius* constituerunt, eandem jam B. 1. et 3. plane ostendunt. LEHM.

Pag. 28. l. 2. Ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου) *Vitruvius* in praefatione libri VI. sic scribit: Alexis poëta Comicus dicebat, Athenienses ob eam rem esse laudandos, quod, cum omnium Graecorum leges cogant, parentes ali a liberis, Atheniensium non omnes, sed eos tantum, qui liberos artibus erudiissent. Ita *Plut.* in Solon. COGN.

Ead. l. 4. Καὶ ταύτην) Male sanae hic Fdd. in quibus omnibus illud καὶ deest. Nos ex ingenio, sed fidenter tamen in re manifesta, inseruimus. SOLAN. Hic *Solano* morem gessi in recipiendo καὶ, quia major hic est necessitas, quam supra. REITZ. Imo etiam minor necessitas, modo cum B. 3. legas et distinguas hac ratione: πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν ταύτην, δυνατὴν οὖσαν etc. Quae si ex *Solani* arbitrio mutes: secuti autem hoc arbitrium sunt recentt. omnes; perversam prorsus, et alienissimam, sententiam loco intuleris. Μία θεραπεία αὕτη nulla alia est curatio, quam novercae, quam simpliciter dicit δυνατὴν οὖσαν ob ea, quae antea disputaverat. Quodsi καὶ ταύτην δυνατὴν οὖσαν dixisset, significasset sic, nondum se de hac artis libertate egisse, sed hanc rem nunc etiam ad priora argumenta accedere; quod vide, quam totius loci indoli repugnet. LEHM.

Ead. l. 9 Μεμάθηκά σοι — οὐδὲν παρὰ) Transponantur. GUYET. Mens *Guyeti* videtur haec esse, legendum nempe ordine mutato: καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Et sic sane sensus vulgatae non cohaerens fit apertissimus. Ac parum mihi temperavi, quin ita edi curassem. Nihil enim facilius accidere potuit, quam ut integer versus a librario omissus, dein margini additus, ab eo, qui postea rursus descripsit, uno ordine serius, quam par erat, fuerit insertus. Sed quia et alio modo potest sanari, ut mox post *Gesnerum* dicam, nihil in contextu mutare sum ausus. REITZ.

Ibid. Πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας) Non bene ista continuantur, πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας, οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων, *primus artis medicae, quam ego didici, fructum percepisti*, o pater, *nihil habens a te ad discendum* filius. Nec est, quod dicas, nominativum hic poni pro genitivo consequentiae: nihilo

enim minus contorta erit, et minime *Lucianea* oratio. At erit digna *Luciano*, si deleta unica literula, quam librario deberi puto, sic legamus et interpungamus, *καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας. Οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχω. Τίνα διδάσκαλον κ. τ. λ.* Hoc certe in interpretando secutus sum. Nec obscura fuit cuiquam sententia. GESN. Non inficior, emendationem a *Gesnero* propositam ita corrigere vulgatam, ut sensus sic melior prodeat; nec dubitarem sic edere, si filius adhuc discens inducatur: sed cum non amplius sit discipulus, at jam in arte magister, magis naturalis et simplex fit oratio *Guyeti* more in ordinem redacta. At si ordinem inverti non placet, pro *ἔχων* possis legere *παρέχων*. Nam *παρὰ* facile omitti potuit propter satis prope praecedens *παρά*· ita ut *παρέχων* tum ad patrem pertineat, sensusque sit, *primus artis meae fructum percepisti; nihil a te* (de tuo) *ad discendum praebens*. *Παρὰ* enim sic usurpari, T. I. jam diximus, et *Perizon.* ad Ael. V. H. 2, 13. med. laudavimus; ubi is *παρὰ τοῦ Ἀνύτου* docet ita exponendum, *ea quae ab Anyto profecta sunt*. Habes hic, lector, tres conjecturas: tu elige *Gesneri* aut *Guyeti* emendationem, quas meae praepono. REITZ. Quartam addidit *Belinus εἶχον* pro *ἔχων*, reliquis verbis ad *Gesneri* rationem distinctis. At nulla nec transpositione verborum, nec emendatione, locum egere sanissimum censuerunt *Dorvill.* ad *Charit.* p. 321. Ed. Bat. *Jacobs* et *Seager*. Verba enim *καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας* pro parentheticis habenda. Quod autem Participium *οὐδὲν ἔχων* vocem *ὅμως* sequatur, id *Jacobsius* monet non carere exemplis, provocans ad *Heindorf.* in *Platon.* Diall. selectt. T. I. p. 26. et T. II. p. 294. LEHM.

Pag. 29. l. 2. *Ὅτ'*) Videtur *Vorstius* illud *ὅτ'* accepisse pro *ὅτι* positum, ideoque correctionem quaesivisse. Sed est pro *ὅτε*, *cum*, *quando*, positum, et rectius quam *ὧν*· de tempore enim quaestio hic est. REITZ.

Ead. l. 4. *Τοῦ γε*) Pro hoc *τότε* habent P. et L. sed ne tum quidem recte se habet hic locus. Ego *δυνάμενον* legendum censeo; neque vulgatam repudio. SOLAN. Cf. Varr. Lectt. LEHM.

Ibid. Ἀπαιτεῖσθαι δυνάμενος) *Reposcere possem*. Verte, *reposci*. GUYET.

Ibid. Δυνάμενος) *Δυνάμενον* legendum putabam, ut ad patrem referatur. Hic enim est, qui gratiam repetere non poterat, non filius. Sed idem efficitur, si *ἀπαιτεῖσθαι* non media voce, sed passiva accipiatur, cujus rei exempla in promtu sunt. GESN.

Ead. l. 11. *Τὸ δουλεύειν*) Etsi primo intuitu multum adblanditur lectio Codicum *τοῦ* pro *τὸ* exhibentium; vulgatam tamen Edd. lectionem praetulerim; non modo quia mox *καὶ τὸ* iterum sequitur, ideoque prius *τὸ* necessario etiam retineri ne-

cesse est; sed etiam, si et alterum τὸ in τοῦ mutassent iidem Codices. Reitz.

Ibid. Τὸ πάντα πελεύουσιν ὑπηρετεῖν προδεδωκότες) Necessario legendum προοδεδωκότες. Gron. In nota *Gronov.* antea editum erat, eum velle προσιδεδωκότες: quod tamen cum operarum tantum culpa admissum sit, et in variantt. et in ejus nota mutavi in προοδεδ. Ac fateor, non displicere ejus conjecturam. Reitz. In Varr. Lectt. tradit *Reitzius*, voluisse *Gronovium* προοδεδωκότας. Utrum nunc verum? Haud dubie voluit, quem unice velle poterat, Nominativum. Sed προοδεδωκότες et *Darvillius* probavit ad *Charit.* p. 144. Edd. Bat. et recepit *Schmiederus*; et, quod etiam majus est, melius cum loci natura convenit, quam προδεδωκότες. Cf. De Mere. Cond. c. 20. ὃς καὶ προσλήψῃ μισθὸν τῆς τοιαύτης εὐδαιμονίας. Lehm.

Pag. 31. l. 5. Γὰρ) Ed. *J.* sola hanc vocem exhibet. Solan.

Ead. l. 7. Τὰ δὲ — ῥᾳδίως ἁλισκόμενα) De corporibus intellige, non de morbis. Ἁλισκόμενα quod attinet, vide infra c. 28. εὐαλωτότερα. Solan.

Ead. l. 17. Ἀναφύεται) Ratio postulat, ut, Ms. volente, legas, ἀναφύσεται εὐθαλὴς, οἶμαι, καὶ εὔτροφος, καὶ πολύχους καρπὸς, proveniet, puto, fructus laetus, bene nutriens, copiosus: non ἀναφύεται, ut editi. Mox idem Codex πρός τε νόσου διαφορὰν pro vulgato διαφθορὰν, recte, et *ratione diversitatis morbi*, quia diversi longe *sunt morbi muliebres, et viriles.* Graev. Ἀναφύσεται praeter Ms. Gr. L. etiam Ed. *Junt.* vide Quom. Hist. Conscr. c. 2. Solan.

Ibid. Εὐθαλὴς) Si quis dubitet, num injuria fiat Editionibus principibus *Fl.* et *J.* in rejicienda earum lect. εὐσταλὴς, conferat supra Zeux. c. 4. pr. et infra de Dom c. 4. aliaque. Reitz.

Pag. 32. l. 9. Διαφορὰν) Ms. Gr. P. et *B.* 2. Alii omnes libri διαφθορὰν, prave. Solan. B. 3. tamen cum B. 2. facit. Lehm.

Ead. l. 14. Εὐαλωτότερα) Conf. supra c. 27. Solan.

Pag. 33. l. 4. Κατολισθαίνουσιν) Conf. supr. Quom. Hist. c. 1. Solan.

Ead. l. 6. Τοὐνμέσῳ) P. et L. τῶν ἐν μ. Sed nescio, an sic satis etiam consulatur integritati hujus loci. Solan. Nescio, quid difficultatis obversetur *Solano*; nisi forte ex pristina versione sensum ab Graecis abeuntem non capiens, ideo etiam Graecam vulgatam male se habere existimarit. At melior illa certe est lectione Codicis P. modo recte construas. Τοὐνμέσῳ enim signif. *spatium medium*, sive *intervallum*, *quod intercedit*; adeoque et discrimen, quod interest inter res vel homines, ut hic: cujus significationis exempla Lexicographis notata non repetam, neque constructionem indicabo ex versione *Gesneri* jam satis ap-

parentem. Reitz. *Herodat.* I, 126. *οἱ δὲ ἔφασαν πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον.* Cf. *Eurip.* Alcest. v. 917. *πολὺ γὰρ τὸ μέσον*, ubi *Schol. τὸ μέσον· τὸ διάφορον τῆς νῦν τύχης καὶ τῆς παλαιᾶς.* Lehm.

Ead. l. 10. *Ἐστὶ, καὶ ὂν*) Ineptissime legitur, *ἀλλὰ χωρίσας ὥςπερ ἐστὶ, καὶ ὂν τῇ φύσει, τὸ δυνατὸν ἑφ' ἑκάστου σκόπει.* Quid enim Graecis *ὥςπερ ἐστὶ καὶ ὄν;* Ms. optime, *ὥςπερ ἐστὶ καὶ ἐν φύσει, sed cum distinxeris, quod natura distinctum est, quid in quoque praestare possit considera.* Graev.

Ibid. Ἐν) G. P. et L. recte. *Fl.* et *Ald. ὄν.* Reliquae *ὂν.* Solan. Non reddam rationem lectionis mutatae: res enim ipsa loquitur. Quod autem *Solanus* dicat, *Aldinam* habere *ὂν* adspirate, *Aldinam* alteram intelligat oportet: nam *Aldina* prima *ὂν* spiritu leni habet aeque ac aliae. Reitz. Neque aliter *Ald.* 2. Lehm.

Pag. 34. l. 4. *Παρανοεῖν, καὶ παραπαλεῖν, καὶ λυττᾶν, καὶ μεμηνέναι*) *Benedictus* debuerat hic anxie exprimere omnes copulativas, ut quatuor furorum vocabula et species ostenderet. Quod cum non fecerit, non aliter Latina concepit, ac si auctor duo inter se differentia opponere voluerit. Gron.

Ead. l. 9. *Γέροντας*) L. recte. In aliis *γέρουσι*, quod tamen servari etiam propter *ἐμπεσοῦσα*, quod mox sequitur, poterat. Solan. Confirmant lectionem *γέροντας* 2954. et Gorl. neque adeo injuria *Schmiederus* sic edidisse videtur. Quamquam in minus elaborata oratione etiam *Dativus* quodammodo ex antecedentium verborum structura defendi possit. Modo quod *Jacobsius* in Actt. Monacc. Tom. II. p. 454. pro *νέοις μὲν πλῆθος* auctorem conjicit scripsisse *νέοις μέν τι πλῆθος*, id sane exemplis vocis *τι* ante literam *π* omissae, quae dedit *Schaeferus* Melett. p. 12., satis probabiliter ostendi potest. Verum an h. l. tali emendatione opus sit, equidem adhuc dubito. Lehm.

Ead. l. 14. *Κατ' ὀλίγον*) Haec sententia, uti a nobis et Ed. *Fl.* factum est, erat interpungenda; contra quam in reliquis libris fit, in quibus *κατ' ὀλ.* cum praecedenti conjunctum legitur. Solan. Quod *Solanus* de mutanda interpunctione monet, idem *Gesnerum* in versione jam sponte praestitisse video. Vulgo enim sic male divisum legebatur: *ἡ ὀργὴ κατ' ὀλίγον, ταῦτα ὑποτ.* etc. Reitz. Praeiverat jam *Erasmus* in versione. Lehm.

Pag. 35. l. 11. *Τάχα οὖν*] Nimis facilem se hoc quoque loco *Belino* praebuit *Schmiederus*, quum lectionem Cod. 2954. illi mirifice probatam statim in textum recepit. Non intellexerat enim *Belinus*, quid Indicativus *ὑπώπτευσεν*, isque Aoristi, cum indefinito Pronomine sibi velit. Non adnotavi, quoties jam a me per hosce *Luciani* libros idiotismi illius lector necessario sit ad-

monitus. Memineris nunc modo Somn. c. 17. in. ubi ἔφη τις erat *dicat quis*, et mox ἄλλος ὑπέκρουσε, *interpellet alius*. Sic h. l. τάχα οὖν τις ὑπώπτευσεν est: *forte igitur quis suspicetur*. Τάχα ἄν, vel potius τάχ' ἄν, τις ὑπώπτευσεν foret, *forte aliquis suspicatus esset*, quod alienissimum est. Lehm.

Pag. 36. l. 8. Ἦν) Sic infra Demosth. Encom. cap. 44. μηδ' ἦν ἐμαυτὸν ἔτοξα τάξιν λιπών. Solan. Mox verba τὸ ἐπ' ἐμαυτῷ, *quantum in mea quidem potestate est situm*, neglexerat *Gesnerus* in versione. Et idem sequentem enuntiationem εἰ', ἂν σωφρονῇς etc. affirmativam maluit, quam interrogativam, sumere. At post ὄνε in omnibus Edd. interrogationis nota reperitur; nec video, cur hinc sit recedendum. Lehm.

Ead. l. 11. Ὑπομιμνήσεις) Quia *Parisinam* correxi, quae ὑπομιμνήσκει habebat, dixerit aliquis, cur ergo proximum ἐπισπᾷ quoque non in ἑπισπᾷς mutas? Sed respondeo tironibus, ἑπισπᾷ jam esse secundam personam ab ἑπισπάομαι. Ceterum novi, in forma media et passiva Atticos etiam secundas personas in ει terminare, ut *Aristoph.* Plut. 60. χαλεπῶς ἐκπνεῖς, *morose interrogas*: ibid. 1056. Βούλει — πρὸς με παῖσαι; pro βούλῃ. Et Equit. 1362. Τὰ δ' ἄλλα, φέρ' ἴδω, πῶς πολιτεύσει; *cetera vero, dic age, quomodo ordinabis?* Et ubi non? Quamvis et εἰς forment, ut ibid. Pluto 21. Οὐ γάρ με τυπτήσεις (nisi hoc malis activae formae esse a τυπτέω, quod tamen nihil refert) non tamen in omnibus verbis promiscue, sed constantius in verbis βούλομαι, οἴομαι, ὄψομαι· verum et παρέξει *Evang. Luc.* VII, 4. pro παρέξῃ. Item θρηνήσει pro θρήνησῃ, quod ex *Sophocl.* Aj. 688. profert *Maittaire* de Dialect. p. 63. Ed. *Haganae*, sive aliquo modo nostrae, ubi plura exempla vide. Ideoque nec ὑπομιμνήσκει rejicerem pro ὑπομιμνήσκῃ, ab medio ὑπομιμνήσκομαι deductum, nisi principum Edd. cum omnibus reliquis consentientium hic major esset ratio habenda, quam unius. Praeterea activa forma ὑπομιμνήσκω hic verior, quam ὑπομιμνήσκομαι: cum hoc sit *recordor*, illud, *in memoriam revoco alteri*: quod in ἀναπάω magis indifferens. Sic mox medium et activum rursus conjungit Noster, διατείνῃ καὶ βοᾷς dicens. Reitz.

IN PHALARIN. PRIOREM.

Pag. 37. ΦΑΛΑΡΙΣ) Declamatio, quam rhetor scripserit. Fingit autem, taurum aeneum a Phalaride Delphos dono Apollini missum; quem *Timaeus*, teste *Pindari* Scholiasta ad Pyth. I.

sub finem, ab Agrigentinis submersum fuisse tradidit. Solan. De Phalaridis aetate, vita et scriptis egregie disseruit *Rich. Bentlejus*, in nobilissima dissertatione, Epistolarum *Phalaridis* editioni *Lennepianae* adjuncta. Lehm.

Pag. 38. l. 3. *Μάλιστα δὲ παρ' ἡμῖν*) Male pro *ὑμῖν*, ut recte interpres. Gron. Pro *ἡμῖν Ald.* et *Bas.* anni 1543. habet *ὑμῖν* id quod hic omnino requiritur; idque jam per se viderat *Gronovius*. Pejus in *Flor.* *ὑμῶν*. *Apud omnes quidem Graecos talis, qualis sum, haberi ante omnia cupiam; at maxime apud vos, o Delphenses, quandoquidem et sancti estis et Dei Pythii assessores.* Jens. *Τμῖν*) Etsi *Salm.* Ed. *ἡμῖν* habet; tamen errorem tantum, operarum culpa admissum, esse, ex versione ejusdem apparet, quae *vobis* exhibet, aeque ac *Parisinae* versio. Magis mirere, qui *Graeviana* Ed. eundem errorem adeo fideliter secuta sit, *ἡμῖν* etiam per *vobis* reddens; quod tamen facile ignoscerem, nisi nimis frequenter sic factum viderem. Reitz. Quam dicat *Jensius*, etiam in ipsis Lectionibus Lucianeis p. 254., *Basileensem anni* 1543., equidem nescio. Non enim novi ego priorem *Basileensem*, quam primam, quae est anni 1545. quamque ipse quoque possideo. In hac autem aeque atque in tertia anni 1563. legitur sane *ὑμῖν*. Sed in *Ald.* 2. est *ἡμῖς*. Sub *Ald.* itaque *Jensius*, ut et *Reitzius* fere, intellexit *Ald.* primam. Lehm.

Ibid. Ὅσῳ) En iterum varietatem frustra quaesivit *Solanus*; non tamen sine caussa id investigavit; nam videtur quaesisse, num additum alicubi *μᾶλλον* inveniretur: verum id satis per se intelligi, supra jam monuimus ad Dissert. pro Laps. c. 12. Confer infra cap. 8. et Gall. c. 18. ὅσῳ δὲ ἂν ξενίζοιμι, ubi, si meminere, plura colligam; quia nonnullis talia frustra suspecta sunt. Reitz.

Ead. l. 4. *Πάρεδροι*) Qui in eodem solio sedent, ejusdem honoris imperiique participes, de Diis non modo usitatum, sed et de mortalibus, quos ad Deorum dignitatem evectos *συνθρόνους* et *παρέδρους* vacabant, quod compluribus veterum auctoritatibus firmat *Jac. Elsn.* ad Apocal. III, 21. quem adiisse non pigebit. Reitz.

Ead. l. 5. Ὁμωρόφιοι τοῦ θεοῦ) Οἱ ὑπὸ τῇ αὐτῇ στέγῃ ὑπάρχοντες. Bourd.

Ead. l. 15. *Αὐθέκαστον*) Ἀπροβούλευτον, ἀπαρακάλυπτον, ut ap. *Hesych.* Caeterae hujus vocis significationes huic loco non conveniunt. Bourd. *Αὐθέκαστον, οὐδείς*) Vid. *Phi Mag.* v. *Οὐδείς*, qui *Οὐδεὶς* Atticos, *Οὐθεὶς* Hellenas scribere ait. Sed et adi eundem v. *Αὐθέκαστος*, ubi haec *Luciani* verba sic citat: *Λουκιανὸς ἐν τῷ Φάλαρις πρῶτος· βίαιον δὲ, ἢ σκαιὸν, ἢ ὑβριστικὸν, ἢ αὐθέκαστον οὐδεὶς ἀπεκάλει με.* Ubi in posterioribus ver-

bis abit ab *Luciano*, ex quo *Magistri* lectio corrigenda est. Reitz. Omnino de hac voce vide *Albertium* ad *Hesych.* s. v. et quos praeter hunc laudat *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 849. sq. Lehm.

Pag. 39. l. 7. *Ταῦτ'*) Mallem *τὰ αὐτά*. Coll. *ταῦτα συνεπαιν* —. Solan.

Ead. l. 11. *Ἡ πόλις*) Nullum dubium, quin ex Ms. cum Anglicano, tum meo, scribendum sit *ἡ πόλις δὲ ἀστασίαστος, civitas erat sine seditionibus*, hoc est, civitas erat tranquilla et pacata, sedatis omnibus turbis, dissidiis, et tumultibus. Laudat illam felicitatem, quae consecuta sit ejus principatum. Atqui non laus est, si legas *ἠπαῤῥησίαστος*, ut in editis legitur, sed maximum tyrannidis malum, cum civibus libertas loquendi adimitur. Graev.

Ead. l. 12. *Ἀπαῤῥησίαστος*) Anglic. *ἀστασίαστος*. Bourd. *Ἀστασίαστος* A. G. P. et L. pro eo, quod in impressis omnibus est, *ἀπαῤῥησίαστος*. Solan.

Pag. 40. l. 4. *Προεστώτων*) Suspicor, *Lucianum* scripsisse *προεφεστότων*. Nempe ait Phalaris, se, cum videret, urbem ipsam negligentia eorum, qui ante se praefuissent, perditam, multis depeculantibus, immo diripientibus publicam pecuniam, aquarum eam ductibus recreasse, et aedificiorum instaurationibus exornasse. Sic statim magistratus dicuntur *οἱ ἐφεστότες*· et praefectus *ὁ ἐφεστώς*. Jens. Non quidem spernerem, quod *Jens.* adfert, *προεφεστώτων*· sed quia constans est vulgata lectio, nec absurda, nihil muto. Cur autem idem *Jens.* scribat *προεφεστότων* et *ἐφεστότων* penultima correpta, non video: propemodum tamen et *Solanum* abstraxisset, qui in *J.* ω jam deleverat, et ο supra scripserat, quod tamen deinde, Edd. consultis, rursus delevit; ideoque et ego omnes Edd. evolvi, vidique ω recte in omnibus conspici. Nam cum contractum sit, ex *ἐφεστηκότες* et *ἐφεστώτες*, quae recte penultima brevi scribuntur, in crasi decet fieri syllabam longam; sed forsan menti ejus obversabatur primigenium *ἑστώτες*, ideoque non dedita opera et alterum correpte scripsit, qualia cuivis facile excidere possunt, et mihi quoque excidisse interdum non dubito. Si tamen exemplis aliunde desuntis opus est, vid. Evang. *Matth.* VI, 5. *ἑστῶτες προσεύχεσθαι*. *Apocal.* X, 5. *εἶδον ἑστῶτα*. Reitz. *Jensii* conjecturae *προεφεστώτων* vel illud maxime adversatur, quod sequuntur Participia Imperfectorum *κλεπτόντων* et *ἁρπαζόντων*, quae de eodem tempore valent, de quo *ὁρῶν*. Quodsi *Jensii* ratione uti voluisset auctor, deinceps scripsisset *κλεψάντων* et *ἁρπασάντων*. Lehm.

Ead. l. 12. *Λορυφόρων ἐπιπέμψεις*) De eo, quod Scholiastes monet, vide *Tac.* Annal. III, 44. Solan.

Ead. l. 13. *Ἀκοῦσαι*) Non absurda esset Scholiastae ista interpretatio passiva; si haec de se *audiri* noluisse Phalarin, hic

locum habere posset; sive ubi id exponendum foret, *aversor haec alios audire de me:* quod minus aptum. Verum passiva quasi potestate, eodem modo, ac *male audire* apud Latinos, supra habuimus Nigrin. c. 22. ubi ἀκούειν pro *vocari* positum *Bourdelotius* docet: quod tamen eodem redit, si active sic exponas, *audire te sic* ab aliis, scil. *nominari.* Apertius tamen passiva potestate Prometh. c. 1. πηλοπλάθος ἀκούειν, *figulus vocari*, et sic passim, quae dabo, ubi necessitas exiget; nam satis haec sunt vulgaria. Reitz. Neque tamen intellexit *Reitzius* mentem *Scholiastae;* qui nihil aliud voluit, nisi hoc: ἀποτρόπαια ἀκοῦσαι esse ita passive accipiendum, ut ῥᾴδιον ἰᾶσθαι Abdic. c. 27. et ῥᾴδιον καταμαθεῖν ibid. c. 28. mox c. 11. κάλλιστον ἰδεῖν, et similia ubivis: esse itaque, ut *Gesnerus* vertit, *auditu abominabilia*, i. e. *quae audiri a me* (non *de* me) *abominor*, i. e. *quae ne audire quidem sine aversatione possum.* Quid ergo *Reitzius* h. l. sibi vult cum iis, quae de existimatione Phalaridis nugatur, non solum vulgaria, sed ab h. l. prorsus aliena? Lehm.

Pag. 41. l. 4. Τοῦτ' ἐζήτουν ἔτι· κἀγώ) Ita interpungendum esse, monuit *Th. Wopkens* in Lectt. Tull. p. 296. (Edd. enim *Salm.* et *Amst.* male sic habent: τοῦτ' ἐζήτουν ἔτι κἀγὼ μὲν etc.) quia, ut recte quidem ait ille, id vult *Lucianus: Utque non amplius tali aliqua administratione indigeret civitas, id spectabam praeterea. Atque ego ineptus hisce rebus occupatus eram, cum illi jam* etc. Verum antiquiores Edd. ut *Junt. Par. Hag.* illud punctum jam habebant, nec dubito, quin et aliae: in versione *Benedicti* quoque distinctio recte facta est, quam cum et *Graeviana* retinuerit, facile erat vel inde videre, *Benedictum* jam recte legisse, sed omissionem in Graecis typothetae deberi: unde forsan evenit, ut *Solanus* varietatem ne quidem notaverit. Quod autem ἔτι vertit *praeterea*, bene facit. Reitz.

Ibid. Ἀρχαῖος) Pro *inepto, deliro,* (i. e. nimis simplicis antiquitatis homine, ut optime convertit *Gesner.*) *Aristoph.* Nub. 912. — σὺ δέ γ' ἀρχαῖος εἶ, *tu delirus es.* Quod vide multis probantem *Spanhem.* ad ejusd. *Aristophan.* Plut. 323. Idem in voce Κρονικὸς obtinere, vid. apud eundem ibid. ad v. 581. — Κρονικαῖς γνώμαις. Et ad *Callim.* in Pallad. v. 100. p. 609. et 610. ubi in utramque partem Κρονικὸς νόμος, de lege, quae potior est, et Κρονικὸν de *obsoleto, inepto:* quod in libello de Ambigg. tit. *Antiquus* jam indicavi. Sed et confer *Bos* et *Hemsterh.* ad *Lucian.* Nigr. c. 3. f. Reitz.

Ead. l. 6. Ἀποστάσεως] In *Coll.* ut varia lectio notatur ἀποστασίας. Verum et ἀπόστασιν optimis scriptoribus de *defe-*

ctione dici, docuit *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 528. Nec noster non usurpavit, eadem vi. cf. Prometh. s. Cauc. c. 13. Leim.

Ead. l. 15. *Ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα ἤδη ὑμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ δέους νῦν τῷ λογισμῷ γενομένους, ἀξιῶ περὶ τῶν τότε πρακτέων μοι συμβουλεῦσαι*) Perperam haec vertit interpres: *Proinde tunc, o Delphi, cum in eodem metu cogitatione versati sitis, puto, vos mihi de rebus tum agendis consilium dedisse.* Nihil potuit a mente loquentis alienius proficisci hac tam stulta versione. Redde, *Ego vero hic vos, Delphenses, qui nunc animis eundem illum metum potestis concipere, velim mihi consilium vestrum, quid tum agendum mihi fuerit, impertiatis.* Jens.

Pag. 42. l. 1. *Ἀφυλάκτως*) Forsan *ἀφύλακτος*. Solan. Nihil mutatione opus. Frequentissimus enim, maxime in historicis, hujus Adverbii est usus, in similibus quoque structuris. Leim.

Ead. l. 2. *Σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων*] Mallet *Belinus παρὰ*, vel *ἐκ τῶν παρ.* conferens Diall. Merett. IX, med. ubi Pannychis: *Ἐξευρίσκωμεν ἐκ τῶν παρόντων σωτήριον.* Ego mallem propiora contulisset vir ad res novas nimium fere proclivis. Paucis versibus abhinc occurrerat *ἀξιῶ* (*ὑμᾶς*) *περὶ τῶν τότε πρακτέων μοι συμβουλεῦσαι*, et cap. antec. *ἐσκοποῦντο περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἐπιβουλῆς.* Cum his vero proximis conspirant etiam alia remotiora, conspirat etiam nostra phrasis, *ἐζήτουν περὶ τῶν παρόντων σωτηρίαν τινὰ*, i. e, *quaerebam de* (ratione ejus rei habita) *re praesenti salutis quandam viam*, non *e re praesenti*, quod sane foret *ἐκ*, ut in Dial. Meretr. neque vero *παρά*. hoc enim ne linguae quidem leges concederent. Bene *Gesnerus: in re praesenti.* Leim.

Ead. l. 7. *Γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν*) Pater adscripsit *γυμνόν*. Sic certe vult et versio apud Basileenses, *nudus a cruentis civibus caedem sustinerem. Benedictus* contumacior, *ac potius nudam caedem sustinere.* Opinor, mentem *Luciani* fuisse, *potius autem nudum jam jugulum porrigere*, ut alibi dicit *ὑπέχειν τὴν χεῖρα.* Gron. Minime cum *Gronovio* patre *γυμνὸν* pro *γυμνὴν* legerem, qui ad versionem potius, quam ad verum sensum Graeca accommodavit. Recte quidem interpretem *Benedictum* reprehendit, quod reddiderit, *nudam caedem sustinere;* sed neque *nudus caedem sustinerem* commodum hic sensum facit: *σφαγὴ* enim, ut recte *Gronov.* filius ait, hic *jugulum* significat, vid. testimonia supra notata ad Tyrannic. c. 13. adeoque *nudum jugulum praebere*, quod in versionem recepi, recte dicitur; nec opus est, totus homo ob id sit nudus: sic *nudam cervicem praebere* nota locutio. Et quamvis *nudum* bonis spoliatum velis intelligere, qui id ex hac argumentatione colligas? Et quid opus, si vulgata et sana est et constans? Reitz. Laudo non mu-

tatam constantem lectionem, nec immutatam versionem meam reprehendo. Sed quid viderim, indicare licet. Nempe sumtum e libro putabam γυμνὸν illud *Gronovianum*, quod etiam in *Hagenoënsis* exemplaris margine, quo in interpretando usus sum, adnotatum observabam. Itaque σφαγὴν ὑπέχειν accepi, ut δίκην, τιμωρίαν, πόλασιν, εὐθύνας ὑπέχειν. Valde mihi familiare esse peccare, novi. Hic non valde peccatum a me esse, aequi homines, spero, judicabunt. Gesn.

Ead. l. 8. Ἐν ὀφθαλμοῖς) Gaudet hac locutione *Homer.* ut Iliad. *A*, 587. Μή σε, φίλην περ' ἐοῦσαν, ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδωμαι Θεινομένην. Et *Γ*, 306. — ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶσθαι. Item *Σ*, 135. etc. In quibus tamen pleonasmum praepositionis ἐν statuere possis, quia saepissime ὀφθαλμοῖσιν ἴδεσθαι sine praepositione dicit. In *Nostro* tamen non adeo simplex est pleonasm. sed signif. *coram videre*, nec praepositio commode abesse poterit. At si totum ἐν ὀφθαλμοῖς tamen pleonasmum esse statuas, quod ὁρᾶν sufficiat, non nego quidem: verum ajo tamen neutrum esse otiosum: quod quisque facile intelligit. Alioqui et ὀφθαλμοῖς abundaret apud LXX, Gen. 3, 6. ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. Conf. infr. Pseudom. c. 39. Reitz. Differunt ὁρᾶν τοῖς ὀφθαλμοῖς, et ὁρᾶν ἐν ὀφθαλμοῖς. Illud significat *oculis*, oculorum ope, *videre*, ut Diall. Marr. IV, 2. ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. Hoc est *coram videre*. Sic ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν οἰκείων est *coram domesticis* Toxar. 38. et φονεύειν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ similiter De Sacriff. c. 12. H. l. in verbis: τὰ φίλτατα ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀπολλύμενα equidem neutram in partem ne e longinquo quidem pleonasticam dicendi rationem video. Lehm.

Ead. l. 12. Ἐκ τῶν ἐνόντων) Τὰ ἐνόντα non esse, *quod superest*, ut vulgatus vertit, in Evang. *Luc.* XI, 41. neque satis accurate redditum a Belgis per *id, quod inest;* sed significare, *quantum res, sive facultates ferant, — quam maxime fieri possit;* vide docentem *L. Bos* in Exerc. Philol. ad Ev. *Luc.* l. c. Ubi et haec *Luciani* verba addere non oblitus est, quae ille sic reddit: *mihi ipsi vero, quantum possim, in futurum securitatem comparare.* Reitz.

Ead. l. 13. Συνεβουλεύσατε ἄν) *Benedict.* infeliciter verterat, *hoc, sat scio, consilium mihi dedistis.* Rectius *Obsopoeus, haec — suasissetis.* Esse enim hoc aoristis inprimis familiare, ut eorum indicativus subjunctive sit interpretandus, (quod hic vel ex addita particula ἄν facile erat videre) pernultis docet *Jens.* Lect. Lucian. pag. 28—30. ubi *Benedictum* ob hanc versionem reprehendit. Quae quia nimis longa, non addam. Unum tamen, quod postea manu sua addidit *Jensius*, subjungam ex *Hom.* Il. *N*, 801. ubi — ὅς τ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολεμιστήν,

male vulgo vertitur *terret*, cum significet, — *qui terreat*, *quantumvis impavidum bellatorem*. Cui addo Il. Z, 78. Ἔνθα κεν αὖτε Τρῶες ἀρηϊφίλων ὑπ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἰσανέβησαν, ἀναλκείῃσι δαμέντες Εἰ μὴ — ubi satis manifestum est, εἰσανέβησαν esse, *intro adscendissent*, s. *scandissent muros*, quia εἰ μὴ sequitur. *Demost.* de Cor. p. 520. f. Ed. *Par.* Οὗτός τ' εἰ δίκαια ἐποίει, οὐκ ἂν — ἔβλαπτε καὶ διέβαλλεν. Et *Herodian.* 2, 3, 12. Adde *Nostrum* Zeux. c. 5. ubi ἐκήνεσα quoque *laudaverim* vertendum, non, laudavi; vel saltem, *laudare soleo*, ut *Gesn.* fecit. Et *Long.* Past. I. pag. 20. ῥᾳδίως ἂν ἐκεῖ λύκος ἀληθινὸς ἔλαθε, i. e. *lateat*, *latere possit*: et 2. p. 54. ἴσως δὲ καὶ τῶν ἀληθῶν τι ἔπραξαν, εἰ μὴ etc. *Aelian.* V. H. XII, 1. p. 658. Ed. *Periz.* minor. Εἶπεν ἄν τις, λαλούσης αὐτῆς, ἀκούειν Σειρῆνος. Conf. supra Tim. c. 9. ubi ἠγανάκτει *indignaretur*, pro ἀγανάκτοι, et ποιήσομεν pro ποιήσοιμεν contra *Fabrum* defenditur. Reitz.

Pag. 43. l. 13. Καὶ — πέτρα) Mala distinctione hic laborabat *Salm.* Ed. quare eam interpunctionem secutus sum, quam antiquiores Edd. agnoscunt. Reitz.

Ead. l. 15. Καταγελάσεσθε) Sic Ed. *Junt.* nisi quod, operarum credo incuria, καταγελάσασθε habet. In reliquis simpliciter γελάσεσθε. Solan.

Pag. 44. l. 5. Ὁμοίως) Lege ὁμῶς. Solan. Non audio. Lehm.

Ead. l. 11. Λόγους) Vide *Plut.* περὶ τοῦ Εἰ. 200. Inter sapientes enim, quorum sententiae Delphis inscriptae legebantur, duos tyrannos numerat Cleobulum et Periandrum. Pro ὧν ἑ. in *Junt.* est ὡς ἑ. quod videtur ex ὥστε ἑ. formatum. Sic *Dem.* p. m. 144. C. Solan.

Ead. l. 16. Ὅσῳ πρὸς ἀνάγκην ἐξηγ.) Addiderat marg. *Graev. Hemsterh.* consulendum *Duker.* ad *Thucyd.* VI. p. 435. no. 5. Id feci, vidique eum ad fin. c. 89. ubi editum legitur ὅσον καὶ λοιδορήσαιμι, malle legere ὅσῳ etc. ut hic ap. *Lucian.* et alibi; quod intellecto μᾶλλον nihil tum desit ad sensum, quem esse mancum credebant interpretes *Thucydidis*. Et quia Codices nonnulli cum Scholiaste illud ὅσῳ habent, non video, cur dubitarit *Duker.* id in contextum recipere. Intellectum autem μᾶλλον post ὅσῳ vid. etiam supr. ad c. 1. hujus Phalar. aliisque locis ibi indicatis. Et vide mox iterum ὅσῳ — ἐκπόπτωμεν, ubi pro μᾶλλον, πλείους ex altero membro supplendum. Adde *Herodian.* 2, 3, 17. Reitz.

Pag. 45. l. 2. Ὅσῳ etc.) Haec pagina ex epistolis Phalaridis. Bourd. i. e. p. Ed. *Paris.* quae ab ὅσῳ incipiens ad med. c. 10. sese extendit. Reitz.

Ead. l. 4. Φέρειν) Vitii suspectum est mihi illud φέρων. Excusat Phalaris objectam sibi vulgo crudelitatem, primo ex in-

stituto sapientissimorum legislatorum, qui suppliciis et poenis sumendis plurimum tribuerint; metu namque poenarum ubivis continendos esse subditos; idque eo magis, ubi quis invitis civibus imperet. Sibi vero tantum puniendorum maleficorum, secseque ipsi opponentium, quotidie succrescere numerum, ut res Hydrae videatur similis. *Quanto enim plures*, pergit, *excindimus, tanto plures animadvertendi renascuntur identidem nobis necessitates*, sive *occasiones. Cogimur autem — ad id quod identidem succrescit, evellere, et profecto exurere cum Iolao, si confirmatum imperium habituri simus.* Apparet, nihil minus hic, quam φέρειν, congruere. Neque vero, qui identidem contumaces ἐκκόπτει καὶ ἐπικαίει, illos ullo modo fert, patitur, tolerat. An legendum θερίζειν, *demetere?* Id certe optime respondet τοῖς, ἐκκόπτειν et ἐπικαίειν. De Iolao, qui Hydrae Lernaeae ἀναφυομένας κεφαλὰς exussit, vid. *Apollod.* II. Biblioth. Jens. Suspectum fuit *Jensio* illud φέρειν, pro quo legendum censuit θερίζειν, *demetere*. Equidem leviore mutatione malim legere δέρειν, *caedere*. L. Bos. Nisi placet verbo φέρειν hic tribuere auferendi significationem, ut Il. *B*, 302. — οὓς μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι, ubi Scholiastes quoque φέρουσαι interpretatur ἀποφέρουσαι· nisi, inquam, hoc placet, videndum, an non fuerit in libris antiquis ἀφαιρεῖν. Gesn. Si *tolerandi, perseverandi* sensu accipias, stare poterit vulgata; molestus enim ille labor est et ad quem *patientia* maxima requiritur, ubi id, quod amputaveris, continuo renascitur: quo sensu notum est φέρειν πόνους, id quod non mera est passio, sed et actionem involvit, veluti et πάσχειν de eo, qui facit, *Demosth.* adversus Leptin. p. Paris. 562. A. ὅτι παντάπασι φύσεως κακίας σημεῖόν ἐστιν ὁ φθόνος· καὶ οὐκ ἔχει τρόφασιν, δι' ἣν ἄν τύχῃ συγγνώμης ὁ τοῦτο πεπονθώς. *Quia omnino pravitatis naturae indicium est invidia; nec ulla causa est, ob quam, qui talia facit*, (i. e. *homo invidus*) *veniam adipiscatur.* Ibi πεπονθώς non est, qui invidiam subit aut patitur, sed qui alteri invidet. Licet passio non adeo excludatur, quin animus invidi dolorem aut perturbationem experiatur. Sic *Herodian.* I, 17, 22. εἰώθει δὲ — τοῦτο πάσχειν ὁ Κόμμοδος ὑπὸ κραιπάλης· quod ibi *facere* recte vertitur, quia *somnum capere, quieti se dare*, intelligitur, ubi aeque implicita est faciendi atque patiendi facultas. Confer 1. Ver. Hist. 4. Immo potius *Hemsterh.* ad Prometh. f. ubi τί ἂν πάθοιμι plane pro *quid faciam?* Nemini tamen hoc obtrudo: nam cum φέρειν modo sit *adferre*, ut ap. *Long.* Past. III. p. 125. Ed. *Jungerm.* δεόμεθα Νύμφης φερούσης τι μᾶλλον· modo etiam significet *auferre*, (eodem modo ac Latinum *ferre*, quod modo est *adferre*, modo *auferre*, ut in Ambigg. satis diximus) ideo posteriore hoc sensu.

cum *Gesn.* accipere malim. Nam et hinc φέρειν ἀλλήλους, *spoliare se invicem*, vel potius *latrocinia exercere, praedas agere*; vid. *Scholiast. Thucyd.* ipsumque *Thucyd.* I. c. 7. Locum *Hom.* Il. *B*, 302. *Jens.* etiam postea adscripsit, et vulgatam sic stare posse, addidit. Reitz. Vel propterea, quod φέρειν h. l. ad complures significationes, easque diversi generis, referri, vel potius trahi, potest, pro suspecta voce haberi oportuit. Desideratur enim sic κριτήριον illud, quod necessario requiritur, unde probes ac persuadeas, unam quandam verbi potestatem, nec vero aliam, eam esse, quam cogitaverit auctor. Sic male fere agitur cum verbo, si, ut h. l. a *Reitzio* factum, varias explicandi, et hinc tuendi, rationes inire possis; quarum si singularum aequabile sit pondus, nullam consentaneum est veram esse. Quae quum et h. l. ita sint, rationem *Gesneri* amplector, donec aliam probabiliorem videro; ita tamen amplector, ut ἀφαιρεῖν in textum recipere dubitem. Leim.

Ead. l. 5. Ἰόλεων) De Ioleo vide *Plut.* p. 35. C. Solan.

Pag. 46. l. 6. Τοῦτο βουλοίμην ἄν) Depravatissimus hic locus est, quem si quis expedire queat, magnas a me initurus est gratias. 1) enim, affirmat illud βουλοίμην, quod negare oportuit tyrannum. 2) abundat εἶναι. 3) ἀδίκως σώζειν τ. ἑ. incommode admodum dicitur, pro δικαίως κολάζειν. Lego igitur οὐ βουλ. donec ab aliis meliora in medium proferantur. *Accipere, quam facere, praestat injuriam*, inquit *Cicer.* Tusc. V, 19. ubi doctissimus enarrator, *ex decreto Socratis* hoc esse ait, qui ap. *Platonem* in Gorg. p. 290. ait, εἰ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. Solanus. Expedierunt interpretes locum, cujus certe sententia nec depravata est, nec obscurata. Falso *Solanus* τοῦτο ad priora verba, αὐτὸς τεθνάναι ἀδίκως, retulerat, quod ad posteriorem sententiam pertinet. Nec mox quae sequuntur, ἀδίκως σώζειν cum *J. Seagero* mutes in ἐνδίκως κολάζειν. Gravissimam enim ipse auctor oppositionem esse voluit τοῦ ἀδίκως ἀποθανεῖν et τοῦ ἀδίκως σώζειν, quamquam potius est lusus verborum istius aevi arte oratoria et declamatoria haud sane indignus. Duplice enim vi h. l. ἀδίκως usurpatum, prius *innocentes*, deinde *sine justa caussa, immeritum*, significans. Quapropter nec cum *Jacobsio* ego ad vocem εἶναι rectius cum ceteris nectendam prius illud ἀδίκως in δοκεῖ mutari velim. Verior multo ac simplicior est *Schaeferi* conjectura ἐστιν pro εἶναι, quam proposuit in Praefat. ad *Anacr.* Edit. Tauchn. Leim.

Pag. 47. l. 2. Φιλανθρώπως προσφέρομαι) Vid. *L. Bos* in Ep. ad *Hebr.* XII, 7. ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ θεός. Ubi monet, προσφέρεσθαι τινὶ, esse *se gerere erga aliquem*, *tractare*

aliquem, et hunc *Luciani* locum aliaque testimonia adfert. Sed usque adeo hoc obvium est, et quidem cum dativo personae, ut multa similia proferre liceret, veluti ex *Ael.* V. H. XII, 27. Ἡμερώτατά, φασι, τὸν Ἡρακλῆν προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. Et ex *Herodian.* IV, 7, 8. χρημάτων ἐπιδόσεις, αἷς ἀφειδῶς προσεφέρετο αὐτοῖς. At haec sufficiant. Sed, quod rarius, etiam cum accusativo *Diod. Sic.* XIX. p. 299. Ed. *Bas.* μήποτε — προσενέγκηται τὴν παρθένον θηριωδῶς. Reitz.

Ead. l. 7. Πυθαγόρας) Vixit Pythagoras circa Olymp. LX. De Phalaridis aetate vide, quid *Rich. Bentlejus* scripserit. Solan.

Ead. l. 17. Περίλαος) Qui *Perilaus Luciano*, is *Plutarcho*, *Plinio*, *Ovidio*, et aliis *Perillus* audit. Vide *Plut.* 561. f. Apud Scholiastem *Pindari Perilaus* etiam scribitur, ad Pyth. I. sub finem. Solan. Tam saepe eodem modo scriptum in proximis capitibus occurrit, ut non verisimile sit, ubique aberratum esse; alioqui considerari meretur, num Πέριλλος pro Περίλαος recipi queat. Nam *Perillus* Latinis poëtis audit ubique. Περίλαος vero frater regis Casandri est, de quo *Plutarch.* Mor. p. m. 486. Et cum *Gesner.* quoque nihil in versione mutarit, nec ego quidquam hic mutassim; quamvis *Suidas* ex *Demosthene* etiam Πέρίλλος adferat, quod iisdem verbis habet *Harpocration* p. 287. Cum neuter tamen indicet, qualis *Perillus Demotheni* intelligatur, inde nihil conficitur; sed Latinorum et posteriorum Graecorum scriptorum *Perillus* ex Περίλαος contractum videri posset. Immo ad quam *Demosthenis* orationem pro Ctesiphonte, i. e. *de corona*, provocant *Suidas* et *Harpocrat.* eam pervolvi, nec tamen Περίλλου, sed Περιλάου ubique mentionem ab eo fieri cognovi, ita ut utriusque lectio mihi jam sit suspecta. Nam et ejusdem *Perilai* meminit *Demosthen.* complurибus aliis locis, qui est Megarensium proditor, nec quidquam cum hoc tauri fabro commune habet. *Plutarchus* vero de Fortun. Rom. pag. m. 315. C. Πέριλλος δὲ τέχνῃ χαλκουγὸς habet. Ita ut verisimile sit, Πέριλλος ad Latinum idioma conformatum esse, dum Περίλαος genuinum nomen Graecum est. Reitz.

Pag. 48. l. 10. Καὶ ἀνοίξας) Legend. interpr. Pers. Bourd.

Ead. l. 12. Προστιθέναι) Ἀντὶ τοῦ προστίθει. Attic. Bourd. Προστιθέναι — πῦρ δὲ ὑποκαίειν κελεύειν) Quod *Fl.* quoque habere dicit *Solanus*, id habent et aliae, et recte; infinitivus enim est pro imperativo; exempla sunt obvia. *Hom.* Iliad. *E*, 261. — σὺ δὲ — Αὐτοῦ ἐρυκακέειν, *tu vero ibi cohibe*. *Hippocrat.* Aph. 10. S. I. Ὁκόσοισι μὲν. οὖν αὐτίκα ἡ ἀκμὴ, αὐτίκα λεπτῶς διαιτᾶν· et ibid. iterum, ubi tamen δεῖ commode intelligitur. Adde Aphor. 19. 20. et alibi. Et ut in illo *Homeri* μέμνησο intelligere queas, ita alibi κελεύω omissum statuere pro lubitu licet. Vid.

fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. pag. 386. qui plura congessit, unde aeque atque ex his *Hippocratis* patebit, non solis Atticis familiare esse hoc loquendi genus. Reitz.

Ead. l. 18. *Τοὺς αὐλοὺς τούσδε*) Sic *Long.* Past. 2. p. 67. *μέμνησαι τοῦ πεδίου τοῦδε, καὶ τῶν Νυμφῶν τῶνδε.* Similes articuli et pronominum repetitiones vid. supr. ad Dial. Mar. III. §. 2. Et Ver. Hist. I. pr. Et alibi non semel. Reitz.

Ead. l. 17. *Ὡς τὸν μὲν κολάζεσθαι, σὲ δὲ πέρπασθαι μεταξὺ καταλούμενον*) Haec ultima vox in mendo cubat. Silet ad eam interpres, nec emendavit, vix exprimere tentavit. *Καταλέω* est molo, mola frango, qui significatus non convenit huic loco. Lege meo periculo *κατακηλούμενον*, id est, delenitum, sensu manifesto et apto. Palm.

Pag. 49. l. 1. *Κατανλούμενον*) Hic vero mirari subit eruditissimi viri caecitatem, cui tam turpiter prava unius Editionis scriptura imposuit, neque apud interpretem observavit *inter modulandum*, quod ad veram manu quasi ducebat. Eo magis etiam, quod *Pari* Ed. quae recte habet, inspexisse videtur, cum paginam adscribat, in qua invenitur hic locus. Iterum usurpat De Salt. cap. 2. et Bis Accus. c. 17. Solan. *Κατανλούμενον* esse in *H. B.* 2. *Fl. Ald. Fr. Par.* et *Amst.* sed male *καταλούμενον* in *B.* 3. notaverat *Solanus* in marg. *Junt.* quae etiam recte *κατανλ.* At non opus erat tanta perquisitione: ubi enim in re tam manifesta tres quatuorve Edd. conveniunt, ibi ceterarum errores in censum vocari nihil est opus. Melius tamen operae erat, quod in eodem marg. addidit, conferri posse De Salt. cap. 2. et Bis Accus. c. 17. ubi idem verbum occurrit. At nota *Palmerii*, tanto conatu, sed irrito, hunc locum emendantis, ei ansam dedit inquirendi; quare jam laudo *Solani* diligentiam, et addo, etiam *κατανλούμ.* legi in *Ald.* et *Salm.* ac miror alterum nullam Edit. contulisse; quod si fecisset, facile detexisset, credo, errorem tantum typographicum esse illud *κατηλ.* pro *κατανλ.* Quod autem de interprete ait, eum siluisse, liceat mihi animadvertere, in *Parisinae* versione ab *Obsopoeo* concinnata tamen hoc verbum sic redditum, *inter modulandum*, et a *Benedicto*, *modulationes delecteris.* At his scriptis, video in notis *Solani* eadem contra *Palmerium* notata. Reitz.

Pag. 50. l. 6. *Ἐν καλῷ τοῦ ἱεροῦ*) Non est, ut interpres, *in eleganti delubro*; sed *in loco templi conspicuo.* Sic in Navig. *ἐν καλῷ τῆς πόλεως.* *Aelian.* V. Hist. L. 2, 13. *ἐν καλῷ τοῦ θεάτρου*, supple *χωρίῳ.* Haec *L. Bos.* in notis Mss. Eadem habet in libello de Ellipsi, pag. 164. Ibique et alia similis ellipseos exempla. Reitz.

Pag. 51. l. 3. *Δωριεῖς*) Vide *Thucyd.* Solan.

Ibid. Προσήσεσθαι) Sic impressi omnes. P. et L. *προσέσθαι* et sic *Dem.* 173. A. *μὴ προσέσθαι τὸν πόλεμον εἰς τὴν χώραν.* Sed elegantius hic futurum videtur. Saepissime usurpat Noster Phal. II. c. 3. Mortt. Diall. XXIII. Amorr. c. 1. et Rhet. Praec. c. 16. Solan. Minus de formae probitate, quam de structurae bonitate, dubitari possit. Offendas in Futuro post *ἱκετεύομεν.* At cf. Pisc. c. 27. *ἀξιοῦμεν τιμωρήσειν*, quae immerito solicitata sunt a *Jensio* et *Reitzio.* Vid. Adnot. ad eum locum Tom. III. p. 569. sq. Lehm.

IN PHALARIN ALTERUM.

Pag. 52. l. 1. *Πρόξενος*) Differentiae inter *πρόξενον* et *ἰδιόξενον* multae, quas tradunt Grammatici. Bourd.

Ead. l. 2. *Ἰδιόξενος*) Adducit *Thomas Magister* hunc *Luciani* locum in voce *ἰδ.* sed miserum in modum interpolatum additione *ὁ Ἀπόλλων.* Pro Phalaride *secundo* etiam *primum* dicit. Quae, si lubet et vocat, in eo emendato. Solan. Vid. de hac voce *Valcken.* ad *Ammon.* p. 198. sq. Lehm.

Pag. 53. l. 2. *Δημιουργούς*) Deest in Anglic. Cod. Bourd. *Suidas* quidem *δημιουργοὺς* vocari ait *τὰ δημόσια ἐργαζομένους.* Sed nondum habemus, quod plene satisfaciat. Idem credo innuit, quod *Livius* diserte docet de magistratu Achaeorum sic dicto; vide XXXII, 22. Consule etiam *Demosthen. Diog. Laërt.* p. 42. F. et *Platonem*, ex quo habet, in Apol. et adde *Thucyd.* V. 47. Solan.

Ead. l. 7. *Καὶ ὅσον τοῦ τὰ ἤδη ἀνατεθέντα συλᾶν, τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τ. ἀ. β. ἐ. ἀσεβέστερον*) Plane non ut apud *Lucianum* in Graecis patronus Phalaridis, sic in Latinis quoque interpres ratiocinatur, cujus collectio longe infra efficaciam prioris: qui non id evincit, non minus impium factu fore, si volentibus dedicare auferatur potestas, quam si dedicata auferantur, sed altius se efferens in id laborat, ut pro certo affirmet, longe magis impium factum fieri ab eo, qui potestatem volenti dedicare praecidat, quam qui dedicata auferat; et quanto gravius ille peccat, in tanto pejus peccatum induci Delphos. In fine hujus paginae *μισθὸν τῆς εὐσεβείας* erronee vides verti *praemium impietatis*, quod mirum, qui ex *Obsopoeo* imitetur *Benedictus.* Gron. Non lego *καὶ ὅσον*, quod *καὶ* nimis est incommodum, neque adeo *καὶ ὅσῳ*, etsi commendata haec a Cod. L. et marg. A. 1. W. et recepta a *Reitzio* et recentt. Sed *καθ' ὅσον*, ut *J. Seagerus* bene conjecit

l. l. p. 154. Vertendum: *in quantum*, s. *quatenus*. Sententia ipsa omnino est plana. *Καὶ* autem et *καθ'* nimis saepe a librariis esse confusa constat. Lehm.

Ead. l. 16. *Προσησόμενον*) Conf. Phal. I. vers. fin. et Dial. Mort. XXIII. vers. f. Reitz.

Pag. 54. l. 5. *Εὐδίᾳ*) Sic L. melius, quam quod in reliquis est *εὐδίῳ*. Solan.

Pag. 55. l. 1. *Χρὴ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα, μηδὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγουμένοις. ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, οὐχ ὅπως αὐτοὺς, μὴ ἃ ἐπιστάμεθα, κατηγορεῖν*) Pro *μὴ ἃ* meliori ordine *ἃ μὴ* antiquiores editiones omnes, ut ex sua *Basileensi* notavit *Gronovius*, qui jure quoque castigat hic interpretem, reddentem ultima, *etenim incertum est, verane dicant, siquidem non possunt non criminari ea, quae exploratа habemus*. *Αὐτοὺς* pendet a *χρὴ*, quod praecessit. *Οὐχ ὅπως* significat *nedum*. Verba, *ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν*, includenda sunt parenthesi. Vertendum autem, *oportet vero, ut talia ne iis quidem, qui ea se passos esse dicunt, narrantibus magnopere accredamus, (incertum enim est, num vera dicant) nedum ut ipsi ea, quae nesciamus, accusemus*. Jens.

Ead. l. 3. *Οὐχ ὅπως αὐτοὺς μὴ ἃ ἐπιστάμεθα κατηγορεῖν*) *Benedictus: siquidem non possunt non criminari ea, quae explorota habemus*. Itane? Imo contra, quis poterit ea criminari, quae explorata habeo? Et haec quidem sunt *Benedicti*. Nam in *Basileensi* editur *οὐχ ὅπως αὐτοὺς ἃ μὴ ἐπιστάμεθα κ.* et vertit *Obsopoeus, ne quo modo eos, de quibus nihil certe nobis compertum est, injuste sceleris accusemus*. Certe haec lectio et vocum series videtur melior, et exponenda Latine, (pendet autem ab praecedenti *χρὴ*) *nedum ipsos, quae ignoramus, criminari*, quod nempe fiebat proponenda hac deliberatione. Gron.

Ibid. Αὐτοὺς) Sic P, *H.* et *B.* 2. In reliquis *αὐτούς*. Versio nostra sensum aperiet prioribus interpretibus ignotum. (verto enim, *nedum ipsos, quae ignoramus, criminari.*) Solan. Sensum quidem loci recte ceperunt *Gronovius*, *Jensius* et *Solanus*. Sed ad hunc plane efficiendum opus est, ut *αὐτοὺς* legatur cum aliquot, iisque probissimis, Editt., non *αὐτοὺς*, etsi hoc *Reitzius* et recentt. praetulerint. *Αὐτοὺς* enim est *ἡμᾶς αὐτοὺς*, et requirebatur h. l. ut appareret Subjectum esse. *Αὐτοὺς* autem sic de prima persona occurrit e. g. Ver. Hist. I, 6. et 36. qui posterior locus imprimis huc est conferendus. Infra c. 8. contra non *ἡμᾶς αὐτοὺς*, sed *ἡμ. αὐτοὺς* cum *Fl.* legendum, ut edidit *Reitz.* Lehm.

Ibid. *Ἃ μὴ*) Nullam hic varietatem notaverat *Solanus* noster; cumque *Jens.* indicet *μὴ ἃ* legi, idque recte immutet, evolvi Edd. sed cognovi, veteres *Par.* J. *B.* 2. *H.* etc. jam sic

habuisse, solamque adeo *Salm.* ejusque adseclam *Amst.* male dedisse μὴ ἅ. Reitz.

Ead. l. 6. *T' ἄλλα*) Etiam supra monuimus, *J.* et alias quoque nonnullas τ' ἄλλα circumflectere. Quod non imitamur, quia id in ἄλλος et ἄλλα non fit, nec igitur per accessionem particulae τε accentus mutabitur; elisio enim per se non facit syllabam longam. Et cum apostrophus tantum sit rejectio vocalis brevis, ejusmodi elisio, quae fit in duabus vocibus concurrentibus, non est ejusdem naturae, atque crasis et contractio in uno verbo. Margo *A.* 1. rectius τ' ἄλλα habet. Ignoscat lector has minutias persequenti. Reitz. Modo recte eae se habeant. At καὶ τ' ἄλλα, vel, ut tum potius scribendum erat, καί τ' ἄλλα, si includeret, ut *Reitzius* censet, particulam τε, quid hoc tandem foret? Imo apparet τἀ inesse: atqui hoc non τ' ἄλλα, sed potius τἄλλα per crasin scribendum, ut alibi in vett. Edd. scribitur, quamquam in nonnullis τἄλλα, neque id, puto, recte. Neque in aliis locis *Reitzius* hanc scripturam usquam secutus est, sed semper τἄλλα edidit. Omnino quidem *Reitzii* subtilitatem in minutiis persequendis nemo temere, qui ipse sit subtilis doctrinae ac judicii, vituperaverit. Sed dolendum *Reitzio* haud raro, dum alte descendere vult, accidere, ut in lubrico pedibus in utramque partem vacillantibus delabatur. Lehm.

Ead. l. 9. *Τυραννοῦνται*] *Obsopoeus: administrent imperia. Gesnerus: tyrannidem gerant.* Erravit uterque, licet in re per se leviore. Passive, ut plerumque, sumendum erat et h. l. τυραννεῖσθαι. Sic supra Tyrannic. c. 4. extr. ἐτυραννεῖτο ὑπ' αὐτοῦ. Nec aliter alibi. Lehm.

Ead. l. 13. *Πέτρας γεωργοῦμεν*) *Πυθῶνά τε πετρήεσσαν* vocat in catalogo *Homerus*. Haec adscripta erant in marg. *Ald. Wesselingi.* Reitz.

Ibid. *Ὅμηρον*) Vid. Il. *B.* in Catal. vers. 26. (519.) et Schol. IX, 405. *Homer.* l. c. *Πυθῶνά τε πετρήεσσαν.* Ibi enim Scholiastes docet, *Pythona* eandem esse cum *Delphis*, quae recentior appellatio est. Solan.

Pag. 56. l. 4. *Ἄσπαρτα — καὶ ἀνήροτα*) Quae citra nostram operam casu nobis eveniunt, ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Graeci. Id in Paras. et Rhetor. Praec. natum a fabula insularum Fortunatarum, de quibus *Homer.* Odyss. IX. *Horat.* et *Lucianus.* Coon. *Homer.* Od. IX, 109. Solan.

Ead. l. 6. *Ἕλλησιν*) Solus L. hanc vocem suppeditat sensui omnino necessariam. Solan. Haec vox in marg. *Ald. Wesseling.* ita adscripta legitur, ut potius pro ἄλλοις substituenda, quam insuper adjungenda videatur: et haud scio, an Codex L.

non (*non* abesse cogites. Lehm.) etiam sic habeat; ut enim Ἕλλησιν probum est, ita jam adjecto ἄλλοις carere posse videmur. Quia tamen *Solanus* sic vult, morem gessi. At cum pro certo adfirmare non queam, num ipse hunc Codicem inspexerit, an ejus collationem tantum ab alio acceperit, dubito, num τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἀγαθὰ in eo legatur, an τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθὰ solum; ideoque fere alterutrum parenthesi inclusissem. Sed quia amplius daliberanti melius visum, si utrumque conjungatur, quia se sic vere Graecum facit, suosque Acragantinos Siculos partem quasi adhuc Graeciae esse fatetur, a quibus se sejungeret, si ἄλλοι abesset, ideo utrumque jam adesse malui. Sic *Demosth.* saepissime ἄλλους Ἕλληνας ait, ut in Or. de coron. p. 486. D. et 476. C. etc. Etsi ibidem Graeciam et Graecos interdum ab Atheniensibus distinguit, ad Hellada propriam respiciens. At Phalaridem suos cives Graecis adnumerare, patet supra ex I. Phal. c. 6. ὅτι Ἕλληνες — εἶναι λέγετε· c. 7. παρ' ὑμῖν τοῖς Ἕλλησι. Adde c. 14. Ideoque ἄλλοις Ἕλλησι optime se habet. Reitz. Nos potius constantem Edd. lectionem secuti omisimus vocem Ἕλλησι. Videndus *Schaeferus* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 578. sq. qui ibi alia hujus generis διττογραφίας exempla e *Diodoro Sic.* et *Dionys. Hal.* profert. Lehm.

Ead. l. 9. Καὶ τὰ δεύτερα, μετὰ τὸν θεὸν, καὶ εὐπορούμεν, ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐδαιμονούμεν) Qui serio haec verba legit, mirum si non mirifice perturbata deprehendat; id nempe renovatis debemus editionibus. Sed veteres, καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν θεὸν ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων, καὶ εὐπορούμεν, καὶ εὐδαιμονούμεν, *ac secundum Deum Apollinem, nos ab omnibus honoramur, et opulenti et beati sumus.* Jens. Μετὰ τὸν θεὸν καὶ εὐπορούμεν *Salm.* Ed. alieno loco: ceterae enim Edd. εὐπορούμεν uno versu serius proferunt, et cum εὐδαιμονούμεν conjungunt. Quam varietatem cum non adnotarit *Solanus*, eam hic addimus, quo *Jensii* correctio melius intellecta confirmetur. Reitz.

Pag. 57. l. 1. Φιλοκρινεῖν) Rectius fortean φυλοκρινεῖν, ut est in Angl. Cod. *per stirpes donaria discernere:* sequitur enim, καὶ γενεαλογεῖν τὰ πεμπόμενα. Bourn. Φιλοκρινεῖν proba lectio. Vide Abdic. c. 4. quamvis ibi *Fl.* φυλ. ut hic A. habeat. Solan.

Pag. 58. l. 1. Τὸ κατὰ τὸν θεὸν) Probe notanda haec phrasis. Solan.

Ead. l. 3. Ἀλλὰ) Quod magis poëticum videretur, pro vulgari ἀεὶ, ideo Edd. perquisivit *Solanus*, et ego reliquas pervolvi, atque eodem modo habere cognovi. Sed et supra idem sic habuimus circa fin. 2. Ver. Ilist. vel initium Tyrann. Reitz. Et saepius alibi, quod Index monstrabit. Lehm.

Ibid. ποιήσομεν) P. *H. B.* 2. Alii ποιησωμεν. Solan.

Ead. 1. 5. *Μηδὲ πώποτε*) Etsi confundi solet cum *μηδέποτε*, plus tamen est: nam hoc *nondum*, illud *nunquam* signif. in illo *Diogen. Laërt.* cujus verba, aliud agens adfert *Solanus* ad 2. Ver. Hist. cap. 18. *Ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν; ἔφη τοὺς μὲν νέους μηδέποτε, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδὲ πώποτε.* Quod autem ex eo tempore Pythius nunquam reddat oracula, vid. *Plutarch.* de Oraculor. defectu T. II. p. 409. et seqq. Reitz.

Ead. l. 14. *Ἔτι*) Melius videtur cum sequentibus conjungi. Solan. Sic alio ordine *οὐδενὸς ἔτι* legendum foret. At optime habet *ἔτι* ad praecedentia relatum. *Μὴ* et *ἔτι* est *μηκέτι*, *ne non amplius habeamus*, ut recte vertit *Gesnerus*. Lehm.

Ibid. Αὐτὸν καθιστάναι) *F. Guyet.* etiam monuerat, vulgatum *αὐτὸν* in *αὑτὸν* mutandum: quod vidi, postquam ipse jam mataveram. Reitz.

Ead. l. 15. *Παρ' αὐτοῦ*) An *ἄλλου*; Guyet. Si cum antecedentibus conjungas, paullo melius se res habebunt. Sed an sana sint haec, dubito. Solan. Vere sunt sana, modo *αὑτοῦ* legas, et *παρ' αὑτοῦ* ad *καταδαπανῶντα* referas; quae est *Schaeferi* sententia ad *L. Bos.* de Ellipss. p. 582. Scilicet *παρ' αὑτοῦ* est *ex suis facultatibus*, ut *Herodot.* II, 129. et VIII, 5. citante eodem *Schaefero*. cf. infra Pro Imagg. c. 20. Lehm.

Pag. 59. l. 1. *Βιωτὸν*) Sic nude pro *vivendum* etiam alibi Noster utitur. Ita *ἀβίωτον* quoque *Euripid.* Herc. fur. 1257. — *ἀναπτύξω δέ σοι Ἄβίωτον ὑμῖν νῦν τε καὶ πάροιθεν ὄν.* Reitz. *Obsopoeus* vertit: *Aut cui humaniter patiendum existimatis* etc. Videtur itaque *οἰστὸν*, vel hujusmodi nescio quid, legisse. Recte ceperunt *βιωτὸν Reitzius*, et *Gesnerus*, et interpretes recentt. Sic Rhet. Praec. init. *ἀβίωτα γὰρ εἶναί σοι φῂς, εἰ* etc. cum emphasi significatur *vita indigna*, ut h. l. *digna, quae vivatur*. Lehm.

IN ALEXANDRUM.

Pag. 60. *ΑΛΕΞ.*) Duos ejusdem aetatis ab hoc diversos memorat *M. Aurel.* I, 10, 12. *Galenus* etiam tertii meminit, VIII. *π. τῶν γινωσκ.* Solan. Vide *Dodwelli* Dissert. Iren. II. p. 215. la Croze.

Ead. l. 1. *Ὦ φίλτατε Κέλσε*) Is est *Celsus*, philosophus Epicureus, qui contra Christianos scripsit, et contra quem scripsit *Origenes*. Videndus *Valesius* ad *Eusebium*. Menag. Plures fuisse Celsos, monuerunt jam viri docti. J. Celsi sub Hadriano Jurisconsulti meminit *Spartianus*: qui idem alterum, ut puto, Celsum ab eo memorat occisum. Vide etiam *Xiphil.* 256. D. Duos

Epicureos agnoscit *Origenes:* alterum sub Nerone, sub Hadriano et deinceps alterum, (p. 8. contra Celsum) his verbis, *Δύο δὲ παρειλήφαμεν Κέλσους γεγονέναι Ἐπικουρείους· τὸν μὲν πρότερον κατὰ Νέρωνα, τοῦτον δὲ κατ' Ἀδριανὸν καὶ κατωτέρω.* Qui posterior procul dubio hic noster est, cui *Lucianus* librum hunc suum inscribit. Omnia enim concurrunt. Primo *aetas.* Sub Hadriano enim natus ad Commodi usque tempora facile vitam produxerit, quo imperante liber hic scriptus est. Secundo *secta:* Epicureus enim hic summus, ut ex toto hoc libello, praecipue tamen ex ultimis verbis, patet, qualem et *Origenes* suum describit, qui id ei passim vitio dat, p. 8. 10. 16. 97. 131. 141. 159. 200. 213. 232. Tertio *liber contra Magos,* quem suo diserte *Lucianus* assignat, c. 21. *Origenes* autem, utpote remotior, dubitanter, cum nit p. 53. *ὁρᾷς ὡς διὰ τούτων οἶονεὶ παραδέχεται μαγείαν εἶναι, οὐκ οἶδα εἰ ὁ αὐτὸς ὢν τῷ γράψαντι κατὰ μαγείας βιβλία πλείονα.* Pluribus enim libris hoc argumentum, ut ex utroque patet, tractarat. Solan. De aetate *Celsi* male sensisse videtur *Dodwellus* in Dissert. Iren. et in notis ad fragmentum *Phil. Sidetae.* la Croze.

Ead. l. 2. *Ἀλεξ. τοῦ Ἀβων.*) Fuit eo tempore Alexander quidam Sophista, *Peloplaton* dictus, cuius historiam *Philostratus* scripsit in vitis Sophistarum p. 570. Sed is a *Luciani* Alexandro diversus, quamquam forma speciesque utrique fere una. Sed nec patria convenit, nec vitae genus. Hoc tamen notatum volui, quia similitudine formae in utroque, a *Luciano* et *Philostrato* descriptae, et nescio quibus aliis deceptus, primo unum eundemque fuisse, ipse putaram. Mirum autem est, *Philostratum,* hominem valde superstisiosum, cum Sophistae vitam scriberet, nihil omnino de propheta adsuisse. Abonotichitam non ideo tantum vocat, quia ibi sedem oraculi sui fixerit, sed quia inde oriundus erat. Vid. c. 9. 11. et 12. Solan.

Ead. l. 3. *Καὶ ἐποινίας αὐτοῦ*) *Ἐποινία* vox a librariorum putilagine, pro Attica *ἐπίνοια.* Lexicographi tamen eam obtrusere, quasi prox, sive proba vox esset. *Henricus Stephanus* recte omisit. Patet autem quoque hoc ipso inferius *Luciani* dialogo, ubi est *ἐπίνοια.* Marcil. *Ἐπινοίας* L. *Junt.* Ed. et aliae recentiores non multae. In reliquis *ἐποινίας.* Solan. *Ἐπινοίας* verum esse, vide infra hoc Dial. c. 22. Reitz.

Ead. l. 4. *Μαγγανείας*) Confer supra Deor. Dial. 2. Et infra Dial. proximo Alex. c. 17. 25. ac 43. f. et 44. Solan.

Ead. l. 7. *Εἰς κακίαν*) Angl. *ἐν κακίᾳ.* Bourd.

Pag. 61. l. 3. *Ἀγγείου βουστασίαν*) Allegoria proverbialis in hominem aut rem majorem in modum inquinatam, qua etiam usus est in Fugitivis. Cogn.

Ead. l. 12, *Ἐν — θεάτρῳ ὑπὸ πυθήν.*) Confer infra hujus Dial. c. 44. et infra Tox. c. 59. Solan.

Ead. l. 15, *Καὶ Ἀρριανὸς γὰρ*) Scripsit is, teste *Simplicio*, non solum dissertationes *Epicteti*, verum etiam Enchiridion. Menag. Hunc *Luciani* locum adducens *Vossius*, quod in viro tam diligenti mireris, in Catalogo operum *Arriani*, historiam, cujus hic meminit *Lucianus*, omisit. Sub Hadriano floruisse dicit, et probat idem vir eruditissimus. De eo etiam quasi mortuo loquitur hic *Lucianus*. Nam de libro ipso Apologia intelligenda est. Vide *Xiph.* in Hadrian. 264. B. Ad Marci usque tempora deducit *Photius* Bibl. C. 58. pag. 53. Vide etiam *Suidam*. Circa annum Christi 134. Cappadociae praefuit. *Dio* 69. pag. 794. quo tempore *Ponti Euxini Periplum* Hadriano inscripsit. Solan.

Pag. 62. l. 3. *Τιλλιβόρου*) Hujus an meminerint alii scriptores, me latet. Solan.

Ead. l. 6. *Οὐ Μινύαν μόνην*) Quae sit illa Minya regio, juxta cum ignarissimis ignoro. *Μινύας γῆ* dicta est aliquando Orchomenus in Boeotia, sed quam longe ab Asia, toto Aegaeo mari intercedente, nullus ignorat. In Pamphylia fuit quaedam regio, quae *Μυλία* dicebatur, non *Μινύας*. Sed et haec nimis longe ab Ida et locis, ubi sua latrocinia exercebat Tilliborus ille. Tu, Lector, si mihi credis, leges confidenter *Μυσίαν*. Nam Mysiae provinciae mons Ida erat in Asia, si Asiae vocem latius accipias, et satis vicina Asiae proprie dictae. Ideo nulla est ratio dubitandi, quin nostra emendatio sit vera et proba. Palm. *Τὴν τῆς Φρυγίας. Steph.* Guyet. Eadem nota, iisdem verbis in Ed. *Graev. Menagio* adscribitur, quam modo ex *Guyeti* nott. Mss. exhibeo. Reitz.

Ead. l. 7. *Μινύαν*) Scholiastes hic legendus. Sed prior ille Minyas apud *Homerum* in Catal. v. 18. in Boeotia est, atque adeo a posteriore non diversus. Solan. Vid. *Strab.* IX, 2, 3. Lehm.

Ead. l. 15. *Πρόσθετον*) Quomodo id deprehensum sit, infra narrabit cap. 59. Sic *κομῶν προσθέσεις* inter muliebria lenocinia apud *Philostratum* recensentur pag. 931. ubi interpres et hunc *Luciani* locum apposite adducit et *Clem. Alexandr.* Paedag. I, 3. p. 218. Solan.

Pag. 63. l. 1. *Τὸ γοργὸν*) *Τὸ σεμνὸν, φοβερόν.* Guyet.

Ead. l. 4. *Ζεῦ ἀποτρόπαιε*) Recte secundum Theologiam gentilium. Quod autem *Clemens Alex.* 12, 2. — habet *προτροπαίους*, mendosum est, et *ἀποτρ.* legendum. Quod diligentem et eruditum ejus editorem non fugiet, credo. Solan.

Ead. l. 5. *Πολεμίοις*) Sic Gall. §. 30. *ἐχθροῖς οὕτω πλουτεῖν γένοιτο. Aeschylus* Prometh. vinct.

Ἑρ. χλιδᾷν ἔοικας τοῖς παροῦσι πήμασι.
Πρ. χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
Ἐχθροὺς ἴδοιμι.

Ex quo *Plaut.* Asin. Act. 3. Sc. *Agedum.*

Ar. *Hem, adspecta, rideo? utinam male qui mihi volunt, sic rideant.*

Sic *Terent.* Eunuch. Act. 4. Sc. 3. *Albin.* Cons. ad Liv.

Urbs gemit, et vultum miserabilis induit unum.
Gentibus adversis forma sit illa, precor.

Idem *Albin.* etiam. Bourd.

Ead. l. 12. *Κέρκωπας — Εὐρύβατον*) Nobiles facinorosi. Meminit horum et *Aeschines* adversus Ctesiphontem: *οὔτε γὰρ Φρυνώνδας, οὔτε Εὐρύβατος, οὔτε ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο.* Vid. *Erasmum* ad proverbium, *ne in Lampygum incidas.* Cogn. Vide *Ovid.* Metam. XII. f. 2. Solan.

Ead. l. 13. *Εὐρύβατον*) Vide *Erasmum* in proverb. *εὐρυβατέεσθαι* Vorst. Scholiastae hic parum notus. Solan.

Ibid. Φρυνώνδαν) Pravitate notum fuisse Schol. ait. Solan.

Ibid. Ἀριστόδημον) Quem Aristodemum intelligat, nescio: plures enim sunt hujus nominis Tyranni; vide Scholium. Solan.

Ibid. Σώστρατον) Eum intelligit, de quo supra Diall. Mortt. XXX. Vide etiam. c. 1. Solan.

Ead. l. 14. *Ῥουτιλιανῷ*) Sic legit interpr. ex Cod. Flor. Bourd. De hoc apud hunc multa deinceps: apud alios nihil invenio, quamvis clarissimus illa aetate fuerit. Solan.

Ead. l. 15. *Ὑπὲρ αὐτοῦ*) Lege *αὑτοῦ*. Guyet. *Αὑτοῦ B.* 2. In reliquis prave *αὐτοῦ*. Solan.

Pag. 64. l. 1. *Πρὸς αὐτὸν*) *Παῖς ἦν πρὸς αὐτόν.* Sic *Terent. Nihil ad nostram hanc,* Eun. II, 3, 69. Et paullo post plenius, *ne comparandus ad illum est.* Exempla Graeca passim quoque obvia. Vid. fratris carissimi *G. O. Reitzii* Belg. Gr. p. 519. Reitz. Vid. Adnot. ad Hermot. c. 13. Leim.

Ead. l. 4. *Ἐπὶ διαβολῇ — οἷς ἔγωγε οὐκ ἂν π.*) Hic locus apprime notandus, quo *Luciani* ingenium, scriptorumque ejus consilium atque institutum nosse disces. Ex animo enim quia hic sit locutus, cur dubitetur nulla caussa est. Cur ergo, inquies, si de magnis illis viris tam magnifice senserit, perpetuis eos insectatur calumniis? Dicam: sub eorum persona eos plerumque petebat, qui nomen eorum vitae flagitiosissimae praetendebant. Reliqui fere joci sunt, eximiis illis viris nequaquam fraudi, si lector sapiat, futuri. Vid. c. 25. Solan.

Ead. l. 6. *Πολλοστὸν — μέρος*) Utitur hoc *Luciani* testimonio *Duker.* ad *Thucydid.* VI, 86. ubi *πολλοστὸν μόριον* nonnulli Codd. habent. Sed et *πολλοστημόριον* dici, ut editum in *Thucyd.* vid. *Polluc.* L. IV. segm. 165. Reitz.

Ead. l. 8. *Ποικιλοτάτην*) Viliose legitur, *ὅλως γὰρ ἐπιών-*

σόν μοι, καὶ τῷ λογισμῷ διατύπωσον ποικιλοτάτην τινὰ ψυχῆς κρᾶσιν. Ratio linguae postulat ποικιλωτάτην. Id alibi observatum, vel potius non corruptum, apud *Nostrum:* ut de Saltatione c. 31. πλὴν ὅτι ποικιλώτεραι αὗται etc. Jens. *Ποικιλωτάτην Jensii* emendatio, ut De Salt. c. 31. Solan.

Ead. l. 13. *Βουλήσεως*) Ibidem non multo post, pro τῷ ἐναντιωτάτῳ τῆς βολήσεως ἐοικυῖαν, rescribe βουλήσεως. Sic habet *Basileensis* anni 1545. Jens. In plerisque impressis βολήσεως scriptum erat; quod et ego primo probabam, et ab aleatoribus petitam metaphoram putabam, qui si callidi sint, faciem vultumque componunt tum maxime, cum alea minime favet. Unde apud Gallos tritum, *faire bonne mine à mauvais jeu.* Sed utramque nunc *Bas. Par.* et *Jensium* monentem laudo, qui βουλήσεως restituunt, quod Graecum et venustum. V. versus finem hujus libelli c. 54. — 57. quae verbum hoc mire illustrant, et *Thucyd.* I, 92. Solan.

Pag. 65. l. 2. *Ἐπέχειν τὸν νοῦν*) Jussit in marg. *Solanus* conferre *Th. Magistrum.* Id feci, vidique nihil aliud, quam illum haec *Luciani* verba v. Ἐπέχω eodem modo proferre, ad demonstrandum, ἐπέχειν modo esse ἐπὶ τινὶ ἔχειν, cum alibi et κωλύειν significet. Sed et interdum νοῦν et ὀφθαλμούς omitti, docebunt *Bos* de Ellipsi, et *Elsner.* ad Act. Apost. III, 5. ubi de mendico, ὁ δὲ ἐπεῖχεν αὐτοῖς. Verum quod hic contra *Bosium* sentiat, et non ὀφθαλμούς, sed νοῦν, in hoc exemplo intelligi contendat, nondum mihi probavit; quin priori ideo credam, quod expressis verbis praemittatur, βλέψον εἰς ἡμᾶς. Nec juvant *Elsnerum* exempla, quae adfert, in quibus τὸν νοῦν additur; nam et *Bos* habet, ubi ὀφθαλμούς addatur. Sed non tanti est, ut alteruter multum a vero aberrasse dici queat. Reitz.

Ead. l. 3. Ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλάμης τεκμαίρεσθαι) Vertit interpres, *ut licebat ex stipula conjicere;* recte quidem, quantum ad simplicia verba: at veram eorum mentem, elegantemque, qua hic utitur *Lucianus*, metaphoram, nemo melius exponat, quam interpres Graecus anonymus *Homeri*, ad Odyss. Ξ. v. 214. ita scribens, Ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς καλάμης ἔνεστιν νοῆσαι τὸ πάλλος τῶν τεθερισμένων καρπῶν, οὕτως καὶ ἐκ πρεσβυτικοῦ σώματος τὴν ἀρχαίαν ἕξιν κατανοῆσαι. *Nam quemadmodum ex stipula licet cognoscere pulchritudinem demessarum frugum, ita ex senili corpore priorem formam intelligere* licet. Καλάμη enim, ut idem Scholiasta paullo supra docuerat, cum proprie notet τὴν ὑποστάθμην τοῦ ὑπολειπομένου σίτου, (sive, ut *Hesychius*, τὸ ξυλῶδες τῶν σταχύων) sumitur etiam metaphorice pro senectute, sive ἀκάρπῳ ἡλικίᾳ, *aetate effoeta;* quemadmodum et καλάμην interpretatur item *Hesychius.* Jens.

Ead. l. 5. *Δεομένοις*) Angl. *βουλομένοις*. Bourd. *Βουλομ.* A. P. et L. Reliqui *δεομένοις*. V. cap. 17. et passim apud optimos scriptores. Solan.

Ead. l. 6. *Μαγείας καὶ ἐπῳδ.*) Cf. supr. De Merc. Cond. c. 40. Solan.

Ead. l. 7. *Ἐπαγ. τοῖς ἐχθ.*) Flor. *ἐπαγ. ἐπὶ τ. ἐχθ.* Bourd.

Ead. l. 8. *Ἀναποµπὰς*) *Descouvertes.* *Ἀναπέμπω*, *emitto*, *sursum mitto*. Etym. Guyet. Recte *Guyetus* exponit: nam promittunt magi, se suis incantationibus thesauros alte sub terra defossos, sursum evocaturos. Reitz.

Ead. l. 9. *Εὐφυᾶ*) Non quidem immerito varietatem quaesivit diligentissimus *Solanus*: nam *εὐφυῆ* requiritur ab recto *εὐφυής*, si paradigmata grammatica spectes, ut *ἀληθέα ἀληθῆ*: et *εὐφυῆ Vorstius* etiam margini *Basil.* 2. adscripserat. Verum neuter videtur attendisse ad exceptionem, quae *εα* purum tam in *α* quam *η* contrahi monet, sic *ὑγιῆ* et *ὑγιᾶ* utrovis more dici, et posterius quidem frequentius, Grammatici jam tradidere. Conf. de Salt. §. 74. et *Maittaire* de Dial. p. 29. Reitz.

Ead. l. 14. *Θῶνος*) Anglic. *Θόωνος* et ita interp. Bourd. Conf. *Homer.* Odyss. *Δ*, 230. *Θῶνος* scribitur apud *Hom.* l. c. ad quem locum manifesto alludit: cum A. tamen P. etiam *Θόωνος*. Cave autem credas cum doctissimo *Philostrati* interprete, nomen id fuisse Tyanensi, (ad p. 148.) quem Aegyptium insuper vir doct. deceptus facit. Minus autem est, apud *Philostr.* hujus hominis mentionem nullam fieri, quem participem suorum arcanorum Apollonio *Noster* tam diserte tradit. Solan.

Pag. 66. l. 1. *Φάρμακα*) Hoc carmen pluribus in locis est apud *Homerum*, praecipue Odyss. *Δ*, quod usurpatur in medicos imperitos, qui non raro venenum pro remedio ministrant. Coon. Hunc versum vid. ibid. Odyss. *Δ*, 232. Reitz.

Ead. l. 2. *Αὐτὸς*) Angl. *οὗτος*. Bourd.

Ead. l. 3. *Τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγενομένων*) *Τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ τῷ πάνυ*. Marcil. Hujus vitam 8 libris *Philostratus* describit: hunc *Hierocles* Christo aequiparavit: contra quem *Eusebius* scripsit. Coon. Secuti hic sumus emendationem *Marcilii*: nam *τῷ* deest in nostris libris. Sed ad alia venio. Medicus ille et simul magus, cum Apollonio Tyaneo diu versatus fuerat, qui paullo ante centesimum a Christo nato annum, eodem, quo Merva, tempore, mortuus traditur. Hujus imberbis adhuc discipulus Alexander: unde facile patet, initio fere seculi secundi natum Alexandrum; quod optime convenit cum iis, quae de eo hic traduntur, nondum septuagenarium decessisse sub finem imperii M. Aurelii Antonini, quod ex seqq. patebit. V. quae de bello Marcomannico habet c. 48. Solan.

Emendationem *Marcilii* adeo necessariam existimavi, ut eam receperim, contra Edd. Reitz. *τῷ πάνυ* non comparent in Ms. Reg. 3011. et abesse vult *Belinus*. Bip. Unde pro suspectis ea notavit *Schmiederus*. At facilius *τῷ* excidere poterat librarii culpa, quam *πάνυ* nescio quomodo irrepere. Ironice autem hoc elogium esse sumendum, miror quod non viderit *Belinus*, nec etiam *Schmiederus*. Lehm.

Ead. l. 5. *Τραγῳδίαν*) Non sic de eo sentiebat *Philostratus*, qui viri vitam conscripsit, etiam nunc exstantem. Non *Eunapius*, qui in prooem. ad vit. Soph. *ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους θεοῦ*, librum eum inscribi jure potuisse censebat. Ante *Lucianum* vix reperies, qui ejus meminerit. Eruditiss. certe *Philostr.* enarrator *Lucianum* cum Apulejo coaetaneo primos facit; praef. pag. 33. Solan.

Ead. l. 9. *Μικρὸν οὐδὲν ἐπενόει*) Sic Liv. de Scipione XXIX, 1. Nihil enim parvum, sed Carthaginis jam excidia agitabat animo. Solan.

Ead. l. 10. *Χρονογράφῳ*) Forsan *χρησμογράφῳ*, ut infra cap. 10. La Croze. Legendum *λογογράφῳ*, adscripserat *Solanus*, ut supra Herod. cap. 4. ubi *καὶ συγγραφέας καὶ λογογράφους*. Vel *χρησμογράφῳ*, videndumque, quod hic sequitur cap. 10. hujus Alex. Sed prius malim. Reitz. *Wielandius*, errore seductus, de *comoediarum scriptore* cogitavit, legere sibi visus *λογοποιῷ*, quod nusquam legitur. In uno Parisiensi Cod. et Ed. *Flor.* invenitur lectio *χορογράφῳ*, quam etsi vertit *Belinus*, praelatam vulgatae, ita, ut cogitaverit de Francogallico *maître de Ballets*, tandem tamen mavult *πορνοτρόφῳ* corrigi. Utrumque habeat sibi. De posteriori ne verbum quidem dicam. Prius autem, quod et *Schmiederus* recipiendum judicavit, ideo damno, quod id genus hominum, quod *Belinus* finxit, aut plane non exstitit apud veteres, aut, si exstitit, dicebantur *χοροδιδάσκαλοι*, nullo autem modo *χορογράφοι*. Imo *χορογράφῳ* h. l. spuria est lectio, e *χρονογράφῳ* orta. Quod autem *L Croze* conjecit *χρησμογράφῳ*, neque illud placet, partim quia *ἀγῶνας*, qui statim commemorantur, non intelligo, quomodo cum oraculorum concinnatoribus conciliari possint; partim quia, quae c. 10. de eodem homine narrantur, de mutata ejusdem vivendi ratione valent, neque huic loco normae esse possunt judicandi. Denique *Solani* conjecturam *λογογράφῳ* facile ego admitterem, si probatam viderem externa quadam auctoritate, aut si vulgata lectio omnino defendi non posset. At potest. Nam *χρονογράφος*, *annalium scriptor*, per contemtum dicitur ab auctore. Profitebatur autem Cocconas *artem historicam*, et opera sua in certamina committere solebat. Sed judice *Luciano* nil fuit nisi *χρονογράφος*, quod doctorum

virorum genus describitur supra in Quom. Hist. Conscr. c. 16. Lehm.

Ibid. Καθιέντων) Circulatoremne intelligit? Solan. *Κιθιζόντων* aliquem legendum conjicere, *Guyet.* ait in suis nott. Mss. Sed quia stare potest vulgata, nihil muto. Reitz. Propria scilicet est vox *καθιέναι* de iis, qui opera sua artis — haec autem facile h. l. subaudiri possunt — *in certamina committunt*, quod pluribus ostendit *Casaubonus* ad *Athenaeum* p. 52. Lehm.

Ibid. Καταρατοτέρῳ) Intellige *αὐτοῦ*, *τοῦ Ἀλεξάνδρου* scil. Guyet.

Pag. 67. l. 1. *Παχεῖς*) Sic pag. seq. et pag. 481. Bourd. V. *Aristoph.* p. 670. A. Et Nostrum c. 9. Solan. Infra addit *καὶ ἠλίθιοι, καὶ ἀπαίδευτοι.* Et sic *παχεῖς* de rudi, ac stupido hominum grege usurpari, hoc aliisque aliorum testimoniis probat *Elsn.* ad Evang. *Matth.* XIII, 15. p. m. 67. Reitz.

Ead. l. 2. *Τοὺς πολλοὺς*) Notum quidem, addito articulo *vulgus* et *res vulgares* significari. Vid. *Nostrum* supra de Merced. cond. c. 9. et infr. hoc Alex. c. 9. *Dion. Hal.* VII. p. 473. *τὸ ὄναρ — ἓν τι τῶν πολλῶν.* Sic *τοὺς πολλοὺς* Scholiast. *Thucyd.* interpretatur *πένητας*, ad L. I. c. 6. Confer *Ael.* V. H. XLV, 8. ac decies alibi apud hunc et omnes. Sed non ideo haec adduco, ut sexcenties dicta repetam; verum ut hac occasione admoneam, non semper tamen *plebem* significari, sed plus, veluti in Epist. *ad Rom.* c. V, 15. *εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον.* Quin et *universos* interdum significare *τοὺς πολλοὺς*, docet *Gronov.* qui verba *Arrian.* de Exp. Alex. VII. p. 485. Ed. *Amst.* (Ed. *Leid.* p. 300.) ubi *ὡς ἐπὶ Ἄραβας τοὺς πολλοὺς* verti vult, *universos Arabas*; cum non sufficeret *Vulcanii* versio, *in Arabas, populosam gentem.* Reitz.

Ead. l. 3. *Ἀποκείροντες — Μακέτιν*) Vid. quae dicimus ad Philopatr. c. 21. *κεκαρμένους τὸν νοῦν καὶ τὴν διάνοιαν.* Sic paullo post dicuntur *τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένας.* Porro *Μακέτιν* ita verti, ne quis *Macetin* vel *Macetam* proprium unius mulieris nomen intelligeret. Gesn.

Ibid. Μακέτιν) Nomen est non proprium illius mulieris, uti priores interpretes verterunt, sed quo tantummodo regio, unde orta erat, denotatur. Vid. Epigramma a *Kennetto* laudatum pag. 117. Solan.

Ead. l. 6. *Πελλαία*) Macedoniae civitas est, ubi etiam Alexander Magnus natus dicitur. Solebant mulieres Pellae dracones alere, eosque aestate, frigoris causa, collo circumdare. Coen. Adleverat margini cl. *Hemsterh.* videndum *Ez. Spanhem.* de Pr. et Us. Num. Ant. Diss. IX. p. 655. Quem igitur adiisse non pigebit. Reitz.

Ead. l. 7. *Εὐδαίμονος*) Enallage. GUYET.

Ead. l. 8. *Νῦν δὲ*) V. *Spanhem.* 654. SOLAN. *Dion. Chrysost.* Tarsic. I. T. II. p. 12. Ed. *Reisk.* *ὥςτε νῦν εἴ τις διέρχοιτο Πέλλαν, οὐδὲ σημεῖον ὄψεται πόλεως οὐδὲν, δίχα τοῦ πολὺν κέραμον εἶναι συντετριμμένον ἐν τῷ τόπῳ.* Quem locum adfert *Belinus* ad commendandam lectionem Cod. 3011. *ὀλιγίστους* pro vulg. *ὀλίγους*. Verum nec *ὀλίγους* cum *Dionis* loco pugnat. LEHM.

Ead. l. 13. *Πολλοὶ δὲ*) De serpentibus Pellaeis *Casaubon.* ad *Suet.* lib. 3. BOURD.

Ead. l. 14. *Τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπ.*) Vid. *Plut.* in initio Alex. qui *Luciano* hac in re adstipulatur. Adde *Spanh.* 212. SOLAN.

Ibid. *Ὀλυμπιάδος*) Matre Alexandri, de qua Diod. Diog. et et Alex. COCN. Origo fabulae de Olympiadis serpente. GUYET. Dicit *Cognatus* dialogum Mortuorum XIII. 1. ubi videndus *Hemsterhusius* Tom. II. hujus Edit. p. 567. sq. LEHM.

Pag. 68. l. 1. *Θουκυδίδην*) *Thucyd.* L. II. c. 1. SOLAN.

Ead. l. 3. *Τὸν — βίον*) Conf. infra Demon. Vit. c. 20. SODAN.

Ead. l. 4. *Τὸ δυεῖν τούτοιν*) Metus et spes divinationem et auguria repererunt. Qui impense cupiunt, suis votis undecunque blandiuntur, et quidvis in omnem optati eventus partem trahunt. Qui vero misere cupiunt, quavis ex re solatium formidinis aucupant. Vide *Lucianum* in Char. et in Demonact. COCN. *Δυεῖν* Edd. Atticum, neque hic solum, sed multis aliis in locis. SOLAN. *Δυεῖν* ait *Solanus* Edd. habere; at *Parisina* habet *δυοῖν*. *Porsl.* in *B.* 2. etiam *δυοῖν* adleverat, frustra. Quid in *Junt.* fuerit, nescio, nam *Solanus* eam sic mutavit, ut et *δυεῖν* et *δυοῖν* inde conficere queas: quare Edd. denuo consului, et in variantt. lectt. notavi. Quia vero ibidem notarat, alias quasdam Edd. nihil abire ab lectione *Juntinae*, quas tamen *δυεῖν* habere cognovi, ideo credo *δυοῖν* fuisse in J. Sed *Solanum* correxisse *δυεῖν*, nam cum illa restituta lectione sic reliquae conveniunt. Certe *δυεῖν* rectum esse, si testimoniis indiget, confer *Diod. Sic.* XIX. p. 296. Ed. *Bas.* ubi *δυεῖν σταδίων*. Et *δυεῖν νεοῖν* vid. ex *Thucyd.* pluraque apud *Maittaire* de Dialectt. p. 34. REITZ. In nostro scriptore vide Hermot. c. 61. Catapl. c. 5. et Diall. Mortt. XVI, 4. et quae in postremi loci Varr. Lectt. sunt notata. LEHM.

Ead. l. 8. *Καὶ Δελφοὺς*) Sic in Jove trag. et Icarom. BOURD.

Ead. l. 10. *Κλάρου*) V. de his, quae supra adnotata sunt, ad Diall. Deor. XVI. SOLAN.

Ibid. *Βραγχίδας*) De Brancho et Branchidarum oraculo multa dedit *Bulengerus* de oraculis et vatibus c. 9. GESN. Vid.

etiam *Olear.* ad *Philostr.* IV. c. 1. p. 140. Reitz. Cf. ad Diall. Deor. II, 2. Tom. II. p. 282. Lehm.

Ead. l. 13. *Πλινθους*) Sic in Contempl. Bourd.

Ead. l. 17. *Ὅπερ μειζόνως*) Angl. *ἐπὶ μεῖζον.* Bourd. A. P. et L. *ἐπὶ μεῖζον.* Sed nihil muto. v. quae ad De Merc. Cond. c. 12. a me adnotata sunt. Solan. Conf. mox c. 26. Reitz. Certus est hic *Luciani* loquendi usus. Non itaque *Schmiederus ἐπὶ μεῖζον*, etsi etiam in Cod. 3011. repertum, recipere debebat. Non enim, ut *Belinus* dicit, *μειζόνως* glossema est formulae *ἐπὶ μεῖζον*, sed vice versa hoc illius est interpretamentum. Lehm.

Pag. 69. l. 4. *Χαλκηδόνα*) In nummis aliter, ut plurimum, scribi hoc nomen docet *Ez. Spanh.* p. 117. nempe *ΚΑΛΧΗΔΟΝΑ.* Ita etiam in *Strabonis* Codicibus antiquis reperiri. Reitz. *Strabon.* XII, 4. Lehm.

Ead. l. 5. *Καὶ ἐμπόρων*) Mirum, ni vox aliqua ante *καὶ* exciderit. Facile tamen, quid voluerit, assequimur, ut non admodum de emendatione laborandum sit, nisi forte Mss. aliquid suggerant. Solan. Pro *καὶ* reposui *ὡς* e plus quam probabili conjectura *Schaeferi* ad *Gregor. Cor.* p. 25. Sic idem corrigit Tragodopod. v. 251. *ὥς γ'* pro *καί γ'*. Lehm.

Ead. l. 6. *Προσοικοῦν*) Adscripsit *Solan.* vid. infra in Dipsad. c. 2. *Παράμαντες μόνοι πρόσοικοι ὄντες*, quo adjuvetur, credo, conjectura *Pelletieri;* sed et mihi participium activum *προσοικοῦν*, quod potius de homine, quam de regione usurpatur, hic minus conveniens videtur: quare *πρόσοικον* admittere malim, si quis Cod. addicat. Reitz. Equidem nolim. *Οἰκεῖν* enim de *urbibus* ipsis, *situm esse*, non est inusitatum. Duo *Xenophontis* exempla vide in *Sturz.* Lexic. Xenoph. Tom. III. p. 248. Sic et *προσοικεῖν* h. l. bene habet. Lehm.

Ead. l. 8. *Τὰ οἴκοι*) E Paphlagonia ergo oriundus Alexander. Solan.

Ead. l. 12. *Τοὺς πολλούς*) Conf. supra dicta ad c. 6. Reitz.

Ead. l. 13. *Κυμβάλοις κροτοῦντα*) Quamvis *plaudo* significat, tamen et transitive usurpatur, aeque ac Latinorum *plaudo;* vid. *Cerd.* ad *Virg.* Aen. VI, 644. Alii etiam construunt cum accusandi casu, ut *Alciphr.* I. Ep. 12. pag. 50. *αὕτη δὲ κύμβαλα ἐπικρότει.* Sed noster Deor. Dial. XII. Ven. et Cupid. etiam *ἐπικτυπεῖν* cum dativo, *ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ.* Cum accusativo autem etiam *Hom.* Il. O, 453. ubi *κεῖν' ὄχεα κροτέοντες*, est *vacuos currus quatientes, cum strepitu.* Reitz.

Pag. 70. l. 1. *Κοσκίνῳ — μαντευόμενος*) *Cribro vaticinans*, stulte de rebus occultis divinans, paroemia sumta a divinationis genere, quod suspenso circumactoque cribro peragebatur. Coon.

Paroemiogr. Bourd. *Κοσκινομαντεία*, de qua *Theocr.* Εἶπα καὶ Ἀγροιὼ τἀληθέα κοσκινόμαντις. Guyet.

Ead. l. 9. *Μέτεισιν*) Praesens pro futuro: sic *ἐστὶ* pro *ἔσται*, et similia, vid. *Jens.* et *Hemsterh.* Somn. c. 9. Id vero in verbo εἶμι perpetuum fere esse, vid. Commentt. ad *Aristophan.* Plut. 70. ubi ἄπειμι, abiho. Et vid. *Hemst.* idem dicentem, ad Somn. §. 7. f. Adde *Long.* Past. L. 2. p. 67. iterum 68. καὶ ἄπεισι τοῖς Μηθυμναίοις οὐκ ἀγαθὸς πολέμιος, *et vaniet Methymnaeis hostis sat infestus*, ut vertit *Jungerman.* Sed et potuisset *hinc abibit* vertere. At vix quidquam interest, et alibi de hoc significatu agemus. Conf. eund. L. IV. pag. 125. (Ed. *Moll.* nam altera, ex qua olim priora excerpsi, nunc non est ad manum) ἄπειμι τὰς αἶγας ἀπάξων, ubi videas etiam cum futuro connecti, ut hic ap. *Lucian.* Si alia verba sic posita addere velim, quorsum id abiret? Vid. tamen *Alciphr.* I. Ep. XI. p. 44. φεύγομεν, ἢ μένομεν; pro φεύξομεν etc. In verbis autem contractis num praesens sit, an fut. 2. vid. *Kuster.* ad *Aristoph.* Plut. 65. ἀπολῶ, pro ἀπολέσω, quod alibi agemus. Reitz.

Ead. l. 13. *Κἀκεῖνοι*) Sic Ed. J. Reliquae ἐκεῖνοι. Sed mallem γοῦν pro γάρ. Solan. Mutationis caussam ego non video. Vult auctor, rumorem prodigii cum omnino per Bithyniam propagatum fuisse, tum maxime Abonicastrum pervenisse. Unde autem hoc concludi poterat? — Inde, quod incolae oppidi statim templum excitare decreverant etc. Γὰρ itaque sane suo est loco. Lehm.

Pag. 71. l. 3. Ὑπὸ ἐλίδνης ὀηθείς) Dico ad lib. 2. *Heliodor.* Bourd.

Ibid. Προεισπέμπεται) Angl. προπέμπεται. Bourd. Προεισπέμπεται, *pompa inducitur.* Guyet.

Ead. l. 5. Μεσόλευκον) Qualem reges Persarum soli apud suos gestabant. *Xen.* Cyrop. VIII. p. m. 127, 31. Vid. et *Athen.* V, 215. C. ad quem locum, dum alia optime, ut solet, adnotat, vir de *Athenaeo* omnibusque bonis literis optime meritus, nescio, quo modo Cocconam cum Alexandro unum eundemque facere videtur. Solan. Καὶ μεσόλευκον) Nihil de omisso illo καὶ in plurimis Edd. notarat *Solanus*: nec tanti interesse dicet aliquis. At qui stilo *Luciani* est adsuetus, credo, videbit, id recte hic addi, etsi paullo post omittitur ante ἅρπην. Reitz.

Ead. l. 8. Ὄλεθροι) *Pestis, pernicies, exitium.* An infelices? malim ὀλέθριοι, ut infra c. 39. Guyet. Nihil mutavit *Solanus*, neque ego quidquam mutavi, sine auctoritate Edd. aut Codd. etsi adjectivum ὀλέθριοι sic usitatius, et pluralis substantivi ὄλεθροι alibi nondum a me observatus est. Reitz. Sic iterum subst. pro adj. infra de Salt. c. 5. ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ. Et Jov. Trag.

c. 43. Pseudol. c. 17. et 18. ac Dial. Mort. IX, 4. Ita ut vulgatum non sit movendum. IDEM *in Addend.*

Ead. l. 11. *Περσείδης*) *Περσειδης*. GUYET. Parum abest, quin *Περσείδης* in contextum recipiam, quod ad metrum rectius: vereor enim, ut media longa inveniatur alibi *Περσίδης*. Nam brevis est ap. *Aristoph.* Vesp. 1132. Etsi ibi Persicam vestem significat, est tamen id adjectivum quoque. Potest ergo jam *Περσείδης* cum auctoritate legere, qui volet. At si a *Περσεύς* formatum dicas, longa poterit esse; verum et tum *Περσείδης* diceretur, aeque ac *Ἀτρείδης* ab *Ἀτρεύς*. REITZ. Rationes tum grammaticae, tum metricae, jubent *Περσείδης* scribi, vel sine ulla auctoritate externa. LEHM.

Ead. l. 13. *Οὕτως*) Sic enim emendavimus, cum antea legeretur *οὗτος*, nullo, aut certe *Luciano* indigno, sensu. Ratio emendationis per se patet. Vide autem cap. 39. SOLAN.

Ibid. Ποδαλείριος) *Podalirius* Aesculapii filius, cujus se filium fingebat Alexander. V. c. 39. SOLAN.

Ead. l. 14. *Τρίκκης*) Lege, si lubet, *Orig.* c. Cels. III. p. 113. 2. ubi inter urbes recensetur, in quibus miracula sua edere credebatur Aesculapius. V. etiam *Avien.* Arat. v. 206. et *Strab.* IX. de templo Aesculapii in ea urbe celeberrimo et antiquissimo. Est autem urbs Thessaliae, cujus et *Hom.* meminit in Catal. 336. ubi natus dicitur Aesculapius; *Strab.* XIV. p. m. 446. A. SOLAN.

Ibid. Στύεσθαι) Male in Anglic. Cod. *στέλλεσθαι*. Vocem *στύεσθαι* alibi interpretor. BOURD. *Στέλλεσθαι* praeter A. P. et L. longe, mea quidem sententia, melius, quam ut in impressis est, *στύεσθαι*. Sensum vulgatae aperiet *Aristoph.* Lysistrata, eundem fere, quem alibi per *εἴσω φέρεσθαι*, aut simile quid, effert. V. Asin. c. 33. bis, et 51. Sed nec castior solum vox *στέλλεσθαι*, sed hic longe aptior, itinerique tanto convenientior, et Nostro familiaris. V. Nigr. cap. 2. 3. et passim. SOLAN. At versio *Gesneri στύεσθαι* servat. REITZ. Nondum poenitet *τοῦ στύεσθαι* in versione servati. Sermo est de homine *μάγλῳ* et *γυναικομανεῖ*, oratio satirica. GRAN. Reposuimus Edd. vett. lectionem *στύεσθαι*, quam agnoscit etiam Ms. Reg. 2954. BAP.

Pag. 72. l. 1. *Εὕρητο*) Minus recte in Angl. Cod. *εἴρητο*. BOURD. Sic et in 3011. legitur, quod *Belinus* probat, redditum *fut publié*. Recepitque *Schmiederus*. Ego non videbam, cur a vulgata recedendum videretur. LEHM.

Ead. l. 4. *Κατὰ Τύρσιν*) Descriptio Abonoteichi. SOLAN. Vid. haec et computum numeri literas *ΑΛΕΞ.* exhibentis, i. e. *Ἀλέξανδρος*, vel *ἀλεξητὴρ auxiliator*, plenius exposita apud *L. Bos* ad *Evang. Joan.* I, 4. pag. 52. et seq. Sed quia eadem per compendium enarrat *Solanus*, *Bosium* non exscribam. REITZ.

Ibid. Τύρσιν — ἀλεξητῆρος) Ineptorum versuum bonam interpretationem dare, ne, si possem quidem, vellem. Non est hic quidquam ingenii, sed, ut in toto hoc genere, stribligo dictionis, stupidae argutiae. Τύρσις muros, moenia, castrum, significat: notatur itaque Ἀβωνουτεῖχος. *Ausoniorum* mentio indicat, sub imperatore Romano rem geri debere. *Monas* est A, *tres decades* Λ etc. Ἀλεξητῆρος nomen retinendum fuit in versione. Metuebat astutus Apollo, ne non satis clare apud Paphlagonas signasset nomen prophetae sui per notas numerales ΑΛΕΞ. nisi adjiceret, eas primas quatuor literas esse in voce Ἀλεξητήρ. Gesn.

Ead. l. 5. Ἐκ πρώτης) Aenigma est, quo (ΑΛΕΞ) ἀνδρος describitur.

A. 1.	4) 96	24
Λ. 30.	8	
E. 5.	16	
Ξ. 60.	16	
	00.	

Summa 96, per 4 divisibilis.

Alexandri autem etymon. Vid. etiam apud *Apollod.* III. p. 98. A. Solan. Literae numerorum potestate in *Aldi* 1. *IV.* ita huic et sequenti versui superscriptae erant, ut nomen *Alexandri* inde prodiret, quod quia *Solanus* jam indicavit, non repetam. Reitz.

Ead. l. 8. Διὰ πολλοῦ) Vulgo vertitur, *multo post.* Rectius: *post longam absentiam.* Guyet. Recte *Guyetus*, quamvis e vulgata versione tamen eundem sensum elicere queas. Sic et *Aristoph.* Plut. 1046. Ἔοικε διὰ πολλοῦ χρόνου σ' ἑωρακέναι. Quod recte ibi vertitur, *opinor, quod te jam diu non viderit.* Nam etsi negatio nulla in Graecis, tamen qui *post longum tempus*, vel *longam demum absentiam videt*, is diu non vidit. Fidem faciet *Long.* Past. IV. p. 106. Ed. *Moll.* Παρεκελεύετο δὲ καὶ τῷ Δάφνιδι ὁ Λάμων παίζειν τὰς αἶγας ὡς δυνατὸν μάλιστά που, πάντως κἀκείνας λέγων ὄψεσθαι τὸν δεσπότην ἀφικόμενον διὰ μακροῦ, *herum illas omnino post longum intervallum esse visuras.* Reitz. Haec assensu suo confirmat *Schaefer.* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 548. addens etiam *Villoison.* ad *Long.* p. 240. Videndus praeterea *Morus* ad *Isocr.* Paneg. c. 12. et quos ibi *Spohnius* laudat. Contra in Necyom. c. 16. διὰ πολλοῦ est *per longum tempus.* Ceterum pravam horum verborum distinctionem, qua post τραγῳδίας in omnibus prioribus Edd. commate posito, verba διὰ πολλοῦ ἐς τὴν πατρίδα cum sequentibus nectebantur, primus emendavit *Schmiederus*, post πατρίδα demum interpungendo. Lehm.

Ead. l. 10. *Καὶ ἀφροῦ ὑποπιμπλάμενος*) De his impostorum et agyrtarum artibus alius locus dicendi. Bourd.

Ead. l. 14. *Ἀνθρωπόμορφόν τι*) Figuram videbis in nummo, quem ad cap. 58. exhibebimus. Solan.

Ead. l. 15. *Κατάγραφος*) i. e. *picta, ποικίλη. Κατάγραφος* idem, quod *κατάγραπτος. Catull. Catagraphosque Thynos.* Guyet. Locus *Catulli* est in Epigr. 22. ad Thallum, ad quem vid. observatt. *Vossii* p. 63. Reitz.

Pag. 73. l. 2. *Μέλαινα*) Cur nigra? nam quod duplicem scribit, mirabitur nemo, qui *Suidam* consuluerit. De Aesculapii forma vid. *Ovid.* Metam. XV, 654. Solan.

Ead. l. 3. *Αὐτὴ*) P. non ut in reliquis *αὖτη*. Solan.

Ead. l. 9. *Συλλειβόμενον*) Minus commode in Anglic. Cod. *συνθλιβόμενον*. Bourd.

Ead. l. 15. *Ἐνθταζοντες*) Angl. *ἐνθεαζόμενοι*. Bourd.

Ead. l. 17. *Δειξομένην*) *Καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζεν, αὐτίκα μάλα δειξομένην ἐναργῆ τὸν θεόν.* Non profecto ipsa urbs erat ostensura *ἐναργῆ τὸν θεόν.* Non id voluit Pseudomantis, qui *ἐμακάριζε τὴν πόλιν*, non quod esset ostensura, sed revera acceptura Deum, quem nimirum ille praestigiis suis plebi esset oblaturus. Scribe ergo *δεξομένην.* Confirmant emendationem nostram, quae statim eadem pag. sequuntur, *ὕμνους τε ᾖδεν* (*ὁ Ψευδόμαντις*) *Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ, καὶ ἐκάλει τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ ἀγαθῇ εἰς τὴν πόλιν. Et hymnos canebat Aesculapio ac Apollini magna voce, et vocabat Deum, quo bonis avibus in urbem veniret.* Jens. *Δειξομένην* mihi fere melior lectio videbatur, quam si *δεξομένην* dixisset; non modo quia *palam* additur, quo significatur, Deum ante non conspicuum, nunc omnibus spectandum iri propositum; sed et quia c. 12. f. praedixit, *eum adparaturum.* Tum etiam propter singularem verbi *δείκνυμι* energiam, quam vid. ab *Hemsterh.* indicatam Somn. c. 8. ad verba *ἔδειξε τὸν Δία*· quod hic quidem non prorsus idem est; sed gloriatur urbs quasi numine praesenti, quod jam publice posset omnibus re ipsa demonstrare. At si quem sequens *ἥκειν* magis movet, et quod *δειξ.* non activa, sed media forma hic ponatur, ille *δεξομένην* legat. Modo meminerit, et medium vi activa usitatum esse. Sic *Hom.* Il. *Υ*, 700. *Πηλείδης — θῆκεν ἄεθλα δεικνύμενος Δαναοῖσι* — et alibi saepe. Sed cum Iliad. *I*, 196. pro *data dextra recipere*, positum dicat Scholiastes, qui ad verba *Τῷ, καὶ δεικνύμενος*, ait, *δεξιούμενος, φιλοφρονούμενος*· unde et *S. Clarke* ea reddidit, *eos autem dextra prehendens* etc. ideo, inquam, et hoc sensu poterit vulgatam accipere. Nam *recipiendi* notionem jam praefero, relecto §. 10. Reitz. Quid ergo sibi voluit *Reitzius?* — *Δεξομένην* recipi jubet Consor Edit.

Reitz. in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 243. et revera recepit *Schmiederus*. Quid, quod jam in *Ald.* 2. plane sic scriptum deprehenditur. LEHM.

Pag. 74. l. 2. *Ἐτεθήπεσαν*) Conf. supra Scyth. c. 8. REITZ.

Ead. l. 3. *Φωνὰς*) Hoc forsan imitatione verorum per Christianos miraculorum. Observa etiam, distingui hic Hebraeam linguam a Phoenicia. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἑβρ. ἢ Φοινίκων*) Sed quas hic ut diversas ponit, ejusdem tantum linguae dialecti erant variae: qua de re consule, si lubet, *Grotii* not. No. 1. ad lib. I. cap. 15. de verit. relig. Christ. et, qui eam rem fuse prosequutus est, *Bochart.* de lingua Phoenicia et Punica lib. II. Geogr. Sacra. SOLAN.

Ead. l. 8. *Προφκοδομημένην*) Caeteri Codd. *προφκονουμημένην*. BOUHD. In Ed. *Fl.* ut edi curavimus, *προφκονομ.* In P. et Cod. B. mendose *προφκονουμημ.* In rel. *προφκοδομημέννην*. SOLAN. Mendose quidem utique in Codd. legitur *προφκονουμημένην*, sed non minus mendose in Ed. *Reitz.* et recentt. *προφκονομουμένην* pro *προφκονομημένην*, uti jam nos rescripsimus. In lectione Editt. veterum communi *προφκοδομημένην*, quam et Cod. 3011. exhibet, *Belinus* allusionem quaerit ad templi structuram, quae mihi quidem longe frigidissima esse videtur. Contra verbum *οἰκονομεῖν* rei, de qua agitur, multo aptius est. Ceterum eandem lectionis varietatem videas in Quom. Hist. Conscr. c. 51. LEHM.

Ibid. Πηγὴν) De oraculi fonte metaphorice intelligendum: patet enim, non fuisse verum et proprie dictum fontem, ex cap. praecedenti. Sic ap. *Arrian.* in Epict. p. 239. C. Apollo *πηγὴ τῆς ἀληθείας* dicitur. SOLAN.

Ead. l. 10. *Τύχῃ ἀγαθῇ*) Flor. *τύχῃ τῇ ἀγαθῇ*. BOUHD. Non temerario consilio illud *τῇ* inseruimus: nam et sic infra c. 38. hujus Dialogi. Etsi et alibi omittitur, ut in Vit. auct. cap. 2. fin. et cap. 19. pr. Item Catapl. c. 7. Ac Deor. Dial. X. et Timone etc. REITZ.

Ead. l. 14. *Πώματος*) P. et Ed. *J. στόματος*, quod minime spernendum. SOLAN. Nec tamen ideo vulgato praeferendum, ut statuit *Belinus*, quem secutus est *Schmiederus*; etsi et in Cod. 3011. *στόματος* legitur. *Πῶμα* scilicet, quod proprie est *operculum*, eleganter h. l., meo quidem sensu, dicitur ipsa illa cera vel cerussa, qua obductum erat ovi foramen. Sic etiam magis convenit adjuncta vox *ἁρμογή*. Et alibi neglexerunt librarii hanc vocem, ut in simili quodammodo loco Icarom. c. 25. ubi pro *πώματα* Codex Oxon. *πτώματα* habet. LEHM.

Pag. 75. l. 12. *Οὐκ ἐκ Κορωνίδος, μὰ Δί', οὐδ' ἐκ κορώνης*) Miror versiones virorum insignium. Ipse *Erasmus*, non ex

Coronide per Jovem, id est, cornicula, (nam id matris nomen fertur) neque ex cornice: quae sic contraxit *Benedictus, non ex Coronide per Jovem, hoc est, non ex cornice.* At quae illa explicatio? an Coronis eandem exprimit, quam Corone? Certe non. Coronis enim Larissaea apud *Ovidium*, Phlegyae filia apud alios, mater Aesculapii ex Apolline: at Corone Coronei filia et Phocaicae telluris apud *Ovidium* ab Neptuno stuprata, nisi intervenisset per Palladem mutatio formae. Itaque vel has auctor intelligit, vel hanc postremam simpliciter de ave cornice accipere possumus, ut et per literarum convenientiam alludat ad praecedens, et per significationem et appellationem volucris ad sequens. Neque vero probari potest id, quod scripsit in Gallica versione *Sponius*, *tenant en sa main Esculape né d'une Oye, et non pas d'une Corneille comme autrefois*, et quod addit in margine, *C'est qu'il étoit fils de Coronis, qui signifie Corneille.* Neque mox satis bene *οἰκίσκον* reddidit *aediculas*, cum exigatur numerus singularis. Gron. Optime verterat *Erasmus:* quamquam aliter viro clarissimo visum. Optime etiam *Sponius.* Ludit scilicet in ambiguo vocum: quia *Coronis* mater Aesculapii erat; v. c. 38. *Ovid.* Met. II, 569. et *Apollod.* III. quod nomen fere idem est cum *Κορώνη*, quod cornicem designat. Non, inquit, jam Coronidis filius, aut cornicis, sed anseris, quia nempe ex ovo anserino exclusus. Solan. Cornicem *Wielandius* h. l. cum coturnice commutavit per imprudentiam. *Schmiederus* verba *οὐδ' ἐκ κορώνης* omnino abesse maluit, suspicatus nata forte esse ex male repetitis praecedentibus. In quo neminem facile inveneris assentientem, qui *Luciani* ingenium norit, propensum illud, quacunque occasione oblata, ad deridendas fabulas antiquas, in quarum numero constat etiam illam fuisse, quae Coronidem, Aesculapii matrem, in cornicem, *κορώνην*, mutatam fuisse narrat. Lehm.

Ead. l. 13. *Γεγεννημένον*) Sic putavi rescribendum pro vulgato *γεγενημένον*: nam est a *γεννάω*: sic enim recte mox c. 18. scribitur: sic recte erat Abdic. c. 9. bis, adde c. 10. ejusd. Abdic. et 18. v. 46. Sic plus quam sexcenties recte apud LXX. et in Novo Foedere. Sed tam saepe in hoc verbo *v* alterum in compluribus Edd. omissum est, ut jam earum consensum nihili faciendum existimem, ubique tamen ad id attendere nequeam. Sed De Salt. 56. *γεγενημ.* rursus est, item cap. 23. hujus Dial. a *γένομαι*. Et interdum nihil interest, utrum inde *factum, ortum*, an *natum, genertum* dicas, et in ejusmodi casibus Edd. priscas sequar; ubi vero significatione *τοῦ gigno* distincte opus est, ibi *vv* duplicabo, quoties ad id animum advertero. Reitz.

Ead. l. 14. *Ἡμέρας*) Nesciebam, quid *Gesnerum* impulerit,

quod ἡμέρας pro accus. plur. acceperit, cum pro solita temporis quando, ut Grammatici loquuntur, structura, sit genitivus singularis, ut supra Tyrann. c. 1. δύο τυράννους ἀποκτείνας μιᾶς ἡμέρας, ut 1. Ver. Hist. c. 10. Et Tox. c. 52. et alibi non semel. Servari ergo potuisse putabam priscam versionem, quae *interdiu* habebat; etsi noram, et accusativo casu idem tempus, contra quam apud Latinos, exprimi, ut *Long.* Past. 2. p. 43. συνέρχονται τὸ ἑωθινόν. Iterum pag. 46. Ed. *Jungerm.* Tertium L. IV. p. 106. f. Ed. *Moll.* ἀπάγων (αἶγας) τὸ δειλινόν. Quare ambiguum alicui videri possit, sitne ἡμέρας plur. an sing. Postea vero didici, *Gesn.* τινὰς intellectum velle, ut in Evang. *Marc.* 2, 1. δι' ἡμερῶν. Reitz. Genitivo singularis numeri, qui significaret *interdiu*, non est hic locus, quia deest oppositio, nec, quid noctibus fecerit Alexander, commemoratur. Unice recte vertit *Gesnerus*; int. τινάς. Vid. *Schaefer.* ad *L. Bos* Ellipss. p. 477. Lehm.

Pag. 76. l. 1. *Τοὺς ἐγκεφ.*) Mira phrasis, Sic tamen omnes libri. Quid vero *Marcil.* voluerit, haud facile est conjicere; nisi forsan pro ejus ἐξηρημένων legendum sit, ἐξηρημένων, eo nempe sensu, quo vertunt — *cor esset exemtum.* V. autem Fugit. c. 14. et Philopatr. c. 26. Adde et *Plut.* 1482, 2. si forte quid lucis hinc affulgeat. Solan. Ἐξηρημένων vere legitur in Cod. 3011. neque id injuria praetulit *Schmiederus.* Mira enim sane est, quae vulgatur, phrasis, quae iis locis, quae *Solanus* conferri jubet, nec defendatur satis, nec illustretur. Ceterum σιτοφάγοι *Homericum* esse epitheton hominum, utpote feris oppositorum, recte observat *Wieland.* Lehm.

Ead. l. 2. *Καὶ τὰς καρδίας προεξυρημένων*) *Προεξηρημένων.* Itaque sequitur *πρόβατα*, p. seq. (immo statim vers. seq.) Marcil.

Ead. l. 12. Ἐκείνου) *Τοῦ δράκοντος.* Guyet.

Pag. 77. l. 2. *Καὶ ταῦτα, ἀνθρωπ.*) Sic ordinem verborum invertimus, qui prius in omnibus male sic habebat: *ἀνθρωπόμ. καὶ ταῦτα καὶ τιθασσὸν*, absurde prorsus. Solan.

Ead. l. 5. *Τὸ ἀντίθυρον*) Conviv. c. 8. ubi in vulgatis alio genere legitur haec vox; sed MS. Ox. et illic τὸ habet. V. etiam De Dom. cap. 26. ubi femineo genere occurrit. Solan. Utitur et *Homer.* Odyss. Π, 159. Στὴ δὲ κατ' ἀντίθυρον κλισίης Ὀδυσῆϊ φανεῖσα. Reitz.

Pag. 78. l. 4. *Πρὸς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα*) Deleverat *Solanus* ταῦτα et καὶ, quia aberant in *Fl.* Et ego merito abesse credo: verum quia facilior est omissio, quam ejusmodi additio, et locutio non infrequens est, unam Florentinam omnibus hic praevalere nolui. Sic rursus infra c. 38. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα προεμηχανᾶτο, et alibi non semel. Sic et τοσαῦτα et τοιαῦτα con-

jungi amant. *Long.* Past. L. 2. p. 63. τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα παθόντες. Reitz.

Ibid. Τὰ τοιαῦτα) *Fl.* Ed. et P. Codex; cum nulla diversitas in collatore sit notata. In reliquis ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, minus concinne. Solan.

Ead. l. 13. Εἰκόνες) Infra ad cap. 58. videbimus, nummos etiam cusos cum imagine et nomine istius Glyconis, quorum ad nos usque nonnulli pervenerunt, quamquam *Goltzius* in nomine erraverit, cum ΓΑΑΤΚΩΝ legi prodit. Sed haec postea, nondum enim nunc Romam usque fama ejus pervenerat. Solan.

Pag. 79. l. 1. Γλύκων) Cognomen hoc: Aesculapium enim haberi eum volebat Alexander, ut ex prophetia patet, quam supra c. 10. leginus, et ex oraculo, quo sese hoc nomine indigitari jubet c. 18. Scripturam autem hanc indicantem et rem totam egregie illustrantem adi *Spanhem.* 213. et 721. Solan.

Ead. l. 3. Φάος ἀνθρώποισι) Sic Graecos vocare hominem, qui ingens emolumentum, magnum salutem adfert hominibus, monet *L. Bos* ad Ev. *Joan* I, 4. ubi leges: καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων, quod adductis etiam his *Luciani* verbis, et ex *Hom.* Il. *II*, 39. et *Aristoph.* Pl. 69. confirmat. Reitz.

Ead. l. 5. Ἀμφιλόχου) In omnibus libris legitur Ἀντιλόχου. Sed Amphiarai filium *Antilochum*, quis unquam fando audivit? Amphilochum vero et Noster alibi, et alii agnoscant. Praeterea quae hic de Heroë illo narrantur, omnia de *Amphilocho* praedicari eadem videas in Conc. Deor. c. 12. oraculum, Cilicia, et duo oboli etc. v. etiam, si lubet, sub finem Philops. c. 38. in Dial. Mort. III, et hoc ipso in libro c. 29. Oraculi hujus Amphilochi meminerunt et alii, *Plut.* 999, 2. et 771. *Xiphil.* in Commod. p. m. 290. ἐστὶν ἐν Μαλλῷ (sic enim emendandus ex Nostro aliisque *Xiphil.* pro vitioso Μαλῷ) πόλει τῆς Κιλικίας Ἀμφιλόχου χρηστήριον καὶ χρᾷ δι' ὀνειράτων. Unde patet, eo tempore celeberrimum fuisse, quod veritatem historiae *Luciani* hac in parte confirmat. *Clem. Alex.* etiam προτρ. p. 9, 1. — Hactenus de oraculo Mallensi: de alio ejusdem oraculo supra etiam dixi ad Dial. Mort. III. nunc de ipso *Amphilocho* incidit quaestio. Dicitur nempe hoc in loco *Amphiarai filius*; at alio in loco s. laudato, *nepos*, non *filius*, innui videtur. Ἐναγοῦς ἀνθρώπου καὶ μητραλοίου υἱὸς ὤν, Concil. c. 12. et Alcmaeonis filius *Amphilochus* dicitur apud *Apollod.* p. 88. A. B. Sed de ea quaestione vide, quae ad eum *Luciani* locum a me annotantur. Ab Acarnanibus cultum *Amphilochum* tradit *Orig.* c. Cels. p. 131, 2. eumque in ea regione oraculum habuisse: quod ut confirmare non possumus, ita nec rejicere. Quae ibidem de Mopsi etiam in Cilicia celebri oraculo, et ap. *Plut.* 771. iis, quae in hoc *Luciani*

libro de *Amphilochi* oraculo traduntur, adeo similia sunt, ut unum idemque fuisse, etiamsi *Strabonis* auctoritas deesset, censenda fuerint. Is autem diserte *Mallum* opus *Amphilochi* et *Mopsi* fuisse docet XIV. p. m. 464. B. Amphilocho aliud oraculum fuisse in Aetolia ait *J. Caes. Bullengerus*; cujus meminisse ait *Aristidem* Or. in Bacchum. Aesculapii etiam oraculum in Cilicia fuisse, idem *J. Caes. Bullengerus* tradit ex *Euseb.* III. Vitae Const. c. XCIX. AG. VII, 87. Sed oraculum nequaquam dicendum, cum nullae sortes redditae, nulla futura praedicta; sed tantummodo sanationes morborum dicantur factae, quae ab Ethnicis in omnibus illius Dei templis passim memorantur. V. *Arist. Il.* Idem c. LIV. meminit alterius oraculi Pergami, de quo idem dictum puta. Haec cum scripta essent, incidi in *Heinsii* ad *Ovid.* notas, in quibus ad Rem. am. 455. video, virum cl. eodem, quo ego feci, modo hic *Lucianum* emendasse. Solan. *Antilochus* nescio quomodo locum hic occupaverit Amphilochi, cujus oraculi et Noster semel iterumque mentionem facit, et quis non? Vix dubito, quin etiam contra libros restituendum sit hoc nomen. Quin potuit ipse *Lucianus* memoria, aut manu adeo, labi in cognatis adeo sonis. Gesn.

Ead. l. 6. *Τὸ ἐνδ. λαβ.*) *Τὸ ἐνδόσιμον λαβεῖν* e musicis interpretari malui, quam ex equestri ratione, ubi pedis ictum et concussas habenas notat, quibus equus admonetur eundem esse; vid. *Pollux* I, 210. Musicae illius rationis elegans exemplum est in *Julian.* Ep. 41. p. 421. Lips. *Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μνηστεύεις κ. τ. λ.* quem locum interpretatur *Budaeus*, et totum hoc *ἐνδόσιμον* copiose illustrat. Gesn.

Ead. l. 8. *Ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας*) Sic supra Abdic. c. 1. f. Solan. *Ἐκπεσὼν — ἀφικόμενος — ἀπήλλαξε*) En duo participia juncta sine copula: quod non ita frequens Nostro, tamen recte se habet. V. Evang. *Luc.* V, 25. et 28, *Alciph.* I. Epist. 4. pag. 20. Reitz.

Ead. l. 10. *Λύ' ὀβολούς*) Cf. iterum infr. Concil. c. 12. Solan. Immo potius, si quid opus, confer mox c. 22. et 54. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις, ὡς μαντεύσεται ὁ Θεὸς, ῥητήν τινα προειπών*) Ms. *ῥητήν τινα ἡμέραν ἄνευ τοῦ προειπών*· forte *ῥητήν τινα ἡμέραν ἀνέστη προειπών, definitam diem surrexit praedicendo.* Surrexit praedicens certam diem, qua Glycon sit oracula editurus. Vide autem de hoc Glycone, Abonoteichitarum ficto oraculo, *Ez. Spanh.* Diss. III. de Us. anti numis. Graev.

Ead. l. 13. *Ῥητήν τινα*) Scil. *ἡμέραν.* Guyet. Quia *Solensus* sic jussit, et tribus testibus nititur illud *ἡμέραν*, ideo addidi.

Saepe quidem omittitur ἡμέρα in similibus locutionibus; vid. *L. Bos* p. 59. Verum post ὀγδόην omitti, imo hoc *Luciani* testimonio incerto docere voluit. Ideo tanto minus omittere id potui, etsi omitti posse non nego. Reitz. Plene fere hanc proferri locutionem, exemplis probat *Schaefer.* ad *L. Bos.* Ellipss. p. 177. Lehm.

Ibid. Ἡμέραν) Sic G. P. et Ed. J. nisi quod haec ordinem verborum paullulum mutavit. Scripturam Codicis *Grasv.* quod attinet, ab imperitis librariis descriptam puto notam aliquam marginis, in qua erat ἄνευ τοῦ προειπών, i. e. sine verbo προειπών. Ita etiam stare posse sententiam, nemo, credo, negabit: imo, ut quod sentio dicam, venustior sensus absque προειπών, et magis Atticus videtur. Caeterum pro vulgato μαντεύσεται Ed. J. habet μαντεύεται. Solan. Recte quidem de verbis ἄνευ τοῦ προειπών conjecisse videtur *Solanus.* Sed majorem, quam idem statuit, venustatem omissae vocis προειπών, equidem non video. Imo hanc esse admodum frequentatam nostro scriptori, nec sane illam inelegantem, loquendi rationem, colliges vel paucis Somnii Lucianei paragraphis attente lectis. Lehm.

Ibid. Ἐκέλευσε) *Tacit.* An. II, 54. Colophone sacerdos numerum modo consultantium et nomina audit. Solan.

Ead. l. 14. Ὁ μάλιστα) Sic Ms. Reg. 3011. In impress. aberat ὅ. Bip. Aderat tamen in *Ald.* 2. Unde facile *Schmiederi* exemplum secutus restitui. Lehm.

Pag. 80. l. 4. Ὡς) Ut Graeco textui ὡς, ita et Latino *tò quasi* inserui, quod *Gesn.* haud aegre feret. Reitz. Nec opus est ὡς, nec facile ferri h. l. potest. Abest etiam a Codd. Parisv. Recte igitur mihi *Schmiederus* a *Reitzii* auctoritate recessisse videbatur. Lehm.

Ead. l. 5. Σεσημασμένον) Eodem modo oracula sua reddebat Jupiter Heliopoli; vid. *Macrob.* I, 23. Sic fiebat etiam Malli. Vid. Philops. c. 38. Solan.

Ead. l. 6. Ὑπογεγραμμένην) Ab iis, qui obiter *Lucianum* perlegerunt, ἐπιγεγραμμένην magis probabitur, quam ὑπογεγραμμένην. Quin hoc et sequens tantum caput conferentes dicent, ὑπογεγρ. falsum esse: clausi enim et obsignati libelli tradebantur, et eodem modo reddebantur, fictumque miraculum in eo solum consistebat, quod oraculum intelligere posset contenta, non laxatis vinculis ac signis, libroque non aperto. Ad hanc fraudem tegendam responsa debebant exterius inscribi, non intra librum ipsi quaestioni subscribi; alioqui enim fraus nimis crassa etiam suspecta fuisset multitudini. Et *Lucianus* artificium clam resignandi libellos detegens, diserte prodit, pseudoprophetam ea, quae quisque sciscitabat, sic legisse, inspexisse, non addens ibi

quoque subjecisse responsum, quod non omisisset, si verum foret. Immo et deinde cap. 21. exponens artem signa tollendi, rursus ait, impostorem signo sublato *libellum legisse*, ac statim denuo clausisse. Ubi rursus narratur, *lectum tantum libellum*, de *subscriptione* nihil, quippe quae tum non fiebat, sed postea; quod vel fieri poterat coram populo. Sed *ὑπαγεγ.* tamen verum est; nec significat adeo locum, ubi scriptum sit responsum, sed relationem ad quaestionem propositam. Et sic rursum est hac Diss. c. 49. et 53. Sic *ὑπὸ* in compositis solet responsum significare, ut in *ὑπολαβεῖν*, aliisque, ut apud *Aesop.* Fab. 69. *καὶ ἡ ὗς ὑπολαβοῦσα*, ubi in aliis tamen invenio *ὑποτυχοῦσα, occurrens:* quod ad nostrum tamen scopum idem est. Sed Fab. 88. *ὑπολαβὼν δὲ ὁ πίθηκος*, et alibi. Sic *suscipere* pro respondere, *Virg.* VI, 723. Reitz.

Ibid. Πρὸς ἔπος) Hic significat *pro re nata*, vel *ad rem apposite:* quod quidem notum. Nam etsi *carmine* respondere solitus sit, et locutio *οὐδὲν πρὸς ἔπος, nihil ad rem*, quoque idem sit, quod *nihil ad rhythmum*, tamen *πρὸς ἔπος γράφειν* significare *carmine conscribere*, non video. Reitz.

Ead. l. 10. *Κορύζης μεστοῖς τὴν ῥῖνα*) Saepe utitur hac phrasi, ut Mort. Dial. VI. etc. Solan.

Ibid. Πάνυ) P. et Ed. J. Solan.

Pag. 81. l. 8. *Ἡ πρώτη μὲν ἐκείνη*) Adscripserat *la Croze:* vid. nott. *Zacagnii* in Disputat. Archelai pag. 27. Sed non satis indicans, ad quae verba haec pertineant, quod inquirere non possum, quia illo libro careo. Inquirant igitur, qui habent. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἐκ πίττης Βηρυττίας*) Saltem debuerant editores facere *Βηρυτίας*, ut in versione exhibuit quoque *Erasmus*. Sed ex illa ipsa literae *ταυ* duplicatione odoror, dubium nullum esse posse, quin *Lucianus* scripserit *Βρυττίας*. Bruttia enim, non Berytia, pix celeberrima fuit apud veteres et ad varios usus, ut apparet ex locis collectis ab *τῷ πάνυ Bocharto* in Chanaan cap. 33. Insulse ad oram libri sui retulit *Sponius poix Berittienne*. Gron. Auctor, exponens, quid sit collyrium, *σκευαστὸν δὲ τοῦτό ἐστιν*, inquit, *ἐκ πίττης Βηρυττίας καὶ ἀσφάλτου*. Sagacissime vidit *Gronovius* pag. 1034. (Ed. *Graev.*) legendum *ἐκ πίττης Βρυττίας*· plane enim ita editio Flor. Jens. (*Βρυττίας* legendum cum *Dioscor.* vel *Βηττίας*· v. *Strabon. Vorst.*) Secuti sumus scripturam Ed. *Fl.* qua confirmatur emendatio *Gronovii* et aliorum. In reliquis *Βηρυττίας* legitur. V. *Leop.* IV, II. *Plut.* vit. 997. f. *Goltz.* in nummis M. Graeciae tab. 24. *Βρήττιοι*. Et AG. VII, 414. et IV. Solan.

Ibid. Λίθου τοῦ διαφανοῦς) *Suidae φεγγῖται λίθοι*. Hic

lapis inter deperdita numerandus, si talis fuerit, qualis ab *Aristoph. Scholiasta* describitur in Nub. II. Sc. 1. Sed hallucinatur ibi *Scholiastes*, et ex ipso *Arist.* satis patere videtur, *crystallum* fuisse, ita conformatum et expolitum, ut soli objectum materiam accenderet: quod nos hodie vitris nostris convexis curiositatis fere gratia praestamus. *Suidas* et *Scholiastae* in hoc loco hallucinationes non vacat nunc ulterius aperire. Fiet hoc commodius in ed. *Suidae*; quam parat contubernalis meus virorund. *Lud. Kusterus*, quocum meas hac de re rationes communicavi. V. tamen, quae de lapide Bononiensi habet in sua Chimia *Lemery*. Sed ad *Lucianum* redeo. Quid hic est λίθος διαφανής; Crystallumne, an silex pellucidus, aut margarita? Ego nihil decerno: sed de eo judicium sit penes viros illos strenuos, qui naturae arcanis insigne scrutandis operam optime collocant. V. *Leop.* (de lapide speculari videndus *Aegineta*.) Solan. Apud *Aristophanem* vitrum vel crystallum intelligi, alia occasione diximus, et ex ipso inspecto satis patebit unicuique; nam additur τὴν ὕαλον λέγεις; At quis lapis hic intelligatur, parum refert: nam quovis lapide possis ad id uti, modo satis duro, et in pulverem tenuissimum redacto, ut calefactus non dehiscat. In simulandis enim antiquis nummis, vel signo faciendo ex vitro, hodie terra Veneta utuntur, *Venetianerchen Tripel* vocata, cui figura imprimitur, ac vitrum igni liquefactum infunditur. Reitz.

Ead. l. 16. Τιτάνου) Attice hoc dictum. Solan.

Pag. 82. l. 7. Κατὰ Μάγων) *Celsi libri contra magos.* Guyet. Periit hoc praestantissimum *Celsi* opus, quo praestigiatorum arcana patebant. Meminit hujus et *Origenes* c. Cels. pag. 53. Cujus verba ad initium hujus libri exhibuimus. Meminit in praefatione etiam *Diog. Laërt.* librorum de magia et magis ab *Aristotele* et *Hermippo* scriptorum. *Suidas* etiam Antisthenis librum, cui ΜΑΓΙΚΟΝ titulus, tribuit; sed de hoc *Celsi* opere tacent. Solan. *Guyeti* observatio tangit pristinam versionem, quae *de magorum artibus* habebat; quod versio *Gesneri* jam spernte correxit. Reitz.

Ead. l. 10. Ἔχρη οὖν, καὶ ἐθέσπιζε, πολλῇ τῇ συνέσει ἐντεῦθα χρώμενος, καὶ τὸ εἰκὸς τῇ ἐπινοίᾳ προσαπτῶν) Vertunt: *reddebat igitur oracula et vaticinabatur, non mediocri ad eam rem utens ingenio, arteque negotium reddens probabilius.* Ultima verba non respondent Graecis, in quibus pro τὸ εἰκὸς Ms. τὸ εἰκαστικὸν, *sagacitatem verosimilia dicendi jungens sollertiae ingenii.* Εἰκαστικαὶ τέχναι *Platoni* in Sophista sunt artes, quae imitantur verum, et magna verisimilitudine exprimunt. Erat ingenio praeditus sagaci Alexander in divinanda et deprehendenda verisimilitudine, quae facultas aliis ingenii dotibus accesserat,

apta inprimis ad mimum illum decenter agendum. Graev. *Ἔχρα*) B. In reliquis *ἔχῃ*. Solan.

Eund. l. 11. *Εἰκασικὸν*) G. P. L. Reliqui τὸ *εἰκός*. Solan.

Eund. l. 12. *Μεξὲ καὶ ἀμφίβολα*) Vid. *Orig.* contra Celsum p. 58. Ed. Cantabrig. La Croze. Cf. Diall. Deor. XVI, 1. Lehm.

Pag. 63. l. 1. *Ἐνδοκίμουν*) Addiderat *Solanus* legendum *πρὸδοκίμουν*. Sed in hac diphthongo non semper opus esse augmento, nec in aliis, vid. supra ad 1. Ver. Hist. cap. 13. ad verbum *κεκόφασι*. Adde *Jungerm.* ibi citatum, qui praeter ea, quae ibi dedimus, etiam monet, *εὐχόμην* aeque dici atque *ηὐχόμην*. (Immo frequentius) et sic *εὔχοντο Homer* Iliad. *Γ*, 296. et ubivis, ubi augmentum propter versum non potest dici abjectum. Idem ex *Hesych.* et *Pind.* adlatum vid. ipsi *Maittair.* de Dialect. pag. 276. B. Ideoque vulgatum etiam hic non movi. Etsi dixeris *ηὐ* magis Atticum esse, quod tamen non semper opus esse in Nostro observavi. Reitz. Vid. Admot. ad Diall. Marr. XIII, 1. Tom. II. p. 456. Lehm.

Eund. l. 2. *Ἐκ λίπους*) Ait, illud oraculum varia medicamenta praescripsisse aegrotis, inprimis, quod ficto nomine vocarit Cytmides, id vero remedium fuisse contra lassitudinem *ἐκ λίπους ἀρκείου συνκειμένων*. Fatue interpres, *ex adipe suillo confectum*, cum sit *ex adipe ursina*. *Ἄρκτος* ursus, *ἀρκτεῖος*, ursinus. Sed in Ms. legitur *αἰγείου caprino* adipe: quod utrum magis probandum, non satis liquet. Nam et ursinus et caprinus adeps plurimis doloribus, cruciatibus et tumoribus prosunt, ut ex *Plinii* lib. XXVIII. aliisque medicis constat. Nec *ἄκοπα* sunt tantum remedia contra lassitudinem, quamvis proprie eo nomine illa significentur, sed et quae ad dolores corporum, et tumores scirrhosos, aliosque adhibentur, ut multis docet *Galenus* de medic. per genera lib. VII. c. 11. ut et *Paullus Aeginata* lib. VII, 19. Et videre licet inferius, ubi *κνημίδα*, hoc est *ἄκοπον*, oraculum seu impostor jussit adhibere *πρὸς ὀδύνην πλευροῦ*, *ad dolorem laterum*. Graev. *Benedictus, adipe suillo.* Certe accuratior *Erasmus ursino adipe:* etsi enim dicebatur *ἄρκτος*, tamen quam frequens in eo vocabulo fuerit omissio literae *ταυ* ipse *Lucianus* in Demonacte ostendit, a quo sit *Κυνικὸν ἐν ἄρκτον δόρατι φιλοσοφοῦντα*, *οὐκ Ὀνώρατον*, *ὥςπερ ὠνομάζετο*, *ἀλλ' Ἀρκεσίλαον* appellandum. In Amoribus, placuit *Luciano* variare, quippe cum dixisset, *λέοντες οὐκ ἐπιμαίνονται λέουσιν*, *ἀλλὰ ταῦρος ἀγελάρχης βουσὶν ἐπιθόρνυται*, *καὶ κριὸς ὅλην τὴν ποίμνην ἄῤῥενος πληροῖ σπέρματος. τί δὲ*, *οὐ συῶν μὲν εὐνὰς μεταδιώκουσι κάπροι*, in sequentibus reddit, *οὐκ ἐρῶσιν ἀλλήλων λέοντες οὐδ' ἄρκτοι*, *καὶ σύες*. Gron.

Ibid. Αἰγείου) Quia Codices quatuor hanc lectionem exhi-

bent, et *Solanus* vulgatam quoque delevérat, non dubitavi eam recipere. Verum quia et vulgatum ἀρκτίου, quod idem est atque ἀρκτείου, aptum sensum exhibet, eligat id, qui voluerit, quique ursinum adipem ideo potius locum habere credíderit, quod ratio illa caprino, adeoque homini miracula crepanti magis conveniat: quo considerato et ego vulgatam praeferam. Reitz. Ad vocem proximam συντεθειμένου *L. Seager.* Class. Journ. Vol. XV. p. 154. exclamat: „Quid istuc verbi est? nomen ex adipe caprino compositum? Repone συντεθειμένου, et refer ad ἐκόκκου." Regeram ego: Quid istuc judicii est? ὄνομα an nescivit *Seagerus*, aut non cogitavit, h. l. ut saepe, e. c. Gharon. c. 11., dici de re ipsa? Nec sensit Genitivos ἐκ λίπους αἰγείου συντεθειμένου, quam ingrate concurrant? Retine συντεθειμένον, et ὄνομα ἀκόκκου intellige ἄκοκκον ipsum. Lehm.

Ead. l. 4. Ἔστω πάντα) His *Luciani* verbis utitur *J. Elsner.*, ad probandam phrasin *Ev. Marci* XI, 24. ubi καὶ ἔσται ὑμῖν vertit, *et dabitur vobis, impetrabitis.* Recte quidem: verum non omnino haec *Luciani* sunt eadem, sed tantum, haec *evenient*, *fiant*, veluti et infra Icarom. cap. 22. pr. ἔστω πάντα, ἢν δ' ἐγὼ, *fiant omnia*, (scil. quae jussisti) *dicebam ego.* Nec tamen longe abit ab illa phrasi Novi foederis, dum dativus accesserit, ut in illo *Polyb.* I. cap. 45. τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς, quod idem *Elsner.* ibid. adfert. Reitz.

Ead. l. 5. Ἐγὼ) Apollo hoc promittit, qui quasi loquens inducitur, non Alexander; et ideo mox pergit, *si Alexander vatem meum me rogabit.* Reitz.

Ead. l. 7. Δραχμὴ) In reliquis Amphilochum fere imitatus, sed longe praetergressus, et in oraculorum pretio, quae summa rei erat, antecellere sese voluit homo callidissimus. Drachmam ergo duobus Amphilochi obolis addidit, additamentum ipsa priore summa majus. Sólan.

Ibid. Δύ' ὀβολώ) Vid. supra c. 19. δύ' ὀβολοῖν plurali numero dicit; sed ut posteriores Graeci duali rarius usi sunt, ita antiquiores plurali quoque interdum cum duali promiscue sunt usi. Sic Noster Somn. §. 6. δύο γυναῖκες λυβόμεναι ταῖν χεροῖν. Ubi post δύο pluralem habet, ut millies alibi, *manus* vero in duali collocat, quod quidem usitatius in membris, quae natura bina sunt, ut oculi, aures, manus, pedes, nec tamen perpetuum: mox enim ibid. rursum ait τοῦ θείου ἀμφοτέρω, at contra paullo supra, δύο ὀφθαλμούς. Sic *Homer.* dualem et pluralem conjungit admodum frequenter, ut Iliad. I, 197. Χαίρετον ἦ φίλοι ἄνδρες ἰκάνετον etc. Exempla ex *Luciano* antiquioribus similia plena manu congessit frater optimus *G. O. Reitzius* in Belg. Graecis. p. 50—52. Addo, quod rarius, si verum est, dualem

pro plurali in *Homer.* Iliad. I. v. 182. ab Scholiaste notatum in Edit. *Harvag.* pag. 161. Ἔνιοι φασὶ, δὲ λέγουσι συμπεπρεσβευκέναι καὶ Φοίνικα. καὶ οὐδὲ εἶναι τεκμήριον τὸ παρὰ τῷ Ποιητῇ ἀριθμόν. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ πλείονων ἀνὰ δύο τετάχθαι· ὡς καὶ ἐπὶ τοῦ μὴ νύ τοι οἵ γε χραίσμωσιν ὅσοι θεοί εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ ἔσσαν ἴδοντε, καὶ ὡς ἐπὶ, τὼ κούρω κρυθένε δύο καὶ πεντήκοντα. Verum eosdem illos graviter errare, qui hoc ἰόντε, quod est ex II. Α, 567. pro duali accipiunt, cum sit pro dativo ἰόντι positum, recte pluribus demonstrat *S. Clarke* ad eum versum. Interim in altero exemplo non dixerim plane falsam esse Scholiastae observationem, de qua *Clarkius* tacet; etsi rursus ei adsentior, versum illum Il. I, 182. Τὸ δὲ βάσην, ad Ajacem et Ulyssem solos referenti cum *Schol. Victorian.* Nam exemplum illud Scholiastae, quod ex Odyss. Θ, 48. est petitum, ubi Κούρω δὲ πρυθένε δύω καὶ πεντήκοντα ἴσην, *juvenes vero electi duo et quinquaginta ibant*, manifestum dualem nominis et verbi habet, numero 52 virorum adjunctum: ita tamen adjunctum, ut divelli, et ad numerum *duo* sine πεντήκοντα spectatum, trahi queat: quasi binarius esset oratio, *illi duo ibant, et quinquaginta*, intellecto altero plurali, *ibant*. Veluti Latinis non infrequens, *illi multa, tu nihil dicebas*, ubi pluralis *dicebant* omittitur: etsi discretio ibi major, tamen ad illustrationem facit. Nec enim ita indifferenter dual. et plur. permutari posse arbitror, ut perinde sit; nam omnis quidem dualis est pluralis, at non inverse. Si qui autem certius constet, dualem nihil aliud esse, quam antiquam dialectum Atticam, seu variantem pluralis numeri terminationem, ut frater modo laudatus cum aliis existimat; velim apertiora testimonia producantur: nam et illud *Homeri* Il. Δ, 452. — Χείματόφι ποταμοὶ, κατ' ὄρεσφι ῥέοντες — συμβάλλετον, de duobus fluviis recte intelligitur. Reitz.

Ibid. Οἰηθῆς) Οἰηθείης. Guyet. Quaestum, quem Alexander impostor reddendis oraculis fecit, exponens Noster, ait, Ἐτέτακτο δὲ καὶ μισθὸς ἑφ' ἑκάστῳ χρησμῷ, δραχμὴ καὶ δύ' ὀβελοί. μὴ μικρὸν οἰηθῇς, ὦ ἑταῖρε, μηδ' ὀλίγον γεγενῆσθαι τὸν πόρον τοῦτον· *constitutum autem erat et pretium pro unoquoque oraculo, drachma cum duobus obolis. Ne parvum istud censeas, mi sodalis, pretium, neque quaestum hunc fuisse exiguum* etc. quem alium haec verba sensum patiantur, non video. Emendandum itaque οἰηθῇς. Idem. Οἰηθῇς L. In reliquis prave οἰηθείς. Solan.

Ead. l. 9. Ἀνὰ) L. ἅμα, quod ut non spernendum, ita minus elegans existimo. Solan.

Pag. 84. l. 9. Καὶ διπλάσια] Καὶ ejici vult *Seagerus*, ut ἀναθήματα et. διπλάσια cohaereant, nisi post ἀναθημ. subaud.

diatur τῷ θεῷ. *Schmiederus* autem mallet καὶ διπλάσια τῷ θεῷ καὶ τῷ προφήτῃ etc. quod ne bene quidem Graece dictum foret. Equidem nihil puto mutandum esse. *Καὶ* est *eademque*. Et διπλάσια dicuntur ἀναθήματα, quatenus haec donaria non solum Deo ipsi, sed etiam interpreti ejus ac discipulo offerebantur. Τῷ θεῷ autem non opus erat addi, quia haec notio per se jam inest vocabulo ἀναθήματα, non minus quam voci θυσίαι. *Gesneri* versionem, licet a verbis ipsis paullum recedentem, retinebam tamen, quum sensum certe non male exprimere videretur. Lehm.

Pag. 85. l. 1. Ἀνανήφοντες) Servari poterat vulgata ἀναφέροντες. V. *Suid.* in ἀνέφερον· sed si Codicum copia suppeteret, non dubito, quin ἀνανήφοντες scriptum sit in optimis; ut Somn. c. 7. Hermot. cap. 84. qui posterior locus huic per omnia similis. Adde De Salt. cap. 84. Solan. Ἀναφέροντες) Nihil hic sine Codicum auctoritate muto; etsi ἀνανήφοντες aptissimum foret, quod *Solanus* in textum recipere cogitarat, sine auctoritate. Nam praeter *Suid.* etiam me monet locus *Long.* Past. III. p. 124. εἶτα ἀνενεγκὼν ἑαυτόν, *dein se colligens animum recipiebat*. Recte enim et ebrii *ad se redire* dicuntur, postquam crapulam edormiere; et iidem dicuntur *absentes*, ut est in proverbio, *absentem laedit, qui cum ebrio litigat*. Ideoque vulgatam studiose potius conservandam, quam corrigendam arbitror, eamque pluribus testimoniis firmarem, si per festinantes operas liceret. Reitz.

Ead. l. 5. Χριστιανῶν) Notandus probe hic locus, non ideo tantum, quod, crevisse jam numerum Christianorum in his oris, hinc patet; sed ideo potissimum, ut ex ore ipso adversariorum pateat, dedisse operam Christianos gnaviter, ne sibi aliisve imponi per praestigiatores paterentur: quod ideo observandum inprimis est, quia faciles alioquin et simplices homines plerumque et erant et habebantur. Solan.

Ead. l. 9. Μολυβδίνας) In omnibus legitur μολυβδαίνας· quod ferri cum non possit, mutandum censuimus. Solan. Ut hic μολυβδαίνας, ita etiam infra in Lexiph. cap. 5. eod. modo Edd. habent, Μολυβδίνας legendum notarat *Solanus*, sine auctoritate; utitur quippe *Homer.* Il. Ω, 80. Ἡ δὲ, μολυβδαίνῃ ἐοικυῖα ἐς βυσσὸν ὄρουσεν. Quod Scholiast. interpretatur μολυβδίνῃ, ὁρμιᾷ. At substantive ponitur apud *Homerum*. Revera tamen adjectivum esse, patet ex aliis significationibus, ut cum pro plumbeis vasis sive ollis usurpatur, quod ex *Athen.* docet *Stephanus*. Et an non adjective usurpat Noster infra l. c.? Quidquid sit, etsi μολυβδίνας hic usitatius esset, ego nihil mutare ausim. Reitz. Μολυβδίνας Ms. Reg. 3011. Bip. Et hinc *Schmied.* Verum haec forma correctio videtur esse grammatica. Vulgatam

probavit etiam Censor Ed. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 258. LEHM.

Pag. 86. l. 1. *Καὶ μόνῳ τὴν ἐν αὐτοῖς ἀλήθειαν εἰδότι*) *Petronius: Ipse pater veri, doctus Epicurus in hortis.* Plura testimonia congessi ad *Laërtii* Epicurum. MENAG.

Ead. l. 4. *Ἄτεγκτος*) Sic rursus infra utitur Dial. Meretr. XII. SOLAN.

Ead. l. 7. *Τοὺς περὶ Λέπιδον*) Non debuit verti, eos, qui cum Lepido erant, sed ut mutavimus, Lepidum ipsum. Nota est phrasis. Sed quis ille Lepidus? Romanusne magistratus, an philosophus? aut privatus, sed doctus tamen? De eódem cap. 43. SOLAN.

Ead. l. 15. *Μάλβακα*) A malva Latino *μάλβα, μαλβακὶς, μάλβαξ.* MENAG. Ne quis temere damnet versiculum Latinum, quem, licet absurdum, sic satis putamus ob id ipsum respondere Graeco, qui nempe ab ipso auctore ut ridiculus et nullius sensus proponitur. *Μάλβαξ* forte est ex Latino. *Malvaceus caulis*, ut *pes betaceus* etc. *Χοίρεια* intellige *κρέα*, ut *σκυλάκεια* et id genus alia: *κυμινεύειν* fictum verbum, cui respondet *cuminare*, h. e. cumino adspergere vel condire: *σίπυθον* fictum puto ex *σιπύη*, quae arcam aut vas quodcunque farinae adservandae notat apud *Aristophanem*. Licuit oraculo in *κυμίνευε* alteram corripere; nec nobis vitio vertetur ipsius *malvaca* media correpta retinere. Sequuntur, et jam adfuere, plura id genus oracula, in quibus, si fidem interpretis praestare debemus, non, quid recta ratio postulet, vel poësis, videndum est, sed quid Graecis respondeat. Itaque posuimus interdum versiculos multum deteriores his, quos dederat *Erasmus*, sed melius nos hac quidem parte functos officio putamus. GESN. *Menagii* notam plane iisdem verbis in *P. Guyeti* Mss. invehio. REITZ.

Pag. 87. l. 3. *Μειζόνως*) Confer supra c. 8. f. SOLAN.

Ead. l. 5. *Γεράνων*) Simili artificio callidus Anglus, quem ipsi vidimus, *Thomas Irsonus*, caput lignenum loquax concinnarat, quo, ut ipse narrabat, tota Caroli II. aula, et rex ipse viso obstupuit. Immurmurabat spectatorum aliquis ori istius capitis hianti verba, quae in buccam venerant, quacunque libitum erat lingua; quo facto mox responsum eadem lingua et ad rem accommodatissimum ex ligneo capite reddebatur. Percrebuerat jam per totam urbem monstri fama. Frequentes ad tantae rei miraculum, data pecunia quisque, advolant. Nec dubium, quin brevi de rebus arcanis futurisque tam doctum caput consulendum fuerit; (quidni enim lignum loquax et futura et arcana pandere valeat?) cum subito adolescens ex nobilium famulitio, qui tum spectabant, in proxime adjacens cubiculum irrepens ho-

minem os tubo admoventem, et clamantem conspicit; neque ullis muneribus et promissis deterreri poterat, quin tantum arcanum divulgaret. Innotuit itaque fraus, et patuit, sacerdotem pontificium, multarum linguarum hominem, capiti oracula, auditis per tubum e conclavi proximo quaestionibus, dictasse, et revera inspirasse. Rem totam *Irsonus* ipse ante aliquot annos viro nobili, me audiente, narrabat. SOLAN.

Ibid. Ἀρτηρίας) Intellige *asperas arterias*, i. e. guttura, fistulas cartilaginosas respirationi inservientes. Sic enim usitata vox Medicis. Vid. *Foes.* Oecon. Hippocr. voc. Ἀρτηρίη. REITZ.

Ead. l. 7. Διείρας) Conf. infra Toxar. c. 33. SOLAN.

Ead. l. 11. Ὁ γοῦν Σευηριανῷ δοθεὶς ὑπὲρ τῆς ἐς Ἀρμενίαν εἰσόδου) Num de Severiano intelligendum illo, qui ab Hadriano nonagenarius caesus fuit, de quo *Dio* in Hadriano? non puto. Nam sub Trajano floruit, ante ejus impostoris tempora, et hic paullo post Gallus, Κελτὸς dicitur, et mortuus est, ut videtur, in ea expeditione, ut videtur innuere paucis lineis inferius: ἐπειδὴ πειθθεὶς ὁ ἠλίθιος ἐκεῖνος Κελτὸς εἰσέβαλλε, καὶ ἀπήλλαξεν αὐτῇ στρατιᾷ ὑπὸ τοῦ Ὀθρυάδου καταικοπείς. Nam hae voces, ἀπήλλαξεν, καταικοπείς, non mihi videntur aliter posse intelligi, quam de ejus clade et morte: hanc autem expeditionem nullus, quod sciam, antiquorum memoravit, nisi forte aliquid mussitavit de ea *Capitolinus* in Vero, et *Dio* in Marco, qui, ut puto, de eo negotio pluribus tractaverat, quae suppressit *Xiphilinus*, et de hac expeditione intelligenda sunt haec *Capitolini* verba de Vero imperatore: *nam cum interfecto legato, caesis legionibus, Syriis defectionem cogitantibus, oriens vastaretur, ille in Apulia venabatur, et apud Corinthum et Athenas inter symphonias et cantica navigabat — duces autem confecerunt Parthicum bellum Statius Priscus et Avidius Cassius et Martius Verus* [per] *quadriennium. Ita ut Babylonem et Mediam pervenirent, et Armeniam vindicarent.* Tempus concordat, et Armenia vindicata, eam fuisse Romanis ablatam antea innuit. Ex hoc igitur *Luciani* loco illustratur *Capitolinus*, et nomen legati adjiciendum, qui fuit *Severianus Celta*, et nomen ducis Persarum *Othryades*, quod tamen Graecum sonat: et non dubito, aliter apud Persas expressum fuisse; sed mos fuit Graecorum omnia barbara nomina ad suum sonum accommodare. PALM. Haec melius illustrantur ex tractatu, quomodo scribenda sit historia, ubi memorantur *Severianus* et *Priscus*. LA CROZE.

Ibid. Σευηριανῷ) Aliter scribitur hoc nomen in Quom. Hist. c. 21. etc. Sed variationis ratio doctis satis nota: quia scilicet *v* consonantem literam ignorant Graeci, saepe per *T* exprimunt. Saepius per *B*: eandem non raro etiam per diphthongum *ου*.

Eundem autem virum esse, cujus nomen tam varie scribitur, res ipsa clamat. Vide tamen, quae hac de re vir eruditissimus *Palmerius* affert. Sed in ea nota nolim a tanto viro maculam inustam *Xiphilino*, quasi, quae apud *Dionem* legerat, data opera suppressisset: sic enim ipse sui vindex *Xiphilinus* in Antonino Pio, *οὐ σώζεται δὲ οὐδὲ τοῦ μετὰ Ἀντωνῖνον ἄρξαντος Μάρκου Βήρου τὰ πρῶτα τῶν ἱστορουμένων ὅσα περὶ τὸν Λούκιον τὸν τοῦ Κομμόδου υἱόν, ὃν ὁ Μάρκος γάμβρον ἐποιήσατο, ἔπραξεν οὗτος αὐτός, καὶ ὅσα οὗτος εἰς τὸν κατὰ Οὐολογαίσου πόλεμον ὑπὸ τοῦ πενθεροῦ πεμφθεὶς ἔδρασε.* Quem locum eo libentius hic descriptum voluimus, ne socordiae nostrae imputetur, si in multis, quae *Luciani* tempora spectant, et res in iis gestas, obscuri aliquid inveniatur. Nostrum enim divinare non est, ubi silent historiae. Observandum autem hinc inprimis est, initio jam imperii M. Aurelii clarum fuisse Alexandrum, cujus oraculum tanta de re consuleretur. Paullo post tamen innuere videtur, nondum tunc Romae inclaruisse oraculum, c. 3. Solan.

Ead. l. 16. *Ἀκτίνεσσιν*) Consulendi hac de re curiosi nostrae aetatis nummorum scrutatores. Nec audiendi tamen, qui asserunt, divinitatis signum esse coronam radiatam. Id enim non ubique saltem obtinuisse, vel hic locus solus evincet. Solan. Omnino vid. *Hemsterhus.* ad Timon. c. 51. Tom. I. hujus Edit. p. 464. Lehm.

Pag. 88. l. 2. *Στρατιᾷ*) Antea in omnibus legebatur *στρατείᾳ*, corrupte, nisi quod J. *στρατειᾷ* habet. Solan.

Ibid. *Ὀθρυάδου*) Idem est, qui in Quom. Hist. c. 18. 19. 21. et 31. Osroës dicitur, quod a viro docto miror non esse animadversum. Neque enim tantum virum morata esset nominum diversitas, cum vel ii norint, qui historias Graecorum tantillum delibarunt, saepe sic variis modis nomina barbara Graeco habitu vestiri, et ipse hoc ipso in loco observet. Osroës certe illic is dicitur, qui Severianum fudit, et in proelio occidit, c. 21. Solan. *Ὀσρόου* vere corrigi voluit *Kuhnius* ad *Pausan.* II, 20. p. 156. vulgatum autem nomen tuetur *Dorvill.* ad *Charit.* p. 572. Lips. Quod autem modo *Seagerus* pro *καὶ ἀπήλλαξεν* plenius legi vult *καὶ κακῶς ἀπήλλαξεν*, seductus videtur versione Latina paullo liberiori. Textus enim verba ipsa hoc volunt: *ita discessit, ut una cum exercitu ab Othryade concisus sit.* Itaque plus quam superflua foret vox *κακῶς* adjecta. Lehm.

Ead. l. 3. *Ὑπομνημάτων*) Mirum videri possit, ausum esse Alexandrum oracula sua in commentarios referre: sed et hoc dignitatem non exiguam, ab hujusmodi artifice dextro et subdole administratum, oraculo conciliabat; qui, si quid contra quam in responso ambiguo praedictum fuerat, cecidisse anim-

adverteret, delebat illico, et perspicuum jam, utpote re gesta, contrarium priori supponebat. Solan.

Ead. l. 6. *Τόξου*) Verus itaque hic demum Severiani exitus. Si non meministi, cum de Conscr. Hist. librum legeres, perlege quaeso iterum, ut, quibus mendaciis illam potissimum historiae partem adulteraverint stulti et inficeti homines, videas. *Θηλυχίτων* autem quod attinet, Parthorum vestes innuit, Medicis et Persicis similes, quae molliores merito apud Graecos Romanosque habebantur. V. in Dial. Phil. et Alex. seu Mortt. Dial. XIV. Solan.

Ead. l. 15. *Κλάρῳ, καὶ Διδ.*) De Clario satis notum, Apollinis ipsius oraculum fuisse; unde et patrem vocat Aesculapius Glyco. V. tamen, si lubet, in Bis Accus. c. 1. et *Orig.* c. Cels. VIII. p. 333. Ejusdem Apollinis et oraculum sequens, Didymaeum scilicet. V. Astrol. c. 23. et Bis Accus. c. 1. Idem autem oraculum innuit Lucianus, aut potius Alexander ipse, in oraculo, quod paullo post sequitur, *Βραγχίδεων ἀδύτοισι πελάζει* etc. sed occurrit difficultas. Si enim *Suidam* adeas, in v. *Βραγχίδαι*, videbis, Branchidas, prodito Xerxi Apollinis templo, recepisse se in Asiam sub ejus ditione victuros; deinde post aliquot secula ab Alexandro Magno ob veterem majorum perfidiam excisos. V. et *Curtium* VII, 5. Qui fit ergo, inquies, ut hic Branchidae memorentur? In promptu responsum est: non defuere veteratores, qui illud oraculum exstinctum resuscitarent, et in sedes vacuas venirent, qui antiquo nomine *Branchidae* hic dicuntur. Sed *Strabonem* adi, qui l. XIV. p. 634. a Milesiis denuo conditam refloruisse ait. Vid. et XI. p. 518. Vid. etiam *Orig.* c. Cels. p. 55, 1. De eo sic *Olearius.* V. *Ol.* ad *Philostr.* p. 140. *Notum illud oraculum Milesium; oraculum olim Branchidarum appellatum, postea Didymaei Apollinis, ut Plinius habet* c. 29. *Τὸ ἐν Διδύμοις ἱερὸν dicitur Straboni l. XI. p.* 518. *et μαντεῖον Διδυμέως τοῦ ἐν Βραγχίδαις, l. XIV. p.* 634. *Illud cum Colophonio oraculo etiam jungit Lucianus in Pseudom. et Jamblich. de myster. III,* 13. *ut et Porphyrius apud eundem, qui virgam tenentem, vel sedentem in axe, vel pedes aut limbum in aquam tingentem, vel ex aqua haurientem vaporem futura canere dicit προφήτιδα. Qui locus praeteritus Bulengero etc. usque ad Licinii tempora hoc floruerit oportet, a quo illud consultum fuisse Sozomenus meminit; atque haec ea aetate sola erant clara oracula: obticuerat enim ferme Delphicus Apollo. V. c.* 43. *et Plut.* 988. *B.* Solan.

Ibid. Μαλλῷ) Ibi oraculum erat Amphilochi, temporibus illis clarum, ut hinc et ex loco *Xiph.* supra ad c. 19. allegato patet. *Paus.* in Att. 38. *ἀψευδέστατον τῶν ἐμοῦ* vocat. Agnoscit

hoc oraculum *Bullengerus* p. 46. AG. VII. Sed idem aliud ejusdem Amphilochi oraculum ponit in Mallo Ciliciae; non satis diligenter, cum haud dubie de hoc intelligi *Paus.* debeat, quem ibi laudat. SOLAN.

Pag. 89. l. 14. Ὧν πρῶτος καὶ κορυφαῖος) *Demosthenes* dixerit, ὧν μέσος, καὶ τελευταῖος, καὶ πρῶτος ἐστὶν οὗτος, ut ait in Or. adv. Aristogit. p. 829. D. REITZ.

Ead. l. 15. Ῥουτιλλιανὸς) Dicit, Rutilianum fuisse quidem virum egregium, sed superstitiosum. Ῥουτιλλιανὸς ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος, *Rutilianus vir alias quidem honestus et probus, tum compluribus in proeliis Romanorum spectatae virtutis:* sic interpres. Sed Ms. ἐν πολλαῖς πράξεσι, in multis rebus Romanorum, sive bello, sive domi gestis. GRAEV. Hujus apud Historicos mentionem nullam invenio; nisi forte idem fuerit, qui apud *Xiphilinum* in M. Aur. Antonino, *Rufus Basaeus* dicitur: sunt enim, quae, ut id credam, faciunt nonnulla. Quale est, quod uterque videtur per omnes ordines ad summos tandem honores pervenisse; quod imperiti aeque et indocti: quod apud Imperatorem gratia uterque summa: denique quod nomen *Rufi Basaei* facile cogitari potest ex alio corruptum. Sed haec ut ipse nolim ambitiose asserere, ita a lectore peto, ut mihi fraudi non sit, conjecturas proposuisse meas. SOLAN.

Ead. l. 16. Ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος) Indignissima interpretatio utriusque interpretis, *compluribus in proeliis Romanorum spectatae virtutis.* Nam neque haec descriptio ad praecedentia accedit, in quibus de auctoritate in republ. et urbanis officiis agitur; nec Graeca talem sensum admittere possunt. Verte, *et in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus versatus.* Eodem errore mox ἀφεὶς τὴν ἐγκεχειρισμένην τάξιν, uterque vertit *relicto exercitu, quem tenebat,* cum debuissent, loco, vel munere, vel statione. Eadem tamen aberratione et *Sponius, il faillit donc aquitter l'armée, qu'il commandoit;* cum priora dubie reddidisset, *qui s'étoit signalé en plusieurs occasions.* At clare phrasin suam exserit noster auctor in principio Macrobiorum, (c. 7.) ὧν ἕνα ἡ εὐσεβεστάτη μεγάλου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν etc. GRON.

Ibid. Τάξεσι) Vertitur *proeliis.* Verte *magistratibus.* GUYET. Ἀνὴρ τὰ μὲν ἄλλα καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καὶ ἐν πολλαῖς τάξεσι Ῥωμαϊκαῖς ἐξητασμένος. Pro τάξεσι MS. *Graevii* πράξεσι. Sed τάξεσι videtur proprium magis et conveniens, non ut cum interprete proelia, (nisi enim fallor, requireretur παρατάξεσι) sed varias dignitates intelligam cum optimo meo *Gronovio.* Huic Graecae Lucianeae phrasi conveniunt ista *Livii* XXXII. c. 7. Per

honorum gradus documentum sui dantes. Jens. Vide *Herodian.* II. initio. Secutus sum autem scripturam G. P. et L.; In impressis enim τάξεσι legitur. Solan. *Πράξεσι*) Quia *Solanus* noster jam sic mutaverat ex tribus Codd. et quartum quoque sic habere cognovi, quatuor Mss. hoc dandum censui, ut illorum consensum vulgatae praeferrem, in lectione, quarum utraque defendi potest. *Πράξεις* enim sic *Herodiano* dici, recte *Solanus* ait, cujus verba ex L. 2. c. 1. §. 9. addam; *Ἦν δὲ ὁ Πέρτιναξ τὸ μὲν γένος Ἰταλιώτης, ἐν δὲ πολλαῖς στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς εὐδοκιμήσας πράξεσι.* Sed et bellica et *civilia negotia πράξεις* vocari ex eo loco patet, quod aliunde quoque satis notum. Si itaque non de bello ap. *Lucianum* est cogitandum; tamen *πράξεις* hic recte se habent, et de negotiis publ. possunt accipi: nam de bellicis eo minus putem accipiendum, quod *Ῥωμαϊκαῖς* additur, quod urbanis rebus magis proprium. *Ἐξετάζεσθαι* autem pro *εὐδοκιμεῖσθαι* vid. *Schol. Thucyd.* II. c. 7. Reitz. Erravit *Reitzius*, nec alii felicieres fuere in perspicienda vera loci lectione ejusque sensu genuino explicando. Unus *Gronovius* verum vidit, verbens: *et in multis apud Romanos dignitatibus ac honoribus versatus.* Nimirum *ἐξετάζεσθαι ἐν* simpliciter est *versari in*, non *probari*, *εὐδοκιμεῖν*. De Merc. cond. init., *οἱ ἐν ταῖς τῶν εὐδαιμόνων τούτων φιλίαις ἐξεταζόμενοι* intelliguntur ii, *qui in beatorum amicitiis versantur*, i. e. qui amicis eorum accenseri volunt. Diall. Mortt. XXVIII, 1. Tiresias de muliebri sexu dicit, non opus iis esse *οὔτε πολεμεῖν, οὔτε παρ' ἔπαλξιν ἑστάναι, οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεσθαι, οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεσθαι*, hoc autem nihil aliud est, quam, ut interpres Latinus reddidit, *in judiciis versari.* Alia ejusdem generis loca omittam. Patet autem jam, *ἐν τάξεσι* unice veram esse lectionem, vel propter illud, quod mox sequitur de eodem Rutiliano dictum, *τάξιν.* Cogitandus enim Rutilianus vir *amplissimus*, muneribus quippe amplissimis functus, non *clarissimus*, rebus praeclare gestis. Lenn.

Pag. 90. l. 2. *Εἰ μόνον*) Vid. *Clem. Alex.* VII. Stromat. pag. 302. v. 43. la Croze.

Ibid. Ἀληλιμμένον που λίθον) Vide *Clem. Alex.* VII. Strom. *οἱ αὐτοὶ δὲ οὗτοι πᾶν ξύλον καὶ πάντα λίθον, τὸ δὴ λεγόμενον λιπαρὸν προσκυνοῦντες.* Unde jam in proverbium abiisse constat. Meminit et *Apulejus* initio Florid. monente ad *Theophr.* Char. 295. *Casaubono.* Ipse *Theophrastus*, superstitiosi hominis hoc esse, ait p. 47. C. Tangit et alibi *Noster*; supra Charon. c. 22. infra Conc. Deor. c. 12. Solan. Conferri meretur cum hac Rutiliani descriptione principium Floridorum *Apuleji*, ubi habemus inter alia *lapidem unguine delibutum.* Sed nimirum huc pertinet tota de *Baetyliis* observatio. Gesn.

Ead. l. 3. *Ἀεὶ*) Ms. Reg. 3011. *εὐθύς*. Bip.

Ead. l. 12. *Τέροντα*) Mortuus est Rutilianus aut circa M. Aurelii obitum, aut imperante jam Commodo, et quidem septuagenarius. (v. c. 34.) Quinquagenarius ergo Rutilianus, cum ad imperium accesserè fratres M. Aurelius et L. Verus. Constat praeterea, in nummo Antonini Pii conspici Glyconem. Ex quibus omnibus id liquido evincitur, nondum senem fuisse Putilianum, cum primum Romae innotuit Alexander; nisi forte, senes post 40. exactum annum dici. Certe ita hoc in loco, rationibus rite subductis, usurpasse deprehenditur *Lucianus*, si nummo aliqua fides. Solan.

Pag. 91. l. 3. *Καθ' αὑτοὺς*) *De suis rebus futuris.* Guyet.

Ibid. *Ὁ δὲ*) Intellige *Ἀλέξανδρος*. Guyet.

Ead. l. 4. *Ξενίαις — ἐργαζόμενος αὐτῷ*) Refert auctor miram Alexandri impostoris comitatem, et gratiam omnium, qui ad ipsum venirent, captandi artem dexterrimam. *Ὁ δὲ*, inquit, *τοὺς ἀφικνουμένους φιλοφρόνως ὑποδεχόμενος, ξενίαις τε καὶ ταῖς ἄλλαις δωρεαῖς ἐργαζόμενος αὐτῷ*. Puto scripsisse *Lucianum ξενίοις*, ut infra c. 56. *ξένια, καὶ δῶρα πολλὰ πέμψας*. Sic enim dona hospitalia dicuntur *ξένια* vel *ξεῖνια*, quae Latinis *lautia*. Scripsi autem in posito loco *αὐτῷ*, quamquam vulgo *αὐτῷ*. (plus centies forte in hoc scriptore male se habet in hac vocula spiritus.) Interpres plane nullam hic *τοῦ αὐτῷ* habuit rationem. Nec mirum: in perversa enim, quam dat, versione nullum id locum habet. *Δωρεαῖς ἐργάζεσθαί τινα αὐτῷ*, est, *muneribus aliquem sibi conciliare*; et sic verti debuit. Vide omnino, studiose lector, politissimas *Graevii* Lectiones Hesiodeas, c. II. p. 9. ubi hunc *τοῦ ἐργάζεσθαι* pro *acquirere, parare*, usum eleganter, ut ibi omnia, illustrat; cui sententiae ultra confirmandae etiam hic *Luciani* locus accedere potest. Simili modo infra cap. 55. *φίλους ἀπεργάζεσθαι*. Ita in Macrobiis, cap. 7. *ἐργάσαιο σεαυτῷ τῇ διαίτῃ μέγιστόν τε ἅμα, καὶ ὑγιεινότατον βίον, paraveris tibi victus ratione longissimam juxta et saluberrimam vitam.* Cum hoc Graecorum *τοῦ ἐργάζεσθαι* usu mire convenit ipsum verbum *exercere*, ita sumptum pro *conquirere, comparare*, aba *Terentio*; apud quem in Heautontimorumeno A. 1. S. 1. Menedemus ait, se vendidisse *Ancillas, servos, nisi eos, qui opere rustico Faciundo facile victum exercerent suum.* Lis quidem inter eruditos est de hujus loci cum vera lectione, tum vero sensu; aliis hanc scripturam tuentibus, aliis mutantibus *τὸ exercerent* in *exsercirent*, auctoritate potissimum *Festi* nitentibus. Sed profecto cum *τὸ exercerent* sit receptior lectio, et tam apprime cum prolato *τοῦ ἐργάζεσθαι* apud Graecos usu conveniat, nihil videtur caussae, quidni in ea acquiescamus cum *Bembo, Mureto*, aliis-

que, et praecipue *Farnabio*, qui eam cum τῷ ἐργάζεσθαι recte componit, adstipulatorem adferens *Turnebum*, qui et ex *Ambrosio* geminum germanum locum notarit, ubi *exercere sumptum* eodem plane modo occurrat. Caeterum non possum facere, quin hic opportune elegantem *Aeliani* locum et ab interpretis hallucinatione vindicem, et ex ostenso hoc τοῦ ἐργάζεσθαι apud Graecos usu exponam atque illustrem, IV. nimirum ποικίλων, c. 3. loquitur ille de Polygnoto Thasio, et Dionysio Colophonio, pictoribus: καὶ ὁ μὲν Πολύγνωτος, inquit, ἔγραφε τὰ μεγάλα, καὶ ἐν τοῖς τελείοις εἰργάζετο τὰ ἆθλα. Non profecto ἐργάζεσθαι τὰ ἆθλα est *certamina subire*, quemadmodum vulgatus reddidit interpres; sed *praemia sibi comparare ex certaminibus*: quo sensu τῷ ἐργάζεσθαι etiam *Aelianus* alibi utitur, velut ex exemplis in Indice notatis, ubi et interpretis hic lapsus verbo notatur, videre est. Innuit nimirum *Aelianus*, pictorem Pylygnotum picturа expressisse rerum grandiorum formas, easque integras; cujus artis et operae praemia tulerit et pretia. Possumus quoque ita exponere, Polygnotum cum aliis de gloria pingendi τὰ τέλεια certasse, victoremque exstitisse; et adeo praemia, si qua fuissent proposita, reportasse. Etenim fuisse etiam inter pictores certamina, satis notum vel ex eo, quod de Parrhasio narrat *Aelianus* IX. c. 11. Non tamen id quidquam facit ad *Aelianum* hoc loco ita vertendum: neque frequentior usus vocis ἆθλον, *praemium*, non *certamen*, significantis, id facile patiatur. Dudum namque est, quod eruditi (vide *Graevii* ad *Luciani* Soloecistam animadversiones) docuerunt, politiores Graecos τὸ ἆθλον inter, et ὁ ἆθλος distinxisse; ita ut hoc significetur *certamen*, illo *certaminis praemium*. Est tamen, ubi contra τὸ ἆθλον pro ipso certamine sumatur, quemadmodum potissimum ex hoc, in Anthol. I, c. 64. Epigrammate II. ostendit *H. Stephanus*, ubi Ulysses redux ad Ithacam ita:

Χαῖρ' Ἰθάκη μετ' ἄεθλα, μετ' ἄλγεα πικρὰ θαλάσσης.

Huic addas licet ipsum *Aelianum* XIII. Ποικιλ. 14. ubi in caeteris Homericorum carminum partibus censentur et τὰ ἐπὶ Πατρόκλῳ ἆθλα· quae haud dubie sunt certamina, et ludi funebres in funere Patrocli ab Achille instituti, quos copiose commemorat *Homerus* Il. Ψ. Jena. Ξενίοις L. Reliqui prave ξενίαις. Sola.

Ead. l. 5. Ἐργαζόμενος αὐτῷ) Scribo ἐργαζόμενος αὑτῷ, i. e. *suis rebus favens*; *faisant cela pour son interêt particulier*. Guyet. Si plures libri addicerent, non respuerem illud εὔνους, quod marg. *Ald. Wess.* habet; verum quia et *Pelleti* φίλους glossa nonnullis videbitur, etiam hoc pro glossemate haberi poterit. Quamvis c. 55. φίλους ἀπεργάζεται, et alibi φίλους ἐργά-

ζεσθαι, frequentius occurrat, nondum tamen alterutrum *Luciano* insero, dum spes est, ἐργάζεσθαι τινὰ αὑτῷ pro *aliquem sibi conciliare*, aliis testimoniis probari posse. Quod autem *Jens.* ait, *Graevium* probasse, id minus adcurate huc adplicavit. Nam *Graev.* ad *Hesiod.* probat tantum, ἐργάζεσθαι esse *labore acquirere*, et βίον ἐργάζεσθαι significare *munibus victum quaerere*, vel *parare*; unde nondum sequitur, ἐργάζεσθαι ἄνθρωπον quoque sic dici pro *aliquem sibi amicum reddere ac benevolum*, de quo hic est quaestio: quare *Guyeti* explicationi accedo, ut sit, *sibi ipsi operatur, suo commodo serviens.* Reitz. Lectionem marg. A. 1. W. εὔνους ἐργαζόμενος confirmat Cod. Par. 3011. Quapropter et ego cum *Schmiedero* mancam enuntiationem explere non dubitavi. Quodsi enim ἐργάζεσθαί τινα ἑαυτῷ per se significare posset *amicum sibi conciliare*, saepius haec phrasis ita in nostro quoque scriptore occurreret; quod non ita est. Lehm.

Ead. l. 7. Ἀλλὰ) P. solus. Solan.

Ead. l. 14. Συνίησι) Forsan συνίει. Guyet. Συνίης δὲ οἷας) Omnes libri, excepta *Fl.* Ed. habent συνίησι δὲ οἷα, quod quem sensum exhibeat, nemo credo intelligat. Vertebant tamen miris modis. Vide, an nos rectius. Ego certe rem acu tetigisse mihi videor. Quid enim conjectura *Alexandro* opus, qui omnes omnino tabellas, ut responsa sua componeret, resignabat? *Luciani* acumine dignius, ut ad *Celsum*, cui inscriptus hic liber est, orationem convertens, lectori, quid sub imperatore Philosopho rogaturi fuerint optimates, conjiciendum relinqueret, quam aut *Alexandro* tabellas, ut dixi, de more resignanti istud tribuere, aut ipsum periculosa, imperante filio, temeritate edisserere. *Cassium*, et alios res novas molientes menti ejus, cum haec scriberet, obversatos esse existimo. (Oraculis nempe fretus *Cassius*.....V. *Volcat. Cass.* I. et XIII. Nec deerant, qui sive pertaesi dominationis, sive Philosophum spernentes, aut gravitatis odio, aut honorum sub alio cupidi, in annos imperatoris inquirerent, et nova molirentur. V. *M. Aurel.* vitam 32. a *Dacerio* scriptam.) In *Fl.* est συνιεὶς, quod ad nostram emendationem propius accedit. Solan. Hiatus est in parenthesi illa notae *Solanianae*, et aliquid deest, quod postea additurus fuisse videtur. Ego itaque sic exhibui, ut in ejus nott. Mss. inveni. Reitz. Omnes, quantum scio, legunt συνίησι δὲ οἷα εἰκὸς — τὰς πύστεις πυνθάνεσθαι, et συνίησι imperfecto tempore referunt ad ipsum Alexandrum, *intelligebat:* sed vel sic οἷα et τὰς πύστεις non bene conveniunt. Mihi dubium non est, dedisse *Lucianum* συνίης δὲ οἷας — τὰς πύστεις. Res nimis aperta. Ad conscientiam Celsi sui provocat *Lucianus*, et vult, ut cogitet, quas quaestiones proponere soleant potentes, nempe de vita imperatoris, de

spe sua, de successu cogitatae rebellionis, e. i. g. a. quaestiones non magisteriales, sed capitales. Hoc ergo secutus sum in versione: et video idem visum eruditissimo *Solan.* Gesn. Quemadmodum *οἷας* recte ad praecepta syntactica correctum a *Solano* et *Reitzio*, ita tamen *συνίης* non necesse erat rescribi, quam in promtu esset genuina lectio *συνιεῖς* illa ipsa, quam margo A. 1. W. suppeditat, et ad quam proxime accedit *συνίεις*, quod in Ed. *Ff.* et Cod. 3011. legi narrant. Cf. Vit. Auct. c. 14. ubi in voce genuina *συντιθεῖς* paene eodem modo, atque hic, libri variant. Itaque et *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 623. (*Erfurdt.*) recte *Brunckius* pro nonnullarum Edd. *ξυνίης*, aliarum *ξυνίεις*, reposuisse videtur *ξυνιεῖς*. Lehm.

Pag. 92, l. 1. *Πύστεις πυνθάνεσθαι*) Hujusmodi repetitiones verbi cognati, ut *μέμψιν μέμφομαι, δίκᾱζειν δίκας, τόλμημα τολμᾶτον, φίλημα φιλῆσαι*, Graecis aeque familiares esse ac Latinis, vid. *Spanh.* ad *Aristoph.* Pl. 10. Et *Nostrum* Herod. c. 5. *λόγους ἔλεγον*, et Scyth. c. 4. *ἔρωτος ὃν ἐρᾶσθης.* Quom. Hist. c. 6. *ἀρχὴν ἀρκτέον.* Item *Long.* Past. L. 2. pag. 55. Ed. *Wech.* *τέρψεις — ἐτέρποντο*; et p. 62. *φίλημα ἐφίλησε* p. 68. f. *πολέμοις ἐπολέμησε τὴν ἀγροικίαν* p. 86. *ἤρτιξον ἔριν ἐρωτικήν.* L. III. 113. rursus, *φιλήματα φιλεῖν*, quod et L. I. dixerat: ac p. 114. *συμπαλαίουσα πάλην.* Alia ejusmodi ex aliis etiam profert *Jens.* in Lectt. Lucian. pag. 337. 338. Quem vid. infra ad Jov. Trag. *πομπὰς πέμπειν.* Reitz.

Ead. l. 7. *Πυθαγόρην*) In veteri inscriptione, in Sylloge *Fleetwood* p. 312. *Dogmata Pythagorae sensi, studiumque Sophorum: Et libros legi, legi pia carmina Homeri.* Habetur integra in ed. *Petronii* Amstel. A. 1669. 8°. p. 547. La Croze.

Ead. l. 9. *Παρὰ πόδας*) Quod *ante pedes*, quod obvium est, ut in Quom. Hist. c. 13. Sed *παρὰ* et *περὶ πόδα* vid. ibid. cap. 14. Reitz.

Ead. l. 16. *Ἐνδιατρίβειν*) Reponebam olim *ἐνδιαθρύπτειν*, ut prope idem hic diceret, quod c. 42. At nunc receptam lectionem sequor, quia verbum *ἐνδιατρίβειν* alibi a Nostro usurpari eodem sensu video: ut Adv. Indoct. c. 26. cui quamvis diversum adde De Dom. c. 2. Solan.

Ead. l. 17. *Τὴν τίνος ψυχὴν*) Frustra *Solanus* varietatem quaesivit. Nec eam desidero: est enim tantum metathesis, euphoniae caussa facta, pro *τίνος τὴν ψυχήν.* Vid. Nigr. c. ult. Reitz.

Ibid. Αὐτὸς) P. et L. Solan.

Pag. 93. l. 2. *Ἡλιὰς ἀκτὶς*) Sic Dorice *ἁλιὰς ἐπιγραφή.* Inscriptio navis a *Sole*, qui erat insigne navis. (Etsi alias *ἁλιὰς* navicula est.) Sic *ἡλιάδα* vocat Rhodum insulam Noster in

Amor. a cultu Solis. Vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. ep. 12. p. 48. Reitz.

Ead. l. 3. *Ἀνακάβαντος*) Antiqua vox, de qua consule *Junium* c. 18. l. de anno et mensibus. Solan.

Ead. l. 4. *Ἑβδομηκοντούτης*) Septuagenarius obiit, (sexagenarius uxorem duxerat Alexandri ex luna, si Diis placet, filiam c. 35.), Alexandro superstes, (cap. 60.) quem ad ultima M. Aurelii pervenisse compertum est. Ergo sub initium fere Commodi mortuus Rutilianus, aut certe sub ipsum M. Aur. finem. Solan.

Ibid. Οὐδὲ) Cum *Junt.* οὐ tantum haberet, consului Edd. reliquas, vidique *Ald. H. Par. Fl. S.* οὐδὲ habere; quare eas expressi potius, etsi non prorsus necessarium esset illud δέ· nec *Solanus* id expressurus fuisse videtur, quia id *Juntinae* textui non inseruit, ut alias solet; verum hanc omissionem ab editore *Junt.* non esse studio factam, inde conjicio, quod οὐ extremum paginae vocabulum est, cujus alteram partem in p. seq. transferre obliti videntur typothetae. Reitz.

Ead. l. 10. *Σελήνην*) Hac de re *Suet.* Cajo. Bourd.

Ead. l. 14. *Ἑξηκοντούτης*) Hoc inprimis observandum, si rationem temporum aliquam habere velis. Sed quo anno duxit? inquies. Conabor id certis adstruere rationibus. Observatum supra est, (ad c. 30.) innotuisse Alexandrum Romae Rutiliano jam sene, (hoc est plusquam quadragenario post annum a Christo nato CL.) Alexandrum filiam illam suscepisse liquet, postquam jam prophetae munus subiisset, aliquot nempe annis, antequam Romae innotuisset: nubilis itaque fuerit ante annum Christi CLXX. quo fere tempore nupsisse etiam Rutiliano necesse est, qui sexagenarius duxisse hic dicitur. Quae omnia facile ex hoc libello demonstrari possent, nisi brevitati in his notis studeremus. Hoc unice itaque observari velim, Alexandrum uxorem non duxisse, antequam munus illud suum propheticum susciperet: quod etsi disertis verbis non asserat *Lucianus*, facile ex eo elicitur, quod toto ante tempore, aut turpem puer aliis operam dederit, aut vir jam factus alienis uxoribus. Unum his conjecturis obesse videri possit, quod hujus filiae mater ignota, cum e luna susceptam praedicarit. Sed filiam Alexandri fuisse, satis constat, legitima an notha, parum refert. Solan.

Pag. 94. l. 1. *Μείζω*) Flor. *μεῖζον ἀεὶ προσενόει.* Paginam sequentem alibi interpretor, et paginam 490. Bourd.

Ead. l. 6. *Λοιμῷ*) De hac peste, quae incidit in annum Christi CLXV. et sequentibus, v. supra ad Quom. Hist. Conscr. c. 15. Solan.

Ead. l. 8. *Ἀκροσκόμης*) Etsi et *ἀκειρεκ.* bonum, vulgatam

tamen servavi, quia mox iterum sic Edd. Et sic *Homer.* Il. *T*, 39. et alibi. Conf. *Solan.* ad fin. hujus capitis. Reitz.

Eadd. l. 9. *Πυλῶν*) Sic P. quod magis arridet, quam quod in reliquis est, *πυλώνων*. Solan. Genuina est lectio *πυλώνων*, comprobata illa Editionum vett. omnium, et insuper Codicis 3011., consensu. Inscriptiones his *πυλῶσι* infigi solitas fuisse, documento est locus Hermot. c. 11. Omnino autem vide, quae ad Necyom. c. 12. Tom. III. p. 400. sq. de his *πυλῶσι* notata sunt. Lehm.

Pag. 95. l. 1. *Τῷ χρησμῷ — συντ.*) Durior phrasis. Solan. *Τῶν χρησίμων* marg. J. adleverat *Solan.* Sed cum videret Edd. conspirare in *χρησμῷ*, delevit conjecturam, et merito delevit, addiditque conferendum Tim. c. 4. Sed ibi, *ἀλλ' εἰς ἔθος τι ἀρχαῖον συντελῶν*, legitur; quod *Hemst.* vertit, *sed veteri, nescio cui, instituto id dandum credit.* Itaque tamen *χρησμῷ* hic idem valebit, quod *εἰς χρησμόν*, et significabit, *nihil addebant ad oraculum, nihil amplius perficiebant*; adeoque differet aliquantum ab illo priore exemplo. Verum cum *συντελεῖν* proprie sit *una perficere*, et sic certe etiam *adjuvare* significabit, ut apud *Aelian.* V. Hist. XIII, 1. pag. 783. Ed. in 8°, *οὐ μόνον εἰς ἑορτὴν ὄψεως συντελεῖν δυνάμενον, quae non solum ad pascendos oculos adjuvare* (contribuere) *poterat.* Et *Alciphr.* III. Ep. 71. Hinc nihil duri video, si et hic *οὐδὲν συντελοῦντες τῷ χρησμῷ* potius significet, *nihil adjuvantes oraculum*, vel *nihil contribuentes oraculo*, ut sic perspicuitatis caussa loquar. Deos enim laborantem adjuvare, non desidem, credebant; ut est in *Menandr.* fragm. 82. *Τῷ γὰρ πονοῦντι καὶ θεὸς συλλαμβάνει — τῶν πόνων.* Et quod *Sallust.* in Catil. c. 52. §. 28. 29. Reitz.

Ead. l. 2. *Προμαχομένας αὐτῶν*) Lege *αὐτῶν*. Guyet. Et sic jam dedimus. Reitz.

Ibid. Τὰς) P. solus ante *συλλαβάς*. Solan.

Ibid. Ἀνερσεκόμης) Utitur ea voce etiam *Pindarus* in Pyth. III. usurpat alibi etiam *ἀκειρεκόμαν*. Isthm. I. Et sic habet hic Codex P. Posterior scriptura occurrit etiam apud *Philost.* 885. Solan. Nota haec *Solani* pertinet ad superius *Ἀνερσεκόμης*. Nam ibi Codicem P. *ἀκειρεκ.* legere, in *Juntina* notarat; contra, hoc loco Florentinam editionem *ἀκειρεκ.* habere, cum Cod. *ἀκερσ.* jam cum cett. Edd. habeat. Cumque de *Flor.* quam inspexi, recte moneat, etiam de Codice recte monuisse credo; licet in Ed. *Hag.* inverse quoque notarit, Cod. P. hic *ἀκειρ.* habere, supra vero cum vulgato consentire: quod cum parvi referat, ordinem ejus notae immutare nolui, et ne haec quidem adnotassem, nisi ostendendum esset, me in lectione dubia priscas Edd. diligenter consuluisse. Vid. p. praeced. Reitz.

Ead. l. 8. *Τὰς ἐν*) *B.* 2. *τοὺς*, ex editoris conjectura, ut alia multa; neque enim usum se ullo antiquo Ms. profitetur. Solan. Videtur legendum *τὰ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ*. Neque enim est, quo commode referatur *τάς*. Ita certe interpretatus sum. Gesn. Intellige *πόλεις*. *Guyet.* De hac ellipsi cf. *L. Bos.* p. 182. Reitz. *Schaeferus* tamen ad eum *L. Bos* locum p. 400. praefert lectionem B. 2. cum qua etiam B. 3. consentit. *Gesneri* lectionem et interpretationem probavit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 254. Mihi quidem ea paullo audacior videbatur. Lehm.

Ead. l. 10. *Δαδουχίας*) Sic infra de Mort. Peregr. c. 28. Solan. At quid opus tam longe nos remittere ad vocabulum satis usitatum quaerendum, cum principio cap. 40. hujus Dial. quoque occurrat? Reitz.

Ibid. Τελουμένων) Malim *τελουμένας*. Guyet. Non patet caussa. Lehm.

Ead. l. 11. *Ὥςπερ Ἀθήνησι*) Eleusine dicebant *ταῖν θεοῖν*, v. *Casaub.* Capitol. in M. Aur. XXVII. Prioribus temporibus formula erat, *ἐκὰς ἐκὰς ὅςις ἀλιτρός*· vel, ut habet *Lampridius*, *nemo ingrediatur, nisi qui se innocentem novit.* De quibus formulis consule etiam *Orig.* c. Cels. III. pag. 147. 2. ubi Celsi verbis plures proponit. Adde Demonact. cap. 34. unde patet, Barbaris etiam hisce sacris interdictum fuisse. Solan.

Ead. l. 12. *Χριστιανὸς*) Exploraturi itaque fraudes hujus Pseudoprophetae interdum et ipsi Christiani sacra ista, alias illicita, adibant: ab iisque sibi aeque ac ab Epicureis metuebat Alexander. Unde zelus Christianorum in detegendis fraudibus et imposturis patescit. Nam quod Epicurei idem factitabant, non mirum, otiosos plerumque homines, quibus talia ludus erant, et quavis Comoedia jucundius spectaculum, operam dedisse hujusmodi superstitiosis hominibus deridendis. Christianos autem graves et minime futiles, aut otiosos, imo odiis et injuriis non privatorum tantum hominum, sed et magistratuum imperatorumque pressos, hoc egisse, ut ab illusionibus praestigiisque orbem terrarum vindicarent, in admirationem certe quemvis rapere necesse est. Aliam affert hujus rei caussam *Lactant.* minime respuendam: quam si lubet legere, adeas librum ejus IV. c. 27. Nos hac nunc contenti erimus. Solan. De Christianis, aliisque, ab his sacris arceri solitis, plura congessit *Jac. Elsn.* ad Apocal. XXII, 15. ubi et his *Luciani* verbis utitur, et ex *Socratis* Hist. Eccl. VII, 8. quoque docet, Isdigerdem, Persarum regem, ab Magis judicatum arcendum a sacris, quod Marutha Mesopotamiae Episcopo familiarius uteretur. Verba ipsa ex *Julian.* Epist. 52. aliaque, vid. ibid. Reitz.

Ead. l. 13. *Πιστεύοντες τῷ θεῷ*) Formula jam a Christianis desumta. SOLAN.

Ead. l. 14. *Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ*) Conf. supra dicta ad c. 14. REITZ.

Pag. 96. l. 1. *Ἔξω Χριστιανούς*) Vid. *Hoffmann.* in notis ad *Galenum* de usu partium, n. 295. Item *Dodwellum* Diss. in Iren. M. p. 168. 169. LA CROZE. Subaudit in hac formula *ἔξω λαύνει Schaeferus* ad *L. Bos.* de Ellipss. p. 614. LEHM.

Ead. l. 12. *Ῥουτιλλία*) Fictum nomen putarim, quo superstitiosam foeminam denotet: certe illud *τις* vix patitur, ut de gente Rutilianorum intelligas. Observandum autem, haec sacra non Romae, sed in Paphlagonia celebrata: quae quidem res aliquid difficultatis habet; nam qui factum est, ut imperatoris Oeconomo licuerit tam longe ab aula versari? *Procuratorem* ergo verte. Statuendum enim hoc ob Alex. praesentiam, quem haud temere quisquam, oraculi cura aliis demandata, Romam profectum existimabit. Si tamen *Oeconomum* retinere velis, potuerit unus aut alter abesse, per vices reliquis munus obeuntibus, et praesertim quo tempore M. Aurel. Athenis commorabatur, Abonoteichitarumque oraculum cum uxore petiisse. Ego *procuratorem*, uti etiam verti, intelligo. SOLAN. *Wielandius* hunc Caesaris oeconomum fuisse arbitratur inferioris ordinis ministrum Caesaris, qui hujus reditus in Paphlagoniae quodam fundo Caesareo exegerit et dispensaverit. Sic certe facillime tollantur difficultates eae, quas *Solanus* sine justa ratione quaesivisse videtur. LEHM.

Ead. l. 14. *Ἐν ὀφθαλμοῖς*) Conf. supra Phalar. I. c. 5. Et *J. Elsner.* ad Evang. *Matth.* XXI, 42. recte docentem, non esse hoc poëticum, ut putabat *Gatakerus*. Adde et *Nostrum* Tyrannicid. c. 17. *ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας*. Sic *εἰς* et *κατ' ὀφθαλμούς*· vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 505. REITZ.

Ibid. *Ὀλεθρίου ἐκείνου*) Scribendum videtur *τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνης ἀνδρός*. Et ita interpres legisse videtur. GUYET.

Ibid. *Ἐκείνου ἀνδρὸς*) Leve est, quod de Rutillia, quam in oculis mariti ejus osculabatur, legitur mendose *καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ ὀλεθρίου ἐκείνου ἀνδρὸς φιλήματά τε ἐγίγνετο*· cum rectius Ms. *ἐκείνης ἀνδρός*, sc. *Ῥουτιλλίας*. GRAEV. *Ἐκείνης*) Auctoritatem Ms. G. secutus sum: libri enim, quos consului, *ἐκείνου* omnes habent. SOLAN.

Pag. 97. l. 1. *Κόλπου*) Cod. P. male habere *κολπους*, notarat *Solan.* Bene quidem eam lectionem reprehendit, si accentus ita positus. Et *κόλπου* singulare et genitiv. veram lect. esse non dubito, quia sic et alibi apud *Nostrum*; vid. saltem c. 26. hujus Dial. Interim et plurali numero *κόλποι* dicitur de unius hominis sinu, ut *Long.* Past. I. p. 27. Ed. *Jung.* *Καὶ ὁ τέττιξ ἐκ*

τῶν κόλπων τῆς ϑλόης ἐπήχησεν. Iterum ibid. pag. 54. Ἐμκίπτει τε αὐτῆς τοῖς κόλποις. Rursus apud eundem L. IV. p. 137. sive potiùs 145. Ed. *Moll.* (nam per errorem typogr. paginarum numerus vitiose est expressus) τὴν Χλόην ἐν τοῖς κόλποις εἶχε. *Homer.* Iliad. *I.* sive IX, 566. Πρόχνυ καθεζομένη, δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι. Adde et *Aelian.* V. H. XIII, 31. Reitz. In Dissert. c. Hesiod. c. 2. et Pisc. c. 36. genuina est formula ὑπὸ κόλπον. vid. not. ad posteriorem locum Tom. III. p. 580, Non minus h. l. ὑπὸ κόλπους, quod et in Cod. 3011. legitur, genuinum est; idque tanto certius, quum τὰ ὑπὸ κόλπους h. l. non, ut *Reitzio* placuit, de unius hominis sinu capiendum sit, sed contineat potius sententiam vulgarem, de vulgo hominum intelligendam: *quae vulgo ab hominibus fieri solent* ὑπὸ κόλπους. Restituendam itaque putabam praestantissimam lectionem. Lehm.

Ead. l. 5. Εὐμολπ. — Κήρ.) Cereris mysteria respicit Athenis, in quibus pont. max. Hierophanta audiebat, duae etiam hae sacrae gentes. V. *Thucyd.* VIII, 53. et not. et *Corn. Nep.* in Alcibiade. *Iidemque illi Eumolpidae ac Ceryces rursus resacrare sunt coacti, qui eum devoverant.* V. *Casaub.* ad *Athen.* XIV, 23. et *Clem. Alexand.* II, 1. qui docet eorum originem. Adde et *Diog. Laërt.* p. 1. D. E. Solan.

Ead. l. 6. Καρβατίνας) Id est, *viles crepidas. Catull.* Guyet. Idem notat, quod *Virgilio* crudus pero, Aen. VII, 690. Solan. Carbatinae, sive Carpatinae soleae a crudo corio, a Caribus seu Carpathiis dictae; vid. *Voss.* ad *Catull.* pag. m. 327. Reitz.

Ibid. Σκορδάλμην) Vide *Aristoph.* Ἱππ. pag. 298. qui primus hoc in Paphlagonibus risit. Solan. Vid. *Aristoph.* Equitt. v. 199. et 1093. Lehm.

Ead. l. 12. Τὴν ψυχὴν) Articulum in Edd. deficientem addidimus ex Ms. Reg. 3011. Bip. Addidit et *Schmiederus*, suadente *Belino*. Lehm.

Pag. 98. l. 1. Βασιλεὺς Γλύκων) Ridet haud dubie titulum, quo fatui hominem *Glyconem* insigniebant. Solan.

Ead. l. 3. Πυθαγόρου ψυχὴ etc.) Oppido lepidum Alexandri γόητος narrat auctor factum. Nimirum in solemnibus, quas aliquando instituebat, Dei sui pompis, forte an industria, detexerat femur suum, quod plane videbatur esse aureum. Hinc ubi a quibusdam quaereretur, utrum Alexander ille προφήτης haberet animam Pythagorae, an Pythagoreae animae similem; fecit ut oraculum a Glycone (ita appellabat Deum suum) ederetur his versibus:

Πυθαγόρου ψυχή, ποτὲ μὲν φθίσει, ἄλλοτε δ' αὖξει.
Ἡ δὲ προφητείη, δίης φρενὸς ἔστιν ἀπορρώξ.

Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἐπαρωγόν. καὶ πάλιν,
Ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Hi versus haud dubie sunt mutili, nec non perperam interrupti. In versu tertio excidit forte *ἀνδρῶν*. Deinde illud *καὶ πάλιν* divisum (nam ita divisum legitur in omnibus, quas vidi, editionibus) facit, ut videantur duo diversa oracula. Id tamen unum fuisse arbitror, legendumque junctim:

Πυθαγόρου ψυχὴ, ποτὲ μὲν φθίνει, ἄλλοτε δ' αὔξει.
Ἡ δὲ προφητείη, δίης φρενός ἐστιν ἀποῤῥώξ.
Καί μιν ἔπεμψε πατὴρ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαρωγόν.
Καὶ πάλιν ἐς Διὸς εἶσι, Διὸς βληθεῖσα κεραυνῷ.

Anima scilicet Alexandri vatis, quam pater misit auxilio hominibus piis, iterum se in domum Jovis recipiet, fulmine Jovis icta. Id enim de se jactabat Alexander ille, se denique fulmine ictum, moriturum: ipse id narrat *Lucianus* infra c. 59. *προειπὼν δὲ (Ἀλέξανδρος) διὰ χρησμοῦ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι ζῆσαι εἵμαρται αὐτῷ ἔτη πεντήκοντα, καὶ ἑκατόν, εἶτα κεραυνῷ βληθέντα, ἀποθανεῖν. Ubi vero praedixisset Alexander per oraculum de se ipso, centum et quinquaginta annos vivere fato sibi destinatum esse, deinde fulmine ictum, mori.* Jens. Vide, quae *la Croze* supra habet ad c. 33. Reitz.

Ead. l. 4. *Δίης*) Etsi eodem redit, legasne *δίης*, an *Διὸς*, cum *Schol.* ego *Διὸς* tamen praeferrem, ut sic accuratius respondeat sequenti *ἐς Διὸς*, ac sic dicatur *ex Jove* orta anima *ad Jovem* redire: verum quia forent, qui ter repetito *Διὸς* et quadruplici exitu syllabae in *ὲς* acutae offenderentur, vulgatam non movi. Reitz.

Ead. l. 5. *Ἀνδρῶν*) Ed. *Fl.* sola. Solan.

Ead. l. 6. *Καὶ πάλιν*) Illud *καὶ πάλιν* in iis, quas super hoc loco inspexi, editionibus, *Par.* nimirum, *Ald. B. 2. J.* et *S.* male ita separatim collocabatur, ac si ad versum non pertineret, et novus versus ab *Ἐς Διὸς* inchoabatur; in Latinis eod. modo, *et rursum*, inter versum tertium et quartum sic interjectum erat, quasi oraculum rursum coepisset altera vice novi quid canere: sed ex dimensione carminis id facile in sedem suam retraxi, ac vix operae foret id multis praedicare, nisi viderem, alios etiam *μεγάλου* ante *βληθεῖσα* inseruisse, quia videbant versum uno pede truncatum, qui tamen plenam habebat mensuram, ubi sic legatur, ut jam edi curavimus. His ita ordinatis, cognovi *Jensium* idem jam optime fecisse, in Lectt. Lucian. pag. 264. cujus verba tamen jam praemitto, ut ejus meritis nihil detraham. Reitz.

Ibid. *Ἐς Διὸς εἶσι*) Deest pes integer huic versui, adscripserat *la Croze*, qui illud *ἀνδρῶν* in versu superiore etiam im-

plendum monuerat. Scilicet ab Ἐς Διὸς versum quoque inchoari credebat vir clariss. At si jam a Καὶ πάλιν inchoetur, nullus pes deerit. Reitz.

Ead. l. 9. Θεοπρόπους) Varias lectiones hic exhibet P. Θεοπόλους, vel Θεοπάλους, vel tandem Θεοπρόπους, ut in impressis est, nisi quod in *Fl.* Ed. Θεοπέλους est. Ego Θεοπρέπους scriptum a *Luciano* crediderim; idque nomen rei apprime convenit, et Alexandri consilio, qui forma eximium quemque puerum mitti volebat. Solan. Vocem Θεόπρεπος mecum et alii ignorent, quin etiam barbaram judicent. Nec magis placet Θεοπόλους, quae lectio, in Cod. 3011. reperta, nimium, opinor, placuit *Belino*.

Pag. 99. l. 1. Καὶ νόμον δὲ ἐπεποίητο) Supra in 1. Ver. Hist. c. 15. ubi καὶ πεδίον δ' ἐποίησαν legitur, *Solanus* particulam δὲ expunxerat, jam intactam relinquit. Sed salva esto utroque loco. Etsi me supra faciliorem in ea expungenda ideo praebuissem, quia illic ter brevi intervallo δὲ recurrebat. Et ἐπεποίητο passivum pro activo recte quoque se habere, vid. ad 1. Ver. Hist. cap. 35. Adde *Homer.* Iliad. Δ, 107. ubi δεδεγμένος est *excipiens*. Reitz.

Ead. l. 2. Ὀκτωκαιδ. ἔτη) Conf. supr. Ver. Hist. II. c. 28. Solan.

Ead. l. 3. Φιλήματι ἀσπάζεσθαι) Etsi vix operae est hunc morem aut phrasin aliis testimoniis confirmare; addam tamen, quod *Hemsterh.* in marg. monet, videri posse *L. Bos* ad Epist. I. ad *Cor.* XVI, 20. ubi Apostolus ait, ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Ad quae verba ille haec *Luciani*, et *Heliodor.* X, 27. adducit. Reitz.

Ead. l. 10. Ἤνγουν) Si ab εὔχομαι formatum esset hoc verbum, ηὔγοντο ex marg. *Ald.* recepissem, quia activum εὔχω non est in usu, nec εὐχέω satis probatum: sed cum sit ab αὐχέω, recte se habet vulgata. Reitz.

Ead. l. 11. Ἀληθῆ) Sic optime Ed. J. Reliquae ἀληθῶς. Solan.

Ead. l. 13. Τιανοῦ) Mox ἐν Τίῳ, recte. Fuit et Sacerdos nomine consul, anno Christ. 158. sed ab hoc diversus. Solan.

Ead. l. 15. Ἐν Τίῳ) Τίος πόλις Παφλαγονίας τοῦ Πόντου. *Stephan.* Τίειον, τὸ, *Straboni.* Guyet. In *Strabone* quidem XII, 3, 5. et 8. libri fere habent Τήϊον. Sed monentibus jam *Salmasio* ad *Solin.* p. m. 82. et *Casaubono* e *Stephano* restitutum est verum nomen Τίειον, et servatum etiam in recentissima editione. Lehm.

Ead. l. 16. Ἐγὼ ἦδ' ὃς Ἀσκληπιὸς νέος. ἄλλος παρ' ἐκεῖνον τὸν πρότερον; πῶς λέγεις; οὐ θ.) Cum sic distinguant omnes, et quidem non male, causa non fuit, cur in Latinis augerentur in-

terrogationum notae, verterentque, *nunquis alius ab illo prior?* nam qui addit *νέον*, dubitari simul non potest, quin loquatur de alio, quam ante fuit: sed quomodo id contigerit, negat mox fas esse clarius noscere. Certe debent convenire. *Sponius* tamen quoque sic reddebat: *Dis-moi, Glycon, qui es tu? Je suis le nouvel Esculape. Es tu Esculape lui-même, ou quelqu'autre, qui lui ressemble? Il n'est pas permis de reveler ces mysteres.* Gron.

Pag. 100. l. 1. *Ἄλλος*) Sic omnino distinguendum, uti a me factum est: neque enim ulla ratione passus fuerit Glyco, se alium ab Aesculapio priore dici. Hic autem in mentem venit de inscriptionibus, quae in tabula marmorea Romae in Aesculapii templo repertae, quasque Antonini tempore positas patet. V. *Fleetwood.* p. 38. Quod in his oraculum indicatur, hoc ipsum Alexandri oraculum esse statuo. Solan. *Solanus* aliter distingui jubet, nec tamen in notis suis addit, quid igitur mutarit. Quare id paucis indicabo. In *Junt.* post *ἐγὼ* deerat comma, hoc ibi addidit: post *νέος* comma erat, id in punctum minus mutavit. At correcta illa distinctio jam comparebat in *Par.* quam expressimus. Reitz.

Ead. l. 6. *Διδύμοις*) Dictum supra est ad cap. 29. V. *Ovid.* Met. I, 516. Solan. Verba: *τὰ δ' ἄλλα χρηστήρια — χρησμῳδοῦντα* sic verterat *Gesnerus: Oracula vero reliqua — habent progenitorem meum Apollinem reddentem sibi oracula;* imprudenter haec Glyconi tribuens, quum priorem potius partem sequentis interrogationis efficiant. Correxi itaque versionem, idque tanto confidentius, quum jam *Erasmus* praeierit. Recentiores interpretes, *Belinus* et *Wielandius*, incautius *Gesneri* vestigia presserunt. Lehm.

Ead. l. 7. Χρησμῳδοῦντα) Ed. J. *χρησμοδοτοῦντα*· quae scriptura verior videtur, si quidem *Lucianus* suis ista verbis non scripserit, sed ipsius inscriptionis vere verba exhibuerit. V. *Suid.* apud quem ea vox reperitur. Solan. *Χρησμῳδοῦντα*) Sic cap. 25. vers. fin. et hic paullo ante idem verbum ab omnibus scribebatur. Reitz. Et in eadem quidem inscriptione. Lehm.

Ead. l. 8. *Μηδὲ τοῦτ' ἐθελήσῃς εἰδέναι*) Vid. *Philoponum* de creatione pag. 183. L. IV. c. 20. la Croze.

Ead. l. 14. *Λεπίδῳ*) V. supra c. 25. Solan.

Pag. 101. l. 4. *Τὴν ἐπὶ θανάτῳ*] Articulum expungi vult *Belinus* in not. ad vers. Tom. III. p. 87. servari *Schaeferus* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 331. qui laudat *Herodian. Piersoni* p. 478. *Δήμιος δὲ, ὁ ἀπάγων τὴν ἐπὶ θανάτῳ.* Omisso tamen articulo *Aelian.* V. H. I, 30. *ἀγομένους τινὰς ἐπὶ θανάτῳ.* Et sic sane solet. Lehm.

Ead. l. 7. *Θηρίοις*) Conf. supra c. 2. hujus Dial. Solan.

Ibid. *Ὑπὸ σοῦ*) Iam demum recte Edd. sic scribunt, cum alibi perpetuo *ὑπό σον* et similia exhibeant, in encliticae accentu trajiciendo nimium diligentes, quem nos post praepositionem servamus cum accuratioribus Grammaticis, ut supra jam diximus. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἀναπλεύσας ὁ νεανίσκος εἰς Αἴγυπτον, ἄχρι τοῦ Κλύσματος πλοῖον ἀναγομένου*) *Cum adolescentulus in Aegyptum amne adverso navigasset, provecto ad inundationem usque navigio.* Ita vertit *Erasmus.* At si *Ptolemaeum* consuluisset, L. 4. tab. Afr. 3. didicisset, *Κλύσμα* esse nomen proprium loci in litore maris Rubri, ubi praesidium erat; dicitur enim *φρούριον* ibi; et ut ex hoc loco conjicio, ubi navigia per Nilum et Ptolemaeum fluvium, qui a Trajano renovatus et repurgatus fuerat, adducebantur, *ἀνήγοντο*, et sic navigatio in Indiam fiebat. Idcirco lege cum majuscula *Κλύσματος*, et verte, *usque ad Clysma adducto navigio.* Non dubito autem, id nomen fuisse a Graecis impositum ei loco, Ptolemaeis regnantibus, ob accessiones maris Rubri, quae illuc penetrabant, et eum locum *ἔκλυζον*, lavabant. Vide, quae notavi ad *Strabonem* pag. 804. Palm. Videtur *Solanus Juntinae* lectionem secuturus fuisse, quae *ἀποπλεύσας* habet: quod quidem non improbassem; sed unam reliquis omnibus hic praevalere nolui, cum et illarum lectio non modo commodum sensum exhibeat; verum si ab Alexandria is adolescens ad reliquas Aegypti partes navigavit, certe adverso flumine adscendit, ac tum *ἀναπλεύσας* longe rectius altero, et magis congruum altero (alteri) *ἀναγομένου*. Reitz.

Ead. l. 9. *Κλύσματος*) An usque ad loca inundari solita? Guyet. *Palmerii* notam vidisti doctam sane; sed monendus es, ne tam facile credas ei asserenti, navigationem per Aegyptum e mari mediterraneo sic continuari potuisse. Res enim ea aliquoties frustra tentata, eo tandem rediit, ut per Nilum mercibus, quam fieri poterat longissime, vectis, terrestri tandem itinere ad mare Rubrum deportarentur, unde in Indiam nova jam instituebatur navigatio. Consule *Humphr. Prideaux* Hist. P. II. L. II. pag. 70. et seq. Gallicae versionis nostrae T. III. p. 114. et seqq. Quid ergo fiet, inquies, verbis istis *Luciani*, satis aperte indicantibus, sola navigatione e mari mediterraneo per Aegyptum Indiam ab hoc petitam? Ego, ut verum fatear, *Lucianum* hic errasse puto: videntur enim haec verba id indicare factum, quod tota vetus historia fieri potuisse negat. Nisi forsan verba ejus corrupta sint. Sed in libris quidem nostris nihil subsidii comperio. Solan. Interpretum errorem, *Κλύσμα* urbis nomen esse nescientium, praeter *Palmerium* castigavit praesertim *Bochartus* in

Phaleg. 2, 18. Sed ἀνάγεσθαι ipsi quoque non recte videntur cepisse, quod ad primam illam versus *Clysma* navigationem referrent. Observat, et de Clysmate, quae sciuntur, tradit omnia decus literarum nostrarum *Petrus Wesselingius* ad Hieroclis Synecdemum pag. 728. seq. Interpretatio nostra et verbis *Luciani* satisfacere nobis videbatur, constantique usui verbi ἀνάγεσθαι, quod *solvere, navigationem incipere* significat; et Geographicae observationi nulli contradicere. Clysma portum Aegyptium fuisse in litore maris Erythraei, constat inter omnes. Juvenis hic, Alexandreae qui vixerat, invectus ostio Canopico Nili adverso flumine pervenire poterat ad verticem usque τοῦ Delta, atque inde Trajani fossa navigare in mare Erythraeum, et litus legendo adire portum Clysmatis, unde navigare ad Indos solebant, etiamsi is intervallo LX M. P. a capite fossae Trajani abfuit. GESN.

Ead. l. 12. *Διεφθάρθαι*) Sola *Amst.* male διεφθάρθει, quod in marg. correxit LA CROZE.

Ibid. Γὰρ) Ed. J. in aliis δέ. SOLAN. *Δὲ*) Cur illud γὰρ pro δὲ non receperim, vid. mox ad c. 46. SOLAN.

Pag. 102. l. 4. *Ἐπικούρους*) Mallem *Ἐπικουρείους*, ut cap. seq. SOLAN. Si constans sit lectio *Ἐπικούρους*, nec novi, qui habeat *Ἐπικουρείους*, non dubito, ad ipsam appellationem respexisse vel *Lucianum*, vel ipsum adeo Alexandrum: idque expressi, cum ambiguitatem non ferat Latinus sermo. Qui non puniret olim haereticum hominem, et ulciscereturvocatus licet, sanctam matrem ecclesiam, ille quo in periculo fuerit, satis constat. *Ἐπίκουρον* proprie esse, qui adjuvet oppugnatum ab aliis, observat Schol. ed Il. *B*, 130. GESN. *Ἐπικούρους* majorem emphasin habet, quam si adjective efferatur: nonnihil tamen ex emphasi amittit, cum plurali num. profertur, ideoque adsentior *Solano* ex cap. seq. argumentanti. Nihil vero muto, etsi interprett. pristini substantivum in Graeco servantes, tamen *Epicureos* verterunt. REITZ. Subargutatur, meo quidem judicio, *Gesnerus*, qui de ἐπικούροις, i. e. *auxiliatoribus* haeretici, cogitari malit, quam de *Epicuris*, i. e. Epicuri similibus, s. asseclis. Omnino enim constat hic usus loquendi, qui Catones e. g., Sardanapalos, Croesos, e. a. pronuntiat de simili istis hominum genere; quapropter minime *Ἐπικουρείους* corrigendum cum *Solano* censeo, quamquam non repugnem *Epicureos* vertenti *Erasmo*. Deinde omnis loci indoles jubet hanc vocem de Epicureorum familia intelligi. Ille enim ipse, qui Alexandri oraculum mendacii arguturus ansam praebuerat huic ignominiosae compellationi *Ἐπικούρους*, erat Epicureus; vid. c. 44. in. Et summam huic compellationi ignominiam inesse voluisse Alexandrum, mox ipse *Lucianus*

dicit c. 46. extr. — *Ἐπικούρειον, ἥπερ ἦν ἡ μεγίστη λοιδορία.* Ceterum vero etiam Edd. *Basill.* hoc nomen majore initiali scriptum exhibent, minore *Aldinae.* Lehm.

Ead. l. 6. *Τοῦ Πόντου πρῶτος*] Sic cum *Schmiedero* edendum putabam, secutus trium Codicum auctoritatem. Vulgo enim sic legebatur: *Δημόστρατός τις ἐπιδημῶν τῷ Πόντῳ, πρῶτος περιχυθείς,* admodum languente sensu. Imo hunc Demostratum intellige virum e Ponticorum proceribus, cujus auctoritas, qua etiam in Paphlagonia pollebat, misellum istum Epicureum salvum reddere potuit. Supra Scyth. c. 3. Anacharsis dicebatur *ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν.* Et sic alibi saepius *πρῶτος* usurpatum. Lehm.

Ead. l. 11. *Κατὰ τάξιν*) Conf. supra c. 19. Solan.

Ibid. Μιᾶς δὲ) *Solanus* supra c. 44. *πολλοὶ δὲ,* in *γὰρ* mutarat, ex una J. Ego id studio neglexi; nam si id ibi falsum, et hic male se haberet: cum igitur hic nihil mutet, etiam supra intactum relinquatur. Sic *Hom.* Il. *Z*, 47. *δὲ* quoque usurpat, ubi et *γὰρ* locum haberet; et ubi id in *γὰρ* propter versum non potest mutari. Cum enim magnum liberationis pretium promisisset, statim subjicit: *Πολλὰ δ' ἐν ἀφνειοῦ πατρὸς κειμήλια κεῖται.* Quod *S. Clarke* reddidit: *multae utique res pretiosae in divitis patris domo reconditae jacent.* Recte; sed an *enim* non etiam hic eodem rediret? Reitz. De particula *δὲ* in parenthesi posita vid. ad Somn. c. 11. Tom. I. p. 197. Lehm.

Ead. l. 12. *Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος εἰ θεσπίζοι, τῷ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν ἐς κόραπας*) *Καὶ ἐρομένου τοῦ κήρυκος, εἰ θεσπίζοι; τὸ δὲ ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, ἐς κόραπας.* Marcil.

Ibid. Τῷ δὲ) Forsan *τότε.* Guyet. Anacolutho haec verba laborant, cui mederi *Belinus* ita vult, ut e Cod. suo 3011. ab initio *εἰ δέ τινων* legi velit pro *εἰ δέ τινι. Seagerus* aliam viam ingressus totum locum ita distingui jubet: *εἰ δέ τινι — — ἐρομένου τοῦ κήρυκος, εἰ θεσπίζοι τῷδε; (velletne hùic oraculum reddere?) ἀνεῖπεν ἔνδοθεν, ἐς κόραπας.* Ita *ἀνεῖπεν* putat recte ad *τινι* superius redire. Verum dudum jam, ac saepius, a nobis est animadversum, *Lucianum* in talibus sermonis Anacoluthis admittendis haud parum sibi indulsisse, vel etiam sibi ipsum placuisse. Cf. Diall. Deor. VI, 2. XIV, 2. ibique Adnot. Tom. II. p. 334. sq. denique Hermot. c. 27. et quae ad illum locum uberius sunt dicta, Tom. IV. p. 410. Quod autem pro *προσκαλουμένων Belinus προκαλουμένων* legendum esse suspicatur, nihili est. De exsecrandi formula *ἐς κόραπας* exposuerunt *Erasm.* Adagg. Chil. II. Cent. I, 96. *Spanhem.* ad *Aristoph.* Plut. v. 394. et *Bergler.* ad *Alciphr.* Ep. 1, 17. Cf. etiam Philopatr. c. 26. Lehm.

Pag. 103. l. 2. *Γῆν πρὸ γῆς*) (Significat *solum vertere, γῆν*

πρὸ γῆς cogito, i. e. *de fugiendo*, *Cicer.* ad Att. *Vorst.*) et *Cicer.* de Nat. Deorum I. Solan. Ἐλαύνειν γῆν, *pervagari terram.* Sic infra Rhet. pr. c. 5. Et *Aelian.* I, 33. Reitz.

Ead. l. 4. Ἐπικούρου κυρίας δόξας) *Epicuri ratas sententias*, quas *Diog. Laërt.* integras exhibet in vita Epicuri. la Croze. V. *Diog. Laërt.* 278. D. Solan.

Ead. l. 6. Κεφαλαιωδῶς) Hanc vocem emaculavimus, quae in omnibus antea κεφαλαιῶδες legebatur, nisi quod in *Fl* legitur κεφαλαιώδη. Solan. Κεφαλαιώδη etiam Codex 2954. exhibet, quae genuina est lectio. Continebat liber ille κεφαλαιώδη — τὰ δόγματα, *summam dogmatum Epicureorum. Cicero* de Nat. Deor. I, 30. extr. *selectas vocat breveseque sententias.* Cf. de Finib. II, 27. ibique Interprr. Lehm.

Ead. l. 7. Σκίλλων) Ex ligno ficulno fumum exsistere acerrimum ac molestissimum, *Plut.* in Sympos. perhibet. Si qua igitur ratio Alexandrum Pseudomantem impulit, ut Epicuri κυρίας δόξας ficulnis cremaret lignis, ea, ut opinor, fuit, non ut eum nullius pretii philosophum judicaret. Goen. V. Adv. Indoctt (c. 6.) ubi σκίλινη γνώμη· et *Brod.* p. 501. Thes. Cr. II. Vol. Solan.

Ead. l. 11. Τοῖς ἐννυχοῦσιν) Conf. infra cap. ult. hujus Dial. Solan. Eandem philosophiae Epicureae vim apud *Ciceronem* de Nat. Deor. I, 20. Vellejus Epicureus paene iisdem verbis explicat: *His terroribus* (Stoicae scil. superstitionis) *ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati nec metuimus eos, qui* etc. Lehm.

Ead. l. 16. Ὑπὸ δαδὶ) Male Cod. Angl. ὕδατι. Bourd. Est etiam in P. L. et Ed. *Junt.* ut in Anglic. ὕδατι. In reliquis δαδὶ, ut Necyom. c. 7. Philops. cap. 12. ideoque servavi. P. non agnoscit ὑπὸ, quod ideo rejecimus. Solan. Qui ὕδατι introduxere, forsan decepti sunt a voce sequente σκίλλῃ, quam pro σκύλλῃ monstro marino accipientes, aquam etiam, non ignem addendum credidere. De illo autem lustrandi ritu ope *taedae et scillae*, vid. supra Necyom. c. 7. ibique notam *Hemsterh.* Reitz.

Pag. 104. l. 4. Καὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν) Intellige generum habens. Guyet. Καὶ τὸν Ῥουτ. εὐδ. πάροδον omnes libri, nisi quod in *Fl.* Cod. *Bourd.* desunt εὐδοκιμοῦντα πάροδον, in ejusdem vero loci impresso posterius vocabulum omittitur. In P. non est καί. Locus est sane difficilis, et, ut mihi quidem videtur, corruptus. Si enim vulgatam scripturam sequare, quid erit ἐπὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν πάροδος; Aut ipse Rutilianus πάροδος; *Aditusne* ad *Rutilianum*, aut *ipsum Rutiliani aditum*? At πάροδος, etsi hoc apud alios alicubi significare comperiatur, apud *Lucianum* paullo aliter usurpatur, de iis, qui publice dicturi prodeunt. Vide finem Herc. Gall. c. 7. Sed demus, sic sumi, an de Rutiliano, ut de imperatore, locuturum censes *Lucianum*? aut *ipsum*

aditum esse dices. V. omnino *Dem.* Phil. III. Neutrum ego facile admiserim. Dicam itaque, quod sentio, tu judica. Scripserat *Lucianus διὰ τὸν Ῥουτιλλιανὸν τὸν γαμβρόν.* Vel si hoc nimis recedere videbitur, *πρὸς τὸν γαμβρὸν*, lege *πρόοδον*, (ut in innumeris *Luciani* locis occurrit) hoc sensu, *gratia generi sui Rutiliani.* Vel *patroni sui. Vorstius παρ' ὁδὸν* malebat, uti apud *Ignat.* emendandum censeo p. m. 125. B. Quidquid sit; haec enim jam in medio relinquo, facile cessurus, si quid melius proferatur; in iis, quae mox sequuntur, duo haec diligenter observanda sunt. Primo, M Aurelium cum haec scriberentur, mortuum, cum *Lucianus* eum *Divum* vocet. Secundo, bellum, de quo deinceps sermo est, gestum anno circiter CLXX. et seqq. usque ad annum CLXXIV. vel CLXXV. Ex quibus jam certe de *Luciani* aetate constat. Sed de hoc paullo post plura. SOLAN.

Ibid. Εὐδοκιμοῦντα πάροδον) Haec desunt in Flor. Cod. BOURD. Ubi in vulgatis editionibus legitur, *Ἔχων γὰρ οὐ μικρὰν ἐπίβασιν ἐπὶ τὰ βασίλεια, καὶ τὴν αὐλὴν, καὶ τὸν Ῥουτιλλιανὸν εὐδοκιμοῦντα πάροδον, διαπέμπεται χρησμὸν, τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος* duas voces, *εὐδοκιμοῦντα πάροδον*, deesse Flor. Codici, notat *Bourdelotius.* In Ed. tamen Florentina omisso *τῷ*, *πάροδον*, conspicitur *τὸ*, *εὐδοκιμοῦντα.* Voce *πάροδον* satis possumus hic carere: nec quid illa sibi hic velit, perspicio. JENS.

Ead. l. 5. *Πάροδον*) *Τὸ πάροδον* glossema videtur *τοῦ ἐπίβασιν*, e margine in contextum traductum. GUYET. Includendam puto *πάροδον*, aut potius plane ejiciendam Florentinae ed. auctoritate, tanquam glossam, ad *ἐπίβασιν*, rarioris usus nomen, relatam, quam *προσαγωγὴν* etiam dicere licuisset. GESN. Adparet, et *Gesnerum* hoc vocabulum cum *Jensio* ejectum velle, quod in versione id non attigerit; nec ego ingererem, si abesse a pluribus viderem. Posses autem *παρόδιον* legere, ac vertere, *habens Rutilianum adjutorem*, pro *fulcro* enim columnae, ex *Plat.* Dem. *Kuhn.* ad *Polluc.* VI. S. 121. adfert; uncinis tamen seclusi ut suspectum. Alioqui cum *πάροδος* significet carmen, quod chorus primus in theatro canebat; vid. *Kuhn.* et *Jung.* ad *Polluc.* IV, 7, 53. pag. 374. (sic enim pro *πάρῳδος* recte scribendum docet ille; nam ibid. IV. cap. 15. §. 108. ipse *Pollux* ad etymologiam vocabuli ducit, scribens, *καὶ ἡ μὲν εἴσοδος τοῦ χοροῦ πάροδος καλεῖται.*) ut itaque *prologus*, tam de oratore ipso, quam de sermone, accipitur: ita possis et *πάροδος* utrovis more accipere, et cogitare, an Rutilianus non item hic dicatur *praecentor* Alexandri, qui praestigiatori suo praeludat, ac populum alliciat? Sed totum *πάροδον* ejicere, quam nimis argutari, malo. Si vero probare possem, id *introductorem* significare, omnino retinerem.

Reitz. Corruptum esse loquor, persuasum mihi quidem est. Sed corrigendo sine vestigiis vetae lectionis imparem me sentio. *Reitzii* quidem παρόδιον nullius est pretii. Et quod pro καὶ ante *Rutiliani* nomen *Belinus* δὲ ὁ poni jubet, id vero hariolari est, non restituere verba genuina. Lehm.

Ead. l. 6. *Μάρκος*) Vixit post Marcum Lucianus. Hanc historiam vid. depictam in *Col. Antonina*, p. 13. La Croze.

Ead. l. 11. *Διηγητέος*) Sic *Fl. Ald.* edit. *Aldin. Vorst.* Consentiunt Mss. Regg. 2954. et 3011. Conf. Imagg. §. 9. Bip.

Ead. l. 16. *Γενομένων*) Facessent jam, qui M. Aur. Antoninum nullis hujusmodi superstitionibus, auctore *Xiphilino*, unquam succubuisse putant. Manifesto hic deprehenditur superstitionis absurdissimae reus. In iis etiam, quae de legione Fulminatrice vulgo feruntur, quomodocunque demum gesta sint, aut ad magicas artes, aut ad religionem incognitam confugisse coarguitur. V. etiam *J. Capitol.* in M. Aur. XIII. ubi *tantum hujus belli terrorem fuisse* ait, *ut undique sacerdotes Antoninus acciverit, peregrinos ritus implevcrit, Romam omni genere lustraverit, retardatusque a bellica profectione sit*: ut ergo haec, quae hic a *Luciano* narrantur, non sint ab ipso Marco facta, quod historiae credo repugnat, in illis certe arguetur. Cons. *Baron.* ad an. Chr. 171. et, qui eum citat, auctorem vitae M. Aurel. operibus ejus praefixae. Solan.

Pag. 105. l. 3. *Τραῦμα*) Vid. Ep. *Marci* ad calcem Apol. 4. *Justini*. La Croze.

Ibid. Διεμυρίων) Aliter rem narrat *J. Capitol.* in M. Aurel. Ant. XIV. Cum enim Aquilejam usque venisse hostes dixissent, exercitus partem cum Furio Victorino Praefecto praetorio interisse, ait. Solan.

Ead. l. 7. *Κρόνου χρησμὸν*) V. Jov. Trag. c. 20. Solan.

Ead. l. 9. *Πολλῶν ἐπιῤῥεόντων*) Cod. Angl. *πολλῶν ἐπὶ πόλλου ἐπιῤῥεόντων*. Bourd. *Πολλῶν ἐπὶ πολλοῖς ἐπιῤῥεόντων* Ms. Reg. 3011. probante *Belino*. Bip.

Pag. 106. l. 1. *Παφλαγονιστὶ τὸ ὑπελθὸν*) Angl. Cod. *παφλαγονίσθηνον τὸ ἔσεθλον*. Bourd.

Ibid. Ἐπελθὸν) Sic recte Ed. J. vulgatae vero *ὑπελθόν*. Quod nullibi hoc sensu reperias, ut *ἐπέρχομαι* frequentissime, cum apud *Lucianum*, tum apud optimos quosque linguae Graecae scriptores. Solan. *Ἐπέρχεσθαι* de eo, quod mihi in mentem venit, usitatum esse, vid. in not. *Hemsterh.* ad Prometh. cap. 2. Reitz.

Ead. l. 11. *Σαλάγει*) Verbum *σαλάγει* alibi, credo, non invenitur. Ideo credo id fuisse deterioris notae, ut saepe obscoena verba a sola viliore plebe usurpantur. Forte fuit Paphlagonicum,

et Abomitichritis solis familiare: videtur ἀπὸ τοῦ ἄγειν καὶ σαλεύειν deduci. Palm. At σαλαγεῖ, ταράσσει exponit *Hesych.* Verum id huc nihil facit. Reitz.

Ead. l. 18. Ὦνυες) Ὠνύιες. Guyet. Notaverat quidem *Solan.* ὠνύιες esse in *Fl.* Verum vulgatam intactam reliquerat, quam ego mutavi, tum propter metrum, tum quod vel in prosa sic scribi solet. Reitz. Scribendum autem erat ὤνυιες, ut mox ὁ δ', non, ut in omnibus prioribus erat, ὅδ'. Lenn.

Pag. 107. l. 8. Πολλάκις) Παυράκις. *Hesych.* Παυρᾶκις, ὀλιγάκις. Guyet.

Ead. l. 13. Λύσιντο) Angl. δίδοιντο. Bourd. Λίδοιντο A. et P. Λίδοιντο L. Sed receptam scripturam, ut meliorem, sequor. Solan. Λύειν χρησμούς, est interpretari oracula. Sed hae de re hic sermo non est, verum de resignandis cautelis, et iterum obsignandis libellis eorum, qui oracula poscerent. Itaque χρησμούς, quod jam ab *Erasmo* factum video, accipio illos libellos, s. tabellas, in quibus subscribendum erat interrogationi oraculum. Ita paullo post χρησμοὶ ὁκτὼ sunt *quaestiones*, sive *petitiones oraculorum* octo. Gesn.

Pag. 108. l. 1. Μόρφι) Angl. Cod. sic habet hunc barbariem, sive, ut ipse alibi dixit, ἀσαφῆ καὶ ἄσημα· Μορφὺ βαργούλω ἰσχὶ ἀγχινέχιφι φάος δέ. Bourd. Si qui sint, qui Scythice intelligant, Graece etiam docti, enarrent nobis, quid hoc nionshri sit. Sed si aliquid scitu dignum sub hisce barbaris vocibus latuisset, *Luciano* non defuissent, qui interpretarentur, nec ille nobis invidisset. Si Illyrio, non Scythae, datum fuisset, crederem ei promissam vitam longaevam, aequalemque vitae Bardylidis illius Illyrici regis, qui memoratur a *Nostro* in Macrob. c. 10. Solan. Corruptissima haec esse, ipsa varietas satis indicat. Ego aut reponerem lectionem Angl. Cod. prolatam a *Bourdelotio*, aut certe verba εἰς σκιὴν uncinis arcerem: versum dare qualemcunque, auctori propositum fuisse apparet. Hunc, omisais εἰς σκιὴν, et adjuncto ἄλλος vel ἄλλως, effici, adparet. Sed forte praestat Angl. Cod. lectio, quae et ipsa hexametro conclusa est. Quid vero sibi velint verba barbara, et corrupta insuper, in alterutra certe lectione, non equidem divinaverim. Scythica si sint, quin qualiacunque sint, modo sint humana, delegarim meo suffragio, Theophilo Sigefrido Bavero, amico veteri, et barbararum etiam linguarum peritissimo viro: qui forte in his, et Scythicae linguae apud *Aristophanem* aliosque reliquiis videt, de quo aliis ne hariolandi quidem initium est. Verum, quando hic sum, neque illud dissimulandum, quod jam sequitur oraculum, personarum nominibus ita distinctum, videri cohaerere superiori, quod in Calypso finit: forte librarii alicujus errore huc relatum, cum

paullo ante omissum esset. Gesn. Vestigia quaedam linguae Scythicae vid. in *Wachteri* Glossario Germanico. Vel in specimine ejus ex ampliore farragine decerpto, quod prodiit Lipsiae an. 1727. Ibique in praef. §. XIV. *Mori maruua* mare mortuum, quod *mor* iis erat *mare*, et *marvv* mori, *mork* mors, (unde forsan μορφεὺς et *mors.*) Sed plura rimari per tempus non licet; quia non confido omnia explanari posse: tantum tamen forsan appareret, credo, mortem alicui praedici hoc carmine, nec plane desperarem ex Persica lingua et Cimbricae reliquiis pleraque eruere. Reitz.

Ead. l. 2. Ἄλλως) Ὅλως. Angl. ἅλῳ. Bourd.

Ead. l. 8. Προφανῶς) Illud προφανῶς referendum est ad κατασημηναμένον. Ita obsignaverat libellum *Lucianus*, ut statim adpareret, difficillimum esse resignatu. Alioqui enim periculum erat, ne illo aperto, et quaestione deprehensa, res male scriptori cederet. Quare etiam nocturno illum oraculo destinat Alexander, in quo resignatione non utebatur. Vid. paullo supra cap. 49. Gesn.

Ead. l. 10. Σαβαρδαλάχου) Hujus quidem oraculi mysterium *Lucianus* non aperit; sed haud difficulter assequi id conjectura possumus: a servo enim iterum deceptum Alexandrum existimo, qui heri jussu quasi invitus dixerit, quaerere dominum, an Attis idem fuerit cum rege alio obscuro Sabardalacho? Solebant enim curiosi et superstitiosi homines tales quaestiunculas oraculo, ut in praecedentibus visum est, proponere. Vel securus jam Alexander, quidquid in buccam venerat, effutiebat; quod de eo jam a *Luciano* est observatum. Solan.

Ead. l. 14. Ἐφ' ὅ, τι ἦκε) Frequentius ἐφ' ᾧ hoc significatu, i. e. quando consilium denotatur, ut *Aristoph.* Plut. 889. ἐπ' ἀγαθῷ οὐδενί. *Noster* supr. Hermot. c. 50. οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ ἐξεληλυθέναι. *Dion. Hal.* Ant. X. pag. 638. 19. συνίστασθαί τινας — ἐπὶ καταλύσει τοῦ δήμου. *Idem* VII. pag. 473. 39. Ἐπὶ τιμωρίᾳ θανάτου παραδούς. Evang. *Matth.* XXVI, 50. Ἑταῖρε ἐφ' ᾧ πάρει; ubi tamen nonnulli Codd. habent ἐφ' ὅ, quam lectionem, *Casaubono* potiorem visam, testimoniis *Euripid. Achill. Tat.* et hoc *Luciani*, firmat *Jac. Elsner.* ad Evang. *Matth.* l. c. Sed et dativi exempla addens, ut probet, utroque casu eodem sensu dici. Adde *Nostrum* mox c. 56. f. ἐφ' ὅπερ ἡμᾶς ἀνειλήφει. Reitz.

Pag. 109. l. 1. Κυτμίδι) Certe κυτμίδα recipiendum, ut conveniat cum δροσίην, quod substantive hic accipiendum, pro δρόσον. Aut δροσίῃ scribendum: sed quia oracula decet esse obscura, maneat intricatum. Est, qui ἣν τέκε in suo libro fecerat ex posteriore syllaba vocabuli δροσίην et τέ κε in unum contra-

cto. Sed tum plane nullus est sensus: quo enim Genitivus *Λητοῦς* pertinebit? quo ἢν respiciet? Reitz. *Δροσίῃ τε καὶ Ἠοῦς* conj. *Belinus*. Bip.

Ibid. Χρίεσθαι) *Χρῖσθαι* Guyet. Recte *Guyetus* contractionem circumflectit; licet ego Editionum accentum servarim, qui in vocalibus ancipitibus saepe acutus pingitur in Edd. priscis, etsi syllaba longa est. Immo et *χρῖσαι*, aeque ac *χρῖσαν* et *χρῖσεν*, apud *Homer.* circumflectitur ubique. Reitz.

Ibid. Λητοῦς) An pro Diana posuit? ut significetur, rorem luna splendente excipiendum, veluti herbas ad lunam carpendas, jubent magi. Reitz. Sic fere etiam *Wielandius* statuit, qui addit, praeterea etiam *Latonae rorem* hoc commodi praebere potuisse oraculi concinnatori, quod, si minus exspectationi respondisset medicina praecepta, illi certe refugium esset relictum in causa simulata, non intellexisse eum, qui quaesivisset, responsi arcanum: non enim vulgarem significari rorem. Praeterea observat idem, levius omnino hoc oraculum, ut fortassis alia complura ejusdem temporis posterioris, esse compositum. Et recte quidem, opinor. Quapropter equidem non solum in rore Latonae, sed etiam in diversitate casuum *κατμίδι* et *δροσίην*, in ipsa voce *δροσίη*, quam in dubitationem vocat *Schneiderus* in Supplementis ad Lex. p. 72, et in mira vocum *τε κε* syntaxi et usu, minime offendo. Neque adeo probo *Belini* consilium qualicunque modo oraculum cum audacissima levitate compositum emendandi. Lehm.

Ead. l. 2. *Ἠηκόει*) Post hanc vocem sic legitur in Anglic. Cod. *ἐραμένου τοῦτον καὶ πλευσοῦντος*. Bourd.

Ead. l. 9. *Καὶ τὸ γιγν.*) *Τοὺς ἑκκαίδεκα ὀβολούς*. Supra. Guyet. Recte *Guyetus*; etsi alibi *γιγνόμενον* et *γινόμενον*, *merces*, *reditus* est; vid. *Hemsterh.* ad Somn. c. 1. Reitz.

Ead. l. 10. *Πιστεύσας τῇ ἀποπομπῇ τοῦ μισθοῦ*) Confer *Th. Magister*. Solan.

P. 110. l. 1. *Ἀπέτρεπον τοῦ γάμου*) Nondum, ut videtur, confectis nuptiis, quae paullo post narrantur. Solan.

Ead. l. 5. *Νυκτιπλάνοις*) Quamobrem haec de *Luciano* indigna praedicarit, ex eorum inimicitia, de qua plura paullo post, satis patet. Vides interim, quam candidus *Lucianus*, qui tantum in se jactum opprobrium posteris non veritus sit tradere. Solan.

Ead. l. 14. *Κῦσαι*) Supra ad cap. 41. Scholiast. id exposuit *φιλῆσαι*. Hinc forte Belgicum et Germanicum *kussen*, ut recte existimat frater *G. O. Reitzius* in Belg. Graeciss. p. 238. Utitur et *Homer.* Od. Ω, 396. et alibi non semel. Reitz.

Ibid. Εἰώθει) Sic P. In reliquis *εἴωθε*. Solan.

Ead. l. 15. *Λήγματι χρηστῷ*) Bene monuerat *Solan.* conferendum infra Sympos. Invenies enim ibi c. 4. *χρηστῷ τραύματι* similiter dictum de magno vulnere, vel potius *opportuno*, i. e. quali et quo loco voluit is, qui intulit. Veluti *καίριον τραῦμα* eadem ratione pro letali poni, tralaticium est. Reitz.

Pag. 111. l. 6. *Ἐδικαιολογεῖτο*) Remiserat *Solan.* ad Timon. p. 49. i. e. c. 22. ex ejus divisione. Ibi enim legas: *βούλει, ὦ Τίμων, δικαιολογήσομαι πρὸς σέ;* jam vero id quaerendum erit §. 37. Reitz.

Ibid. Λέγων πάνυ μὲ εἰδέναι καὶ τὰ ὑπ' ἐμοῦ Ῥουτιλιανῷ συμβουλευόμενα) *Erasmus, negans, se clam esse, quae suasissem Rutiliano. Benedictus, asserens, se scire, quae Rutiliano suasissem.* Etiam *Sponius* modo, *il se plaignit à moi de l'avis que j'avois donné à Rutilianus:* ut apparet, sic interpretans, dum sola Latina inspicit. Nam Graeca si sequimur, ut debemus, interpretabimur, *dicens, sibi me esse probe notum, ut et quae suaserim Rutiliano.* Gron.

Ibid. Πάνυ μὲ) Si sana sint haec, aliter hic usurpat *Lucianus* verbum *εἰδέναι*, quam vulgo solet. Non memini saltem usquam de hominibus dici. Solan.

Ead. l. 7. *Τί παθὼν*) Supra Abdic. cap. 10. *τί παθὼν ἀνεκάλεις;* Reitz.

Ead. l. 12. *Ῥᾳδίας*) Flor. Cod. *ῥᾳδία γενομένη μοῦ ἡ μεταβολή.* Bourd.

Pag. 112. l. 2. *Ξενοφῶντι*) Non video, quid obstet, quo minus Xenophon hic intelligatur Arrianus, major ille fortasse aliquantum natu et ultimo Hadriani anno florens, cum Alexandri histrionia sub Pio Antonino celebris esse inceperit: Luciano carus, quod prooemio hujus libelli apparet: porro in Bithynia patria sua multum versatus etc. Xenophontis junioris nomine passim veniens. Gesn. Obstat huic commento, ut recte judicat *Wielandius*, quod Flavius Arrianus, Senator et Consularis vir, ad haec praefectus Cappadociae, et magna tum auctoritate potentiaque insignis, vix, ac ne vix quidem, ille esse potuit, quem Alexander iste simul cum Luciano tanquam personam secundariam, vel potius nullius omnino respectus hominem, in mare dejicere sibi proponeret. Imo probabilius conjicias, Xenophontem hunc fuisse Luciani libertum, literatum forte ac familiarem. Lehm.

Ibid. Τὸν πατέρα) Haec post Rutiliani nuptias, aut certe sub idem tempus gesta esse, ex ipsa narratione manifestum: atque adeo, ut supra ad cap. 35. adnotabamus, ante annum Chr. CLXX. quod ideo probe observandum, quia, cum patrem Luciani in vivis adhuc fuisse hinc pateat, reditusque in patriam primus, uti ex Somn. c. 9. patet, designetur, sequitur, in flore

ipso aetatis Lucianum tum fuisse. Unde jam apparet, multo serius vixisse, quam vulgo ex auctoritate *Suïdae* traditur. Nam si quadragenarium fuisse pones, cum abunde constet ad senectutem pervenisse; (passim enim senem se dicit) vixerit propemodum ad finem usque illius seculi, necesse est. Pér τοὺς ἐμοὺς an liberos designet, adhuc dubito: filii enim meminit ipse Eun. fine, c. 13. Confer eum Macrob. c. 1. ubi eadem phrasis occurrit. Adde hic locum in Quom. Hist. Conscr. ex quo patet, in illum A. C. incidere hunc reditum. SOLAN.

Ead. l. 5. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόρον ἐγενόμην) *Cum jam mediam partem navigationis confecissem.* Sic rectius Ed. *Flor.* quam aliae μέσον τὸν πόντον. GRAEV.

Ead. l. 6. Πόρον) L. et *Fl.* Sic Ver. Hist. I. c. 12. κατὰ μέσον τὸν πόρον, in aliis πόντον· ut Diall. Marr. 8. ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγιαῖον ἐγένοντο· minus commode hic quidem. SOLAN.

Pag. 113. l. 1. Ἐφ' ὅπερ) Conf. supra cap. 53. hujus Dissert. ubi monemus, ἐφ' ὃ et ἐφ' ᾧ promiscue dici. REITZ.

Ead. l. 2. Καταθέμενος δὲ ἡμᾶς ἐν Αἰγιαλοῖς, ὧν καὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος μέμνηται, ὀπίσω ἀπήλαυνεν) *Expositis autem in Aegialos, quorum etiam egregius Homerus meminit, iter relegit.* Sic interpres. Nec improbo, nisi quod *in Aegialis* vertendum, non *Aegialos.* Sed quae notarunt ad hunc locum, quasi loqueretur de Peloponneso, quae Aegialia olim dicta, non sunt cassa nuce digna. Aegialos fuit locus in litore Ponti Euxini, in quo situs quoque fuit pagus ejusdem nominis, cujus meminit *Homerus* Il. *B*, 855. Et qui sit locus, egregie docet *Strabo* lib. X. in descriptione Ponti: ὁ δὲ Αἰγιαλός ἐστι μὲν ἠϊὼν μακρὰ, πλειόνων ἢ ἑκατὸν σταδίων. ἔχει δὲ κώμην ὁμώνυμον, ἧς μέμνηται ὁ ποιητὴς, ὅναν φῇ· — Κρώμναν τ' Αἰγιαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς ἐρυθίνους. Γράφουσι δέ τινες· Κρώμναν Κωβιαλόν τε. *Aegialus est litus longius centum stadiis. Habet autem cognominem pagum, cujus meminit Homerus his verbis: Cromnam et Aegialum et altos Erithynos. scribunt autem nonnulli: Cromnam Cobialumque.* Sed vides, *Lucianum* hic tueri vulgatam *Homeri* scripturam, nisi quod numero multitudinis utatur, pro unitate. GRAEV.

Ead. l. 3. Ἐν Αἰγιαλοῖς) Aegialeus Phoronei, seu, ut alii volunt, Inachi filius fuit, cui Apis, cum in Aegyptum trajiceret, regnum Argivorum reliquit. Ab eo Aegialea cognominata fuit, quae postea a Pelope Peloponnesos dicta est. COGN.

Ibid. Καλὸς Ὅμηρος) Pulchrum nominat *Homerum*, ut Sappho poëtriam pulchram vocare solebat Socrates ap. *Maximum Tyrium*, diss. 8. p. 90. *Davis.* διὰ τὴν ὥραν τῶν μελῶν,

καὶ τοὺς μικρὰν οὖσαν καὶ μέλαιναν. Locus *Homeri* est in navium Catalogo Il. *B*, 855. GESN.

Ead. l. 5. *Εὐπάτορος*) Hujus regis exstat nummus apud *Spanh.* 490. quo vir illustr. hunc locum mire illustrat. Cusus est autem ante L. Veri mortem: praefert enim fratrum capita. SOLAN.

Ead. l. 9. *Παρὰ τοσοῦτον*) Conf. supra notata ad 2. Ver. Hist. cap. 26. REITZ.

Ead. l. 14. *Τιμοκράτους*) Timocrati cuidam suos libros *Athenaeus* inscribit. Vid. an idem sit. Meminit iterum Noster 558. AB. 591. B. Ed. J. (i. e. de Salt. c. 69. et Demon. c. 3.) SOLAN.

Pag. 114. l. 4. *Ὁρμῆς*) P. L. in reliquis *ὀργῆς*. SOLAN.

Ead. l. 5. *Ἐνδέοντι*) Narraverat Lucianus, quemadmodum, ubi tantum non ad certissimam mortem scelere Alexandri Pseudomantis adductus esset, *γόητα* hunc detulerit ad Bithyniae praesidem; at praesidem illum enixe rogasse, desisteret ab hac causa, neque enim sibi potestatem fore ejus puniendi, licet de manifestis injuriis convinceretur; propter gratiam nimirum, qua praestigiator ille valebat apud Rutilianum. Atque adeo, inquit Lucianus, iram meam sedavi, nactus judicem ita comparatum. *Οὕτω μὲν ἀνεκόπην τῆς ὀργῆς, καὶ ἀνεπαυόμην, οὐκ ἐνδέοντος θρασυνόμενος, ἐφ' οὕτω δικαστοῦ διακειμένου.* At quid *οὐκ ἐνδέοντι θρασυνόμενος* sibi vult? Basileensis habet *ἐνδέον τι*. Sed et illud nihil est. Aliter dispescendum hoc ex Edit. *Ald.* nempe *οὐκ ἐν δέοντι θρασυνόμενος*, supple *καιρῷ*. *Ego*, inquit, *hoc modo fregi et sedavi iram, non tempestivo tempore rem illam aggressus, sub judice ita comparato.* Respicit praemissam historiam, ubi narravit, se aliquando ad Alexandrum adeuntem, manum ejus osculandam oblatam, morsu reddidisse claudam, coram pluribus praesentibus: Alexandrum autem generoso animo id tum tulisse, ac dissimulasse; at clam corrupisse nautam, qui Lucianum in trajiciendo submergeret: se vero mirifice, ipso nauta consilium fasso, evasisse istud malum; mox se Bithyniae praesidem adiisse: illo vero deprecante Alexandrum puniendi munus, se sero deprehendisse, non tempestive istud in Alexandrum facinus se fuisse ausum. Caeterum illud *ἐν δέοντι* pro *tempestive* habet quoque *Demosthenes* I. contra Philippum: *Τούτων μὲν μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε.* JENS. Non operae pretium judicavit *Solanus* varias lectt. hic notare; qui in J. *ἐν δέοντι* tantum linea transversa separare satis habuit, et *Fl.* nihil ab ea abire, in marg. ejusd. J. indicavit: merito; nam facile erat veram lectionem videre; nec enim tam arcte ibi cohaerebant *ἐν* et *δέοντι*, quin videre liceret, duas voces esse;

quod autem ceterae Edd. eas propius junxere, id vitium mere typogr. esse, ex ipsa versione *Erasmi* apparet, qui *in tempore* vertit. Estque locutio s. ellipsis τοῦ καιροῦ adeo vulgaris, ut exemplis quinque, a *L. Bos* in libello de Ellips. p. 72. adductis, nihil addere opus sit. REITZ.

Ead. l. 8. Ἰωνόπολιν κληθῆναι) Exstant etiam nunc tales nummi cum inscriptione Ἰωνοπολίτων, sed in una hujus nummi superficie est L. Aurelii Veri imago, in altera Γλύκων Ἰωνοπολίτων· vide *Joannis Harduini*, viri ingenio et doctrina praecellentis, nummos antiquos populorum et urbium illustratos, in Ἰωνοπολῖται. GRAEV. *Sponius* numisma L. Veri exhibet, in cujus adversa parte serpens conspicitur, cum hac inscriptione: ΙωΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΓΛΥΚΩΝ. Diss. cur. XXXV. Unde patet, concessam hanc ei petitionis partem: altera vero negata videtur, cum in tot Glyconis nummis nullus Alexandri caput praeferat. Sed de his plenius mox. SOLAN. Illustravit hunc locum nummis ipsis prolatis illustris *Spanh.* aeterni operis 4, 11. p. 213. seqq. ubi etiam *Inopolitarum* mentio. GESN.

Ead. l. 9. Νόμισμα) Exstant hodieque nummi imperatorum illius aetatis, in quibus GLYCO conspicitur; nullus autem, qui Alexandri ipsius nomen aut imaginem praeferat; neque impetrasse ait *Lucianus*, audaciam viri imperatoria insignia affectantis exagitasse contentus. Nummos Glyconis in doctorum virorum libris 4 invenio hosce: 1) ANTONINI PII, in quo duo serpentes etc. *Spanh.* 2) Sub eodem unicus serp. capite humano (v. c. 12.) ΑΒωΝΟΤΕΙΧΕΙΤΩΝ ΓΛΥΚΩΝ. 3) L. VERI ΙΩΝΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Vid. verba *Luciani* praecedentia. 4) Non Glyconis quidem, sed quo Aesculapii adventus Romam describitur, ab Antonino Pio, hac, ut mihi videtur, occasione cusus. Vid. *Aur. Vict.* Cf. *Harduin.* numm. Ant. urb. et Pop. illustr. in Ἰωνοπολῖται. *Spon.* l. c. *Spanh.* 213. et 721. I, 177. Pagina vero 529. alium nummum Abonoteichitων exhibet. SOLAN.

Ead. l. 10. Στέμματα) Non occurrebat, quod potius στεμμάτων nomine intelligerem, quam *corona laurea*, quam, ab Apolline forte patre suo acceptam, tribuit illi *Festus* sub titulo, *In insula*, p. 189. ed. *Amstel.* Et mox ipse *Noster* τὸ ἱεροφαντικὸν καὶ προφητικὸν στέμμα nominat, quo στεφανωθῆναι volebant successores Alexandri hujus. Sic apud *Aristoph.* Plut. 39. Φοῖβος ἔλαχεν ἐκ τῶν στεμμάτων. GESN.

Ead. l. 13. Κεραννῷ βληθέντα) Supra hoc Dial. c. 40. f. SOLAN.

Pag. 115. l. 3. Φαλακρὸς) V. supra c. 3. SOLAN.

Ibid. Ἐπιβρέχειν) *Perfundere caput, spongiam ei imponere, ungere* etc. jubet V. G. *Celsus* 4, 2. GESN.

Ead. l. 7. *Τοιοῦτον*) Ms. Reg. 3011. Edd. *τοιοῦτο*. Conf. Reitzii not. ad Herm. c. 29. pag. hujus ed. 388. Vol. IV.

Ead. l. 8. *Τὸν ἐπιτάφιον*) Quia Latinis *epitaphium* neutro genere efferri solet, credent etiam tirones *τὸ ἐπιτάφιον* scribendum. Sed masculino genere Graeci utuntur, quia intelligitur *ἀγών*. Vid. Bos de Ellips. p. 8. Sed et *λόγος* intelligitur alibi. Vid. eund. p. 81. Reitz.

Ead. l. 13. *Καὶ προφητικῷ*) Alexandro Pseudomanti mortuo deliberatum fuisse, ait auctor, quem oporteret *διαδέξασθαι τὸ μαντεῖον, καὶ στεφανωθῆναι τῷ ἱεροφαντικῷ καὶ προφητικῷ στέμματι*. Si recte antiquiores: sequiores praetermiserunt *καὶ* illud ultimum. Jens. Illud *καὶ*, quod *Jens.* restituit, male abesse a quibusdam, non adnotarat *Solanus*. Sed Edd. conferens cognovi, id recte adesse in omnibus, excepta sola *Salm.* nam quod et absit ab *Amst.* nil mirum, quia haec illam caeco semper ductu sequitur. Reitz.

Ead. l. 14. *Πολιώδης*) Etsi nescio, qua auctoritate *Salmuriensis* Ed. id exhibeat ab omnibus priscis Edd. recedens, quae *πολίτης* habent; tamen ejus lectionem retinere malui, quam *πολίτης* restituere, quod ad sensum nihili hic est. Medicum enim senem hic denotari, ex statim sequentibus aeque ac praecedentibus patet, et sic jam *Erasmum* legisse verosimile est, qui *canus* vertit, ut est in Parisina, licet eadem in Graecis *πολίτης* exhibeat. Facilis autem erat error in voce minus vulgari, et modo pro *πολιώδης* unus scriba dederit *πολιήδης*, alter id non intelligens necessario credidit *πολιήτης*, quod poëtice idem est, ac *πολίτης*, corrigendum, unde sequentes dialectum poëticam auferentes nihil aliud, quam *πολίτης*, dare poterant. Sed potest tamen et *πολιὸς*, ultima pro more per compendium exarata, scriptum fuisse, unde quis uno saltu *πολίτης* fecerit; verum cum statim *πολιῷ* sequatur, malim orationem variari, et vocem rariorem conservari, dummodo Codd. auctoritas accedat. Deest *πολιώδης* in Lexicis vulgaribus, sed habet *Steph.* unum ejus exempl. Plura nondum adnotavi, quod non praeviderem usu ventura. Reitz.

Pag. 116. l. 1. *Αὐτῷ τὴν*) Lege *αὐτῷ*. Guyet. *Αὐτῷ*) Nempe sub illius nomine continuari voluit, ut in Amphiarai, Trophonii, Branchi oraculis factum est. Ita nunc malo, quam *αὐτῷ* legere, quod aliquando placebat, et referre ad Rutilianum. Neque enim ullum est ei suspicioni fundamentum. Gesn.

Ead. l. 5. *Θαυμάσας ἔχω*) Jubet *Solan.* conferre Dial. Mar. I. et Dem. §. 32. At priore loco legas, *καί τοι τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν;* quae locutio nihil cum hac commune habet. Illic enim valet, *quid potest laudare, quid habet, quod laudet?* Hic ἔχει abundat, illic infinitivus est, hic participium. Alter

locus habet, ἔκ γε τῶν πολιτευμάτων αὐτῶν εἶχον θαυμάσας, isque melius respondet huic. Verum ille pleonasmus adeo est usitatus, ut in omnibus fere auctoribus, excepto N. T. inveniatur. Sic *Hesiod.* Ἔργ. 42. *Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ βίον ἀνθρώποισι. Aristoph.* λῃρεῖς ἔχων, et similia, quae vid. collecta apud *Maittairium* de Dialectt. p. 79. C. Et Comment. *Aristophanis.* Et in *Budaei* Comment. REITZ. Cf. *Sophocl.* Oedip. Tyr. v. 690. *(Erf.)* στήσας ἔχω, ibique *Brunck.* et *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 268. LEHM.

Ead. l. 8. *Τιμωρῶν*) Angl. *βοηθῶν.* BOURD.

Ead. l. 12. *Τοῖς ἐντυχοῦσι*) Conf. supra c. 47. SOLAN.

IN DE SALTATIONE.

Pag. 117. l. 7. *Κατηγορῶν*) *ἀποστερῶν.* MARZIL. Emendatione nihil opus, optime se haec habent. SOLAN. *Marcilii* conjectura, *ἀποστερῶν* substituentis, ei forsan adblandietur, qui male construxerit *σεαυτὸν κατηγορῶν.* Ne igitur postea idem accidat cuiquam, distinctionem alioqui non adeo necessariam post *σεαυτὸν* addidi, ut non haesites conjungere *λέληθας σεαυτὸν*, i. e. *te ipsum oblitus es*, ut Belgice dicimus, sive *te ipsum fefellisti*, vel, si mavis, *imprudenter fecisti, accusans hanc maximam voluptatem.* Vel potius, *nesciebas ipse, quid faceres:* omnia enim haec significat, et eodem fere redit, quodnam elegeris. Sic enim et *οὐδ' αὐτοὺς ἡμᾶς λανθάνομεν ἐν λόγοις ἀτόποις γεγονότες* ex *Plutarcho* vel Lexicographi adferunt. Cui adde *λήσεις ἀπολούμενος, imprudens peribis*, et *Herodian.* I, 9, 10. Immo potius, quod adprime huc facit, *Aristoph.* Nub. 241. *Πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος;* et *Aelian.* V. Hist. I, 7. *ὅταν αὐτοὺς λαθόντες νοσκυάμου φάγουσι. Alciphr.* III. ep. 71. f. *κἂν τι λάθωμεν ἐπισφαλέντες.* REITZ. Nihil frequentius hoc verbi *λανθάνειν* usu et construendi ratione, etiam in nostro scriptore. Exempla satis multa suppeditabit Index. LEHM.

Pag. 118. l. 1. *Σκληρὸν*) Mordet Stoicum allusione ad generalem Stoicorum thesim. BOURD.

Ead. l. 5. *φιλοσοφίᾳ — ὁμιλικῶς*) Haec phrasis philosophiae studiosis propria: nam *ὁμιληταὶ* discipuli, vid. *Liban.* Epist. 343. et ibi a *Wolfio* cit. *L. Bos* ad *Th. Magistr.* sed et de aliis studiis, quibus quis *deditus* est, ut *Epict.* Sent. 2. ed. Rel. p. 90. *ψυχὴ ὁμιλοῦσα ἀρετῇ ἔοικεν ἀεννάῳ πηγῇ. Aelian.* 2, 38. *γυναῖκας μὴ ὁμιλεῖν οἴνῳ. Aristoph.* Nub. 1401. — *καινοῖς πράγμασι ὁμιλεῖν, rebus novis studere. Hippocr.* de Art. p. 589, 44. *Καὶ*

οὐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην, ἀλλὰ καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν. Vid. et Nostrum alibi, cujus loca ex indice apparebunt. Sed Grammatica praecepta postularent ὡμιληκῶς scribi, addito augmento praeteriti. At visum est sic edere, ut inveni, quia saepe abjicitur, ut supra satis ostendimus. Mallem tamen, hic augmentum addi, quia suspicio de negligentia scriptorum satis justa. Reitz. Diligentiores B. 1. et 3. ediderunt ὡμιληκὼς, ut par erat. Vid. ad Hermot. c. 2. Tom. IV. p. 378. sq. Eadem librariorum editorumque diligentia desideratur in scribendis vocibus prioribus: Ἀνὴρ δὲ τίς ὢν etc. quas interrogative sumendas et sic etiam scribendas esse, totius loci indoles et color ostendit. Et sic sumsit *Gesnerus*, nec non recentiores interpretes. Sed *Obsopoeus* aliter: *Cum vir sies* etc. plane ad lectionis hujus: ἀνὴρ δέ τις ὢν etc. normam. *Seageri* conjectura, in sequentibus κάθηται pro κάθησαι legere cupientis, inutilis omnino est atque aliena. Lehm.

Ead. l. 7. Κάθησαι κατανλούμενος) Ἀφέμενος, ὦ Λυκῖνε, τοῦ περὶ τὰ βελτίω σπουδάζειν, καὶ τοῖς παλαιοῖς συνεῖναι, κάθησαι κατανλόμενος, θηλυδρίαν ἄνθρωπον ὁρῶν. Vertit *Obsopoeus: remisso rerum, o Luciane, optimarum exercitio, et priscorum commercio, ceterum sedere sustineas in theatro omnium posticas sannas excipiens.* Ab interpolatore recte haec quidem sunt emendata, sed, quia tamen hoc loquendi genus aliis quoque negotium facessit, uno atque altero exemplo id illustrabimus. Sententia enim est, *tu vero sedes et modulis tibiarum oblectaris. Plutarchus* in libello, cui titulus est, εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον· Τὸν πολιτικὸν ἐκδύσαντες τὴν λεοντῆν καὶ κατακλίναντες εὐωχήσομεν ἀεὶ, καταψαλλόμενον καὶ κατανλούμενον, *cantu et tibiarum modulis oblectatum. Cleomedes* lib. 2. ἐν πολλῇ καὶ ἀσχήμονι μέθῃ κατανλούμενος, *in magna et foeda ebrietate tibiis se oblectans.* Eodem sensu dixit *Athenaeus* ψαλλόμενος Στρατόνικος, *auscultans cantorem Stratonicus:* quem locum frustra *Erasmus* emendare conatur. Graev. Conf. supra Phal. I, 11. fin. et infra Bis accus. c. 17. Miror itaque, cur *Graev.* ter scribat, κατανλόμενον, sine diphthongo; cum sit a κατανλέομαι, — οῦμαι, neque κατανλομαι usquam reperiatur, neque ipse in his *Luciani* locis, neque in *Plutarcho*, quem in subsidium vocat, sic invenerit. Reitz.

Ead. l. 8. Ἐσθῆσι μαλακαῖς) Confer supra ad 1 Ver. Hist. §. 25. Reitz.

Ibid. Ἐναμβῳ.) Commodius legeretur ἐναβῳ. — quod et apud *Agapetum* reperitur de genere dictum c. 4. Solan.

Ead. l. 10. Φαίδρας καὶ Παρθ. καὶ Ῥοδ.) Phaedrae notus amor apud Tragicos. Parthenope Sirenum una, quae ab Ulysse

...ntas opes collegisse traditur,
... ea condita sit. Solan.
... 51. Solan.
... τερετίσμασι) Mallem *ad pul-*
...ulam cum interprete reddere, *cum*
... *crepitibus frequentamentis.* Ita in
...vis §. 2. *ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις,*
...etiam *Sophocl.* Electr. 713. *Euripid.*
...ss. 21. prov. Ceterum de *κρούμασι κι-*
... Callim. Hymn. in Delum, p. 466. Vi-
...10. hujus Diss. ubi illud *ὑπὸ* etiam vin-
... κρούματα propria sint lyrae, tamen et de
...no et tibiis interdum usurpatur. Hinc tibi-
... κρούματιον apud *Alciphr.* I. ep. 12. *Ἡ μὲν*
...τιον, *καὶ ἦν αὐλητρίς.* Ad quae verba vid.
... qui Dorionem tibicinem quoque *κρουματο-*
... ap. *Athen.* VIII. p. 337. Hic itaque *κρού-*
... sunt variorum instrumentorum musicorum
... nominatim intellecto. Reitz.
... 2. Τὰ ὦτα πτερῷ) Vid. iterum infra Gall. c. 6.

... Κυκλικῶν) Aliter c. 26. *Αὐλήτας* enim ibi *κυ-*
... *Philostratus* pag. 589. *ὁπότε οὖν σπουδάσειε περὶ*
..., *θεὰς ὀρχηστῶν δὲ αὖται τὸ ἐπίπαν, φανέντος ἂν*

... τὰ ἔννομα) Τὰ ἔννομα sunt cantica concinna, quae
... canuntur. Contra ἄνομα. *Νόμος* enim, quando de re
... scribo est, *modum* denotat. Vertit interpres, *legibus con-*
... I. Bos. Recte Bos *νόμον* modum musicum significare
... Vid. *Thucyd.* V, 70. f. ubi tamen ambiguum, *ὑπὸ αὐλητῶν*
... *νόμῳ ἐγκαθεστώτων*, sitne construendum, *ex lege inter-*
... *rum tibicinum*; an *νόμῳ αὐλητῶν* conjungendum, ut signi-
...etur *modus musicorum*, i. e. dimensio temporis, quam Musici
...bservare solent. Conf. *Plutarchi* libellum postremum de Musica,
et vocabula ad artem illam pertinentia singulis versibus inve-
...nies. Reitz.

Ead. ... ἀγώνια) Certatum esse inter choros apud ve-
teres il... , satis notum est. Solan. Conf. infra §. 26.
§. 32. ...emon. §. 65. Quae loca monente *Solano* con-
tuli. ...um in iis occurrere cognovi. Reitz.

... Αὐδή τις) Hac voce eo sensu saepius utitur c.
... Demon. Vit. c. 65. Solan.

14. *Μόνον*) Sic optime M. et *Pl.* Reliquae Edd. *μό-*
... Conf. *Kust.* ad *Aristoph.* Pl. 33. Reitz. Frequen-

tissime haec dicendi ratio a viris doctis observata; ut a *Vigero* de Idiott. Gr. L. Cap. IV. Reg. V. a *Leedio* ad *Lucianum* nostrum Diall. Deor. XX, 9. (Tom. II. huj. Ed. p. 362.) ubi verba σὸν γάρ ἐστι τοῦ διπαστοῦ *Belinum* et *Schmiederum* docere poterant, h. l. lectionem μόνον, neque vero μόνου, esse mendosam, et admodum inscite Francogallum illum contendere, si μόνου legèretur, simul etiam σοῦ esse legendum. Lehm.

Ibid. Ὀδυσσέα) Vid. *Hom.* Odyss. I, 9. Solan.

Pag. 120. l. 2. Ὅλος) W. non ut in reliquis ὅλως. Solan. Etsi vulgatum ὅλως quoque bene se habet, tamen hoc *Solano* dedi ex Cod. W. ὅλος danti, quia exigui est momenti, et quia posterius illud tamen aliquanto est elegantius. Reitz. Vid. ad Hermot. c. 2. adnotata, Tom. IV. p. 377. sq. Lehm.

Ead. l. 3. Παπαὶ, Κράτων, ὡς κάρχαρόν τινα ἕλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα) Vertunt: *Papae, Craton, quam asperum canem tuum in nos solvisti*, nescio quam Latine. *Asper dens* apud *Phaedrum* est acutus: sic apud *Tac. asperare arma*, pro samiare. Melius sane verteretur, *quam canem mordacem*. *Lucianus* in priore de iis, qui mercede sunt conducti: οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν καρχάρων, *novi quendam ex mordacibus illis rhetoribus*. Graev.

Ibid. Κάρχαρον) Qualis Appii *canina facundia*, de qua D. *Hieronym.* Bourd. Vid. supra de Merc. cond. c. 35. ubi ῥήτορα τῶν καρχάρων. Et Quom. Hist. c. 43. τὴν μὲν σφοδρὰν καὶ κάρχαρον. Rursus bis Accusat. c. 33. ὑλακτικὸν — καὶ κάρχαρον. Et videbis, quantum aberrarint, qui supra in Merced. cond. nomen proprium inde fecerant. Reitz.

Ead. l. 8. Τυμπτίμιον) Conf. supra de Merc. cond. c. 4. et loca parallela ibi ab *Solano* adhata. Reitz.

Ead. l. 13. Σοι ἔπαν.) W. solus optime. Solan. Nolui omittere illud σοι, quod etsi W. solus suppediat, tamen adprime hic adpositum esse, nemo negaverit: eleganter enim sic interponi pronom. σοὶ, μοὶ, et similia, nisi satis notum crederem, exemplis bene multis probarem. Sic *Demosth.* eleganti pleonasmo, pro Ctesiph. p. 444. E. λάβε μοι τὸ ψήφισμα τῶν Ὡρεωτῶν. Noster in Abdic. c. 31. pr. τοιαῦτά σοι ὦ πάνερ — πέπονθε. Verum et μοὶ, quasi πλεονάζον, interdum valere παρ' ἐμοῦ, recte docet *Bergl.* ad *Alciphr.* I. Ep. 26. pag. 107. Sed rursus magis παρέλκον apud Nostrum satis saepe supra, ut in Nigrin. §. 5. οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους — περιέρχομαι. Ac Dial. Marin. II, 2. τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον. Vid. et c. seq. f. etc. qualia plura collegit *Jens.* in Lectt. Luc. p. 61. 62. Ubi merito miratur, doctissimum *Fabrum* hoc fugisse. Vid. *Jensii* not. ad Timonis §. 52. Interdum autem non pleonasmus, sed emphasis in eo est, ut hic. Vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 353. Reitz.

spreta. Rhodope quaestu corporis tantas opes collegisse traditur, ut Aegyptiarum Pyramidum una ab ea condita sit. Solan.

Ibid. Ῥοδόπας) Conf. infra §. 51. Solan.

Ead. l. 11. Ὑπὸ κρούμασι καὶ τερετίσμασι) Mallem *ad pulsationes strepitusque citharae*, quam cum iterprete reddere, *cum citharae pulsationibus ejusque procacibus frequentamentis.* Ita in Dial. Deor. 2. Cupidinis et Jovis §. 2. ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις, *ad tibiam et tympana.* Vid. etiam *Sophocl.* Electr. 713. *Euripid.* Bacch. 155. *Max. Tyr.* Diss. 21. prov. Ceterum de κρούμασι κιθάρας vid. *Spanhem.* ad Callim. Hymn. in Delum, p. 466. Vitring. Confer nos ad §. 16. hujus Diss. ubi illud ὑπὸ etiam vindicamus. Etsi autem κρούματα proprie sint lyrae, tamen et de aliis instrumentis, immo et tibiis interdum usurpatur. Hinc tibicinae nomen fictum Κρουμάτιον apud *Alciphr.* I. ep. 12. Ἡ μὲν γὰρ ἐκαλεῖτο Κρουμάτιον, καὶ ἦν αὐλητρίς. Ad quae verba vid. *Bergl.* not. p. 50. qui Dorionem tibicinem quoque κρουματοποιὸν vocatum docet ap. *Athen.* VIII. p. 337. Hic itaque κρούματα generaliter signif. variorum instrumentorum musicorum pulsationes, nulla nominatim intellecto. Reitz.

Pag. 119. l. 2. Τὰ ὦτα πτερῷ) Vid. iterum infra Gall. c. 6. Solan.

Ead. l. 4. Κυκλικῶν) Aliter c. 26. Αὐλήτας enim ibi κυκλίους vocat. *Philostratus* pag. 589. ὁπότε οὖν σπουδάσειε περὶ τὰς ἐγκυκλίους, θέας ὀρχηστῶν δὲ αὗται τὸ ἐπίπαν, φανέντος ἂν etc. Solan.

Ibid. Τὰ ἔννομα) Τὰ ἔννομα sunt cantica concinna, quae ad modum canuntur. Contra ἄνομα. Νόμος enim, quando de re musica sermo est, *modum* denotat. Vertit interpres, *legibus consentanea.* L. Bos. Recte Bos νόμον modum musicum significare ait. Vid. *Thucyd.* V, 70. f. ubi tamen ambiguum, ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων, sitne construendum, *ex lege interpositorum tibicinum*; an νόμῳ αὐλητῶν conjungendum, ut significetur *modus musicorum*, i. e. dimensio temporis, quam Musici observare solent. Conf. *Plutarchi* libellum postremum de Musica, et vocabula ad artem illam pertinentia singulis versibus invenies. Reitz.

Ead. l. 6. Ἐναγώνια) Certatum esse inter choros apud veteres illos Graecos, satis notum est. Solan. Conf. infra §. 26. §. 32. §. 78. Et Demon. §. 65. Quae loca monente *Solano* contuli, et idem verbum in iis occurrere cognovi. Reitz.

Ead. l. 13. Ἀνδή τις) Hac voce eo sensu saepius utitur c. 26. 32. 79. et Demon. Vit. c. 65. Solan.

Ead. l. 14. Μόνου) Sic optime M. et *Pl.* Reliquae Edd. μόνον. Solan. Conf. *Kust.* ad *Aristoph.* Pl. 33. Reitz. Frequen-

tissime haec dicendi ratio a viris doctis observata; ut a *Vigero* de Idiott. Gr. L. Cap. IV. Reg. V. a *Leedio* ad *Lucianum* nostrum Diall. Deor. XX, 9. (Tom. II. huj. Ed. p. 362.) ubi verba σὸν γάρ ἐστι τοῦ δικαστοῦ *Belinum* et *Schmiederum* docere poterant, h. l. lectionem μόνον, neque vero μόνου, esse mendosam, et admodum inscite Francogallum illum contendere, si μόνου legèretur, simul etiam σοῦ esse legendum. Lehm.

Ibid. Ὀδυσσέα) Vid. *Hom.* Odyss. I, 9. Solan.

Pag. 120. l. 2. Ὅλος) W. non ut in reliquis ὅλως. Solan. Etsi vulgatum ὅλως quoque bene se habet, tamen hoc *Solano* dedi ex Cod. W. ὅλος danti, quia exigui est momenti, et quia posterius illud tamen aliquanto est elegantius. Reitz. Vid. ad Hermot. c. 2. adnotata, Tom. IV. p. 377. sq. Lehm.

Ead. l. 3. Παπαὶ, Κράτων, ὡς κάρχαρόν τινα ἕλυσας ἐφ' ἡμᾶς τὸν σαυτοῦ κύνα) Vertunt: *Papae, Craton, quam asperum canem tuum in nos solvisti*, nescio quam Latine. *Asper dens* apud *Phaedrum* est acutus: sic apud *Tac. asperare arma*, pro samiare. Melius sane verteretur, *quam canem mordacem*. *Lucianus* in priore de iis, qui mercede sunt conducti: οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν καρχάρων, *novi quendam ex mordacibus illis rhetoribus*. Graev.

Ibid. Κάρχαρον) Qualis Appii *canina facundia*, de qua D. *Hieronym.* Bourd. Vid. supra de Merc. cond. c. 35. ubi ῥήτορα τῶν καρχάρων. Et Quom. Hist. c. 43. τὴν μὲν ὀφοδρὰν καὶ κάρχαρον. Rursus bis Accusat. c. 33. ὑλακτικὸν — καὶ κάρχαρον. Et videbis, quantum aberrarint, qui supra in Merced. cond. nomen proprium inde fecerant. Reitz.

Ead. l. 8. Τοὐπιτίμιον) Conf. supra de Merc. cond. c. 4. et loca parallela ibi ab *Solano* adhata. Reitz.

Ead. l. 13. Σοι ἔπαν.) W. solus optime. Solan. Nolui omittere illud σοι, quod etsi W. solus suppediat, tamen adprime hic adpositum esse, nemo negaverit: eleganter enim sic interponi pronom. σοὶ, μοὶ, et similia, nisi satis notum crederem, exemplis bene multis probarem. Sic *Demosth.* eleganti pleonasmo, pro Ctesiph. p. 444. E. λάβε μοι τὸ ψήφισμα τῶν Ὡρεωτῶν. Noster in Abdic. c. 31. pr. τοιαῦτά σοι ὦ πάντες — πέπονθε. Verum et μοὶ, quasi πλεονάζον, interdum valere παρ' ἐμοῦ, recte docet *Bergl.* ad *Alciphr.* I. Ep. 26. pag. 107. Sed rursus magis παρέλκον apud Nostrum satis saepe supra, ut in Nigrin. §. 5. οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους — περιέρχομαι. Ac Dial. Marin. II, 2. τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον. Vid. et c. seq. f. etc. qualia plura collegit *Jens.* in Lectt. Luc. p. 61. 62. Ubi merito miratur, doctissimum *Fabrum* hoc fugisse. Vid. *Jensii* not. ad Timonis §. 52. Interdum autem non pleonasmus, sed emphasis in eo est, ut hic. Vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciss. p. 353. Reitz.

Ead. l. 15. Τερψάμενος) *Hom.* Odyss. *M*, 188. Solan. Verba ex ipso Sirenum cantu Od. *M*, 188. quorum interpretationem posuimus ex *Cic.* de fin. 5, 18. Gesn. Quia versus *Homericus* incipit Ἀλλ' ὄγε τερψ. in Edd. vero *Luc.* Τερψάμενος initium versus mentiebatur; id sic mutavi, ut vides. Reitz.

Pag. 121. l. 2. Οὕτως αἰσχρὰ) Persuasi antiqui, *saltationem* umbram esse luxuriae. Patet apud *Cicer.* pro Mur. *Horat.* Sat. 1. lib. 2. *Artemid.* lib. 1. Bourd.

Ead. l. 7. Εἰ μὲν γὰρ εἶδες, ἐξ ἴσου ἡμῖν καὶ σὺ γεγένησαι) Interpretes, *si enim vidisti, par nobis hac in re evasisti*, inepte, et sine sententia. Vertendum, *siquidem vidisses, paria nobiscum fecisses.* Mox sequente pag. de histrione, εἰς οὐδὲν δέον καταπλωμένῳ, est, *indecore se frangenti*, non, ut vertunt, *in nullum usum fracto.* Paullo post μὴ ὥραισιν ἄρα ἐκολμην, est *male peream*, ut supra notavi: interpres invenuste, *nunquam ego venustatem consequar.* Nam quamvis *venustas* interdum felicitatem significet, tamen hoc in interprete non ferendum. Graev. Puto hic dilemmate uti *Lucianum.* Aut vidisti, aut non vidisti spectacula. Si illud, non est, quod nobis objicias, idem enim fecisti; si hoc, parum idoneus es judex. Gesn.

Ead. l. 11. Ἐν βαθεῖ τούτῳ πώγωνι) Sic supra in Revivisc. c. 41. Et Pisc. 12. De Merc. 25. ac 33. Adde et Zeux. c. 8. Reitz.

Ead. l. 15. Ὀλέθρῳ) Iterum pro ὀλεθρίῳ. Conf. supr. Alex. c. 11. Reitz. At ὀλεθρίῳ Ms. Reg. 3011. Bip. At correctio haec est aliena. Ὄλεθρος enim *Luciano* fere dici hominem *extremae pravitatis, perditum*, docent ea loca, quae ad l. l. Alexand. c. 11. attulit *Reitzius*; quibus et alia nonnulla in Indice olim additum iri spero. Lehm.

Pag. 122. l. 2. Καὶ ὅσον πείρας ἕνεκα) *Thucyd.* VIII, 92. ἀπὸ addit, dicens, ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα. Quod. *Duker.* ex *Xenoph.* quoque firmat, contra *Stephan.* Sed et ἀπὸ abesse alibi fatetur, hoc *Luciani* loco adducto. Reitz.

Ead. l. 6. Μὴ ὥραισιν ἄρα ἐκολμην) An sic? μὴ ὥραισιν ἀρέσκοιμι. Τὸ ἀρεσκολμην n. pl. locus videtur e poëta quopiam sumtus. Guyet. Vide supra ad Deor. Diall VI. Solan. (Adde rursus infra Dial. Meretr. X. med.) Non omnia intelligo, quae *Guyet.* tradit; nec quidquam est mutandum: est enim imprecandi et jurandi formula. De qua vid. Scholiast. nostrum, cui etiam addo verba Scholiast. ad *Aristoph.* Lysistr. 1036. Μὴ ὥραισιν ἔκοισθε, ait, Εἰδός τι κατάρας ἀρχαϊκῶς ταῦτα γενέσθαι φαίνεται, ᾧ καὶ πολλάκις ὁ Λουκιανὸς ἐχρήσατο· ὡς ἐν τῷ Ἥρας καὶ Διὸς διαλόγῳ — καὶ πάλιν ἐν τῷ περὶ ὀρχήσεως· μὴ ὥραισιν ἐκολμην, εἶτι τοιοῦτον ἀνασχολμην· καὶ αὖθις ἐν τοῖς· μὴ ὥραι-

σιν ἵκοιτο ὁ λῆρος ἐκεῖνος· At in ipso *Aristoph.* legitur, Ἀλλὰ μὴ ὥρας ἵκοισθ', quod tamen vitiose sic scriptum in nonnullis Codd. ait Scholiast. Verum id nunc non inquiro. Patet saltem, apud *Lucian.* vulgatam se recte habere, et ὥρας pro ὥραις, quod alter damnat, ab altero genuinum dici. Conf. supra Deor. Dial. VI. §. 4. ubi *Hemsterh.* id convertit, *pessime pereat;* et conf. notas ipsius ac *Solani.* Plura hic addere temporis angustia prohibeor. Reitz.

Ead. l. 8. Ὡς νῦν γε καὶ σὲ ἤδη ἐλεῶ) Interpres, *ut me tui nunc miseret.* Sed non expressit illud ὡς νῦν γε, quod vertendum, *ut nunc se res habet.* Alias dicitur, τὸ νῦν ἔχον, ut ap. *Max. Tyrium.* Dissert. 21. Reitz.

Pag. 123. l. 6. Ἄνευ κηροῦ παρακούειν τῶν φαύλων δυνάμενος) Interpres, *cum sine cera res malas audire possim.* Non expressit vim verbi παρακούειν, quod dicitur de eo, qui oscitanter audit, cum dicta alicujus non afficiunt, qui audit quasi non audiat; et huc facit, quod mox dicitur, λέγε, ὡς μὴ δὲ ἀκούοντός τινος. Vitring.

Ead. l. 13. Χθὲς καὶ πρώην) Vide Paroemiogr. Bourd. Sic *Long.* Past. III. §. 97. sive p. 73. Ed. *Moll.* qui in nott. plura hujus proverbialis locutionis, qua tempus admodum nuper actum denotetur, adfert. Veluti ex *Synes.* p. 115. D. idem profert frater cariss. in Belg. Graeciss. p. 537. Reitz.

Ead. l. 16. Τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ) Conf. supra Deor. Dial. II. pr. Et *Long.* Past. II. p. 35. Ed. *Moll.* ubi Cupido ait: Οὗτοι παῖς ἐγὼ, καὶ εἰ δοκῶ παῖς, ἀλλὰ τοῦ Κρόνου πρεσβύτερος. Sed video hunc jam adductum a *Hemsterh.* quem cum aliis comment. vid. ad l. c. *Luciani.* Reitz.

Pag. 124. l. 9. Κελεῦσαι) Pro διδάξαι. Curetum autem saltatio armata. V. *Clem. Alex.* p. 10, 1. Solan.

Ead. l. 12. Ἐν ὅπλοις) Si respexeris ad §. 21. ubi ἐνόπλια παιδεύειν, et ad Demon. §. 38. credes ἐνόπλιος et hic recipiendum. Sed quia vulgata hic potest tolerari, nihil mutavi. Reitz.

Ead. l. 14. Πολεμικὸν) Hanc saltationem πρύλιν vocat *Callimach.* Hym. εἰς Δία. Bourd.

Pag. 125. l. 8. Ὅμηρος) Vid. Il. Ψ, 617. Solan.

Ead. l. 10. Μηριόνη) *Homer.* loco modo indicato. Solan.

Ead. l. 15. Τέχνην τὸ πρᾶγμα πεπ.) Conf. infra §. 21. ubi τοῦτο ἔργον πεποιημένων eodem modo. Reitz.

Pag. 126. l. 7. Καρυατίζειν) De hac voce copiose ad *Pausan.* Bourd. V. Thes. Cr. *Grut.* I, 785. Ab oppido Laconiae Caryae vel Caryum dicto, in quo lucus Dianae sacer. In eo ejus Deae festa cum cantu solemni chorus virginum celebrabat, contendentibus inter se citharoedis. *Polemon.* II. *Exestides citharoe-*

dus Pythia vicit. Vicit et Caryorum certamen in Lacedaemonia. Unde *Statius: Plaudentique habiles Caryae resonare Dianae.* Quamquam ibi in vulgatis legitur *Curiati.* Denique meminit et *Diomedes* Grammaticus. Atque haec ex Thesaur. l. c. SOLAN. Virgines Lacedaemonias in honorem Dianae Caryatidos saltare solitas, *Pausanias* auctor est Lacon. p. 178. 40. Τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος καὶ Νυμφῶν ἐστιν αἱ Κάρυαι. Καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος, χορεύς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατὰ ἔτος ἑστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. Huc pertinuit Καρυάτιδες ὀρχούμεναι in sigillo Clearchi apud *Plutarchum* Artaxerx. p. 1864. extr. *H. Steph.* Meminit etiam *Diomedes* lib. 3. p. 483. extr. *Putsch.* Quo auctore *Lucianus* ad totam gentem transtulerit, nondum inveneram. GESN.

Ead. l. 10. Καὶ ῥυθμὸν) De rhythmo hoc, quem ad modum Musices in progrediendo ad proelium observabant Lacedaemonii, vid. *Thucyd.* V, 70. p. 360. ibique *Duker.* (quem videndum commonuerat *Hemst.* in marg.) no. 17. Sic enim per errorem typoteth. numerus est expressus, pro versu 84. Exempla autem alia similia profert vir clar. l. c. REITZ.

Ead. l. 11. Πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς) Idem *Hemsterh.* indicat, consuli posse *Davis.* ad *Cic.* Tusc. D. p. 139. i. e. L. 2. c. 15. quod faciens video, et hunc ex *Stob. Athen. Gell. Plut.* et hoc *Luciani* loco probare, Lacedaemoniis usitatum fuisse, *fistulas* in proelio pro *tubis* adhibere. REITZ.

Ead. l. 12. Ἐνδίδωσιν) Fere suspicor, *Solanum* quaesisse varietatem, propter usum rariorem hujus phraseos; quia ἐνδιδόναι alibi plerumque est *retrocedere.* Sed recte se habet de sono musico, et respondet nostro *een Toon aangeven.* Sic *Long.* Past. IV. pr. (Ed. *Moll.* p. 106.) Ἐκαθέζετο δὲ καὶ αὐτὸς (ὁ Πὰν) συρίζων ἐπὶ πέτρας ὅμοιος ἐνδιδόντι κοινὸν μέλος καὶ τοῖς πατοῦσι, καὶ ταῖς χορευούσαις. Quod optime *Moll.* convertit, *similis impertienti cantum:* licet alibi non semel hallucinetur. REITZ.

Ibid. Αὐτοῖς) Αὐτῆς L. et *Fl.* Sed praestat αὐτοῖς, quod M. et P. etiam tuentur. SOLAN.

Ead. l. 13. [Καὶ τοὺς ἐφήβους]) Parenthesin hanc Scholium esse puto, quod in textum irrepserit. SOLAN.

Ibid. Δ' ἂν νῦν ἔτι) Has duas posteriores voces habet W. solus. SOLAN. Cum W. facit Ms. Reg. 2954. BIP. Non ita est, ut *Bipontinus* Editor refert *Belino* quidem teste. Codex 2945. exhibet δ' ἂν ἔτι καὶ, omisso νῦν· sed Cod. 3011. facit cum W. omni ex parte, nec non Gorl. Recte autem, *Belino* monente, *Schmiederus* voces νῦν ἔτι vulgo omissas restituerat. Sic patet

verba, quae *Solanus* spuria habuit, καὶ τοὺς ἐφέβους, minime esse delenda. LEHM.

Ead. l. 15. Ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι) Vertunt, *Erasmus: ubi enim jam summis colluctati sunt digitis, Benedictus: cum enim summis digitis colluctari desiissent.* Adnotavit pater, ἀκροχειρίζειν, τὸ πυκτεύειν καὶ παγκρατιάζειν ἄνευ συμπλοκῆς. Quae vera sunt; et vanae interpretationes. GRON.

Ibid. Παίσαντες καὶ) Inter duas hasce voces in impressis erat ἀλλήλους, quod nos duce W. delevimus. SOLAN.

Pag. 127. l. 8. Συγκωμάζοιεν) Hic pariter et paullo post ad συγκωμάζειν et κωμάζειν interpretationem addit; hic tectius, apertius deinde. Nempe videtur inprimis Dorum fuisse, quibus accensentur Lacedaemonii, verbo κωμάζειν uti de saltatione hilari. Sic certe *Pindarus* Ol. Θ, 6. itemque Isthm. A, 16. Sic *Hesiodus* Scut. Her. 281. Ἔνθεν δ' αὖθ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ, Τοῖγε μὲν αὖ παίζοντας ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ κ. τ. λ. Hinc apud *Hesychium* κωμαδεῖν ὀρχεῖσθαι, et κῶμος, εἶδος ὀρχήσεως. GESN.

Ead. l. 11. Κωμάξατε) Ita optime *Fl.* pro eo, quod in reliquis est κωμάσατε. Sic enim Dores efferre solebant. Vox apud *Pindarum* frequens. Vide Nem. II. sub finem, et Ol. XI. Pyth. IX. SOLAN.

Ead. l. 14. Παρ' ἕνα) Quid hoc sit, disce ex Catapl. c. 4. et v. *Thucyd.* V, 82. A. Credo tamen, aliud hic significari, alternis scilicet pueros, puellasque positas. SOLAN. Sic est. Παρ' ἕνα autem significat *alternis.* Vid. *Viger.* de Idiott. p. 650. cf. παρ' ἡμέραν, παρὰ μίαν, et similia, de quibus idem *Vigerus* ibidem, et *Schaefer.* ad *Long.* p. 339. sq. videndi. Locus Catapl. c. 4. non debebat *Solano* offensioni esse. LEHM.

Pag. 128. l. 1. Τὸν ὅρμον) An idem sit cum Homerica saltatione II. XVIII. dubiat *Meursius.* *Apulejus* solus nominat, Miles. X. Hormum canebat bellicosum. SOLAN. Ratio appellationis ea videtur, quod ὅρμος, in quantum *monile* est, habet bacas, uniones, gemmas, diversas, ordine tamen certo alternoque eadem linea sibi junctas. Germani etiam eadem fere ratione nomine eodem, *Heihe,* et lineam margaritarum et chorum saltantium appellant. GESN.

Eadl. l. 2. Ἀνδρίας) Etsi ἀνδρεία, pro *fortitudine* hodie vulgo usitatius est, quam ἀνδρία, hoc tamen praetuli, memor admonitionis *H. Stephani,* cujus verba in Thes. T. I. p. 439. sunt: *Invenitur autem scriptum modo ἀνδρεία, modo ἀνδρία, quae scripturae varietas in aliis etiam nonnullis nominibus reperitur. Suidam tamen sequendo videtur potius scribendum ἀνδρία, ut differat ab ἀνδρεία adjectivo, veluti cum dicitur ἀνδρεία ψυχή.*

Ac sane in emendatis Codicibus passim occurrit scriptum ἀνδρία. Reitz. Vide ad Hermot. c. 7. Varr. Lectt. Lehm.

Ibid. Καὶ αἱ Γυμνοποδίαι δὲ αὐτοῖς ὁμοίως ὄρχησις) *Erant et illis Gymnopodiae, genus saltationis.* Sic interpres. Sed legendum καὶ αἱ Γυμνοπαιδίαι δὲ αὐτοῖς ὅμοιος ὄρχησις, *et erant Gymnopaediae genus saltationis.* Erat autem saltatio nudorum puerorum, cujus meminit *Athenaeus, Hesychius, Pausanias, Plutarchus* in Apophthegmatis Agesilai ἔτι δὲ παῖδα, inquit, ὄντα αὐτὸν γυμνοπαιδίας ἀγομένης ὁ χοροποιὸς ἔστησεν εἰς ἄσημον τόπον, *Agesilaum adhuc puerum, cum Laconica saltatio peragereturr, in qua pueri nudabantur, chori praefectus constituit in parum honesto loco.* Vide *Jos. Scaligerum* ad *Eusebii* Chronicon ad num. MCCCCXLVII. ubi ostendit, Hieronymum quoque legisse *Γυμνοπόδια*, et vertisse *nudipedalia.* De Caryatide vero, seu saltatione alia Lacedaemoniorum, ut et de ὄρμῳ vide *Meursii* Lacon. lib. 11. c. 12. Graev. *Γυμνοπαιδίαι*) Vide *Meursium* in Orch. qui emendare primus jussit. Festum erat apud Lacedaemonios celeberrimum, et in eo saltatio. Nudi saltabant chori duo, puerorum unus, virorum alter. *Athen.* 678. B. Meminere *Plut.* apophth. Lac. et in Agesil. *Thucyd.* etiam l. V, 82. Adde etiam *Plut.* de Musica: τούτων γὰρ εἰςηγησαμένων τὰ περὶ τὰς γυμνοπαιδίας τὰς ἐν Λακεδαίμονι. In omnibus editis et ipso M. legitur in hoc *Luciani* loco *γυμνοποδίαι*, uti et apud *Suidam*, mendose. Solan. Nimis saepe occurrit apud optimos scriptores γυμνοπαιδιά, γυμνοπαιδία, γυμνοπαιδίαι, γυμνοπαιδικὴ ὄρχησις, ut non probemus emendationem *Meursianam*, quo duce *Kusterus* apud *Suidam* etiam *γυμνοποδία*, γυμνοπαιδίαν substituit. *Γυμνοπαιδίαι* sunt apud *Herodotum* 6, 67. Festum et statum diem fuisse, apparet ex *Thucyd.* V, 82. De ipsa ratione certaminis aliquid discere licet e loco *Xenophontis* Hellen. L. 6. p. 597. C. Paris. Γυμνοπαιδιῶν τε οὐσῶν (f. οὔσης) τῆς τελευταίας, καὶ τοῦ ἀνδρικοῦ χοροῦ ἔνδον ὄντος κ. τ. λ. designat ita tempus allati Spartam nuntii de clade Leuctrica. Idem narrat *Plut.* Agesil. p. 1118. H. Steph. 8. qui etiam caelibes γυμνοπαιδιᾶς spectaculo exclusos refert Lycurgo p. 88. Add. Apophth. p. 368. inter dicta Agesilai, it. de Musica p. 2078. *Athenaeus* L. 14. p. 630. E. ἡ γυμνοπαιδικὴ, inquit, παρεμφερὴς ἐστι τῇ τραγικῇ ὀρχήσει. Et p. 631. B. de eadem, ut etymon indicare velle videatur, Γυμνοὶ γὰρ ὀρχοῦνται οἱ παῖδες πάντες κ. τ. λ. sunt enim pluscula. Nec aliter est apud *Pausan.* Lacon. pag. 93, 5. Haec me movent, ut *γυμνοπαιδίας* hic legendas arbitrer, licet non ignorem, pro *γυμνοποδία* posse forte colorem quaeri ex illa ratione, qua φαινομηρίδας ludibrii caussa appellabant Lacaenas virgines, de quo *Plutarch.* in comparatione Lycurgi et Solonis

p. 140. quo in libro p. 97. est etiam praeclarus locus de militari illa et forti Lacedaemoniorum rhythmica. Gesn. De diversa vocum γυμνοπαιδιὰ et γυμνοπαιδία scriptura adeundi inprimis *Dorvill.* ad *Charit.* p. 446. Lips. *Ernest.* et *Hindenburg.* ad *Xenoph.* Memorr. I, 2, 61. et quos citat *Sturz.* in Lex. Xenoph. h. v. qui omnino quidem in eo consentiunt, quod verbum simplex unice quidem recte παιδιὰ, non παιδία, composita autem promiscue, scribantur. Lehm.

Ead. l. 3. Ὁμοίως) *Graev.* in nota ὅμοιος legit, nescio num dedita opera, an casu: sed mutatione nihil opus, ut ex versione satis apparet. Reitz.

Ibid. Ὁμηρος) Vid. Il. Σ, 590. Solan.

Ead. l. 4. Ἀσπίδι) Ἀσπὶς) Homeri non est peculiaris aliquis liber hoc titulo inscriptus; sed pars Il. Σ. in qua describitur clypeus, quem Achilli Vulcanus fabricabat. Vorst.

Ead. l. 6. Κυβιστητῆρας) Vid. *Homer.* Il. Σ, 604. Sic W. et ipse *Homerus* recte. Solan.

Ead. l. 7. Αὐτῇ) W. solus. Solan.

Ead. l. 8. Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνευον) *Homer.* Iliad. XVIII. ubi est ἐδίνεον. Marcil.

Ibid. Ἐδίνευον) Locus est in clypeo Achillis Il. Σ. ubi ἐδίνεον. Unde error *Luciani* scribentis: omnes enim Codd. habent ἐδίνεον. Bourd. Vid. *Hom.* Il. Σ, 494. Ap. *Homerum*, unde haec laudantur, ἐδίνεον scribitur. At hic et in omnibus nostris libris, et M. etiam ἐδίνευον, ut Od. Δ, 19. Sed mutavimus. Solan. In utroque *Homeri* loco necessario legitur ἐδίνευον, metro flagitante: nec aliter edidit *Wolf.* Perperam itaque *Solanus* et *Reitzius*, et recentt. Editores, in gratiam Codicis W. vulgatam in *Luciani* loco lectionem, eamque verissimam, deseruerunt. Lehm.

Ead. l. 13. Τὰς μαρμαρυγὰς) Πηδήματα, συνεχεῖς τῶν ποδῶν κινήσεις. *Pollux*, *Hesych.* Bourd. *Hom.* Od. Θ, 265. Solan.

Pag. 129. l. 3. Ἐλλατίωνι τὰν εἰκόνα) Singulari numero habet W. Cod. optime, quod in reliquis τὰς εἰκόνας. Solan.

Ead. l. 8. Σὺν ῥυθμῷ — μυεῖσθαι) Huc refert *Eschenbachius* in Epig. p. 38. quod μέλος ὀρχηθμοῖσι scripsisse dicitur *Pindarus* ab auctore vitae illius hexametro versu scriptae, h. e. carmen, quod canseretur inter illam mysticam saltationem: cum enim solio imponeretur initiandus, qui θρονισμὸς est, reliqui mystae circa ipsum choreas agebant etc. Gesn.

Ead. l. 9. Ὄργια σιωπᾷν) Hac de re alibi. Attigi ad *Petron.* Bourd.

Ibid. Ἐκεῖνο δὲ πάντες ἀκούουσιν, ὅτι τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοὶ) *Sed illud omnes au-*

diunt, eos a vulgo desaltasse dici, qui mysteria prodiderunt. Sic vertitur. Sed ἐξορχεῖσθαι retinendum erat in versione. Non infrequenter autem hac voce utuntur Graeci pro secreta prodere, arcana efferre. Utitur etiam *Lucianus* in Piscatore, et Amoribus. *Heliodor.* VI. ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ μάρτυσι τούτοις τὰς τῶν κειμένων ἐξορχῇ τύχας, *ac testibus his enuntias mortuorum fortunas.* Auctor Hierarchiae Ecclesiasticae, qui dicitur *Dionysius Areopagita:* ἀλλ' ὅρα ὅπως οὐκ ἐξορχήσῃ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων ἀμέθεκτα μὲν αὐτὰ καὶ ἄχραντα τοῖς ἀτελέστοις διατηρῶν. *Cave, ne sancta sanctorum prodas, a plebejis ea intacta et impolluta conservanda.* Vide et *Suidam* in Διαγόρας. Mox obscure et imperite haec verba Latine sunt translata: παίδων χοροὶ συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ οἱ μὲν ἐχόρευον, ὑπωρχοῦντο δὲ ἄριστοι, προκριθέντες ἐξ αὐτῶν. *Puerorum chori cum tibia citharaque ingressi tripudiabant, quibus canentibus optimi quique saltationem accommodabant, ex eorum numero delecti.* Quid est *saltationem accommodare?* Interpretare: *Puerorum enim chori in unum coacti, sub tibia et cithara, hi quidem saltabant, illi vero subsultabant, qui quod aliis praestarent, ex eis delecti erant.* Est autem subsultabant, puerorum saltantium gestus et ipsi imitabantur, quod vetus poëta dixit *redamtruare* de Saliis, *ut praesul amtruat, sic populus redamtruat.* Et usus est *Plutarchus* in Numa voce ὑπορχεῖσθαι de Saliis *redamtruantibus.* GRAEV.

Ead. l. 10. Ἐξορχεῖσθαι) Prophani καὶ ἀμύητοι ab omnibus sacris arcebantur, nec licebat, si temerarii in caeremonias irrupissent, ea, quae viderant, vulgare: haec appellabant ἐξορχεῖσθαι, qua de re dicendum alibi. BOURD. Verissimus hic vocis sensus. Vide et Piscat c. 33. Hic repugnant exempla a *Suida* in ἐξορχησάμην allata. Unde mirari subit, a doctissimo editore non reprehensum *Suidam* ob interpretationem, ab ea, quam vidit, adeo abhorrentem. Locus autem, quem primum *Suidas* exhibet ex *Synesio*, petendus est in Herculiano, teste *Constantini* Lexico: neque enim liber ipse ad manum est, aut si sit, evolvere alia agenti vacet. Utuntur etiam *Heliod.* VI. *Plut.* 1592. f. et *Tatianus* p. 95. Aliter tamen enarrat vir sane doctissimus ad *Tacit.* An. XI, 21. *Savilium* secutus ad *Chrysost.* in Psalm. Inde autem factum est, ut *mysteria evulgare* significarit, quia qui saltationes mysteriorum coram nondum initiatis imitando repraesentarent, foras eliminarent, non minimam mysteriorum partem, quae, quantum conjicere est, in istiusmodi rebus scenicis sita erant. Vide *Alexandri* impostoris initia a Nostro descripta c. 38, 39. et 40. Fabulam quasi mutam agi existimes, in qua spectatores ipsi chorus sunt, quibus adeo et canendum et saltandum pro virili erat. Unde etiam factum, ut inter saltandum

data opera femur ejus nudatum sit, c. 40. Solan. Vulgo huc referebatur inscriptio orationis *Aristidis κατὰ τῶν ἐξορχουμένων*, quem convertit *Canterus, contra proditores mysteriorum*, modeste sed solide refutatus a *Normanno* p. 589. seqq. *Jebb.* ubi varium hujus verbi usum declarat. Gesn. Recte *Solanus* cum *Luciano* ait, *ἐξορχεῖσθαι* significare *mysteria evulgare*. Vid. *Alciphr.* III. ep. 72. pr. *τὰ τῆς Θεοῦ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια ἐξορχησάμενοι, τὸν περὶ ψυχῆς ἀγῶνα ὑπέμειναν.* Quod *Berql.* vertit: *qui Deae Eleusiniae mysteria profanarunt, capitale judicium sustinuerunt, (substituerunt* editum, errore typographico, credo.) Reitz.

Ead. l. 11. *Δήλῳ*) Initium facit probandi, nulla olim sacra facta *ἄνευ ὀρχήσεως*. Qua de re ipse in Elench. *Clem. Alex.* Protrept. et Stromat. 1. *Dionys. Areogag.* Ecclesiast. Hierar. c. 1. Laudat hunc locum *Casaub.* c. 6. lib. 14. Anim. ad *Athen.* Bourd.

Ead. l. 13. *Ὑπ'*) W. Sic *Thucyd.* V, 70. *ὑπὸ αὐλητῶν*. Addo Nostrum c. 72. *ὑπ' αὐλοῖς* etc. In aliis prave legitur *ἐν*. Solan. Etsi *ἐν αὐλῷ* defendi potest, *ὑπὸ* tamen hic longe elegantius, et huic actioni quam maxime adpositum. Conf. *Herodian.* V. c. 3. §. 16. *Ἱερουργοῦντα δὴ τοῦτον, περὶ δὲ τοῖς βωμοῖς χορεύοντα νόμῳ βαρβάρων, ὑπό τε αὐλοῖς καὶ σύριγξι* etc. Iterum ibid. c. 5, 9. *προήει τε ὑπὸ αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις, τῷ Θεῷ δῆθεν ὀργιάζων.* Noster infra hac Dissert. §. 72. *ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις.* Item supra §. 2. *ὑπὸ κρούμασι καὶ τερετίσμασι·* ac Deor. Dial. 2. §. 2. *ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις*, quod ibi quoque cum pluribus aliis testimoniis adduxit *H. Vitringa*, quem, qui plura desiderat, ibi videat. Addat etiam *Duker.* ad *Thucyd.* V, 70. f. rursum tria quatuorve alia testimonia adducentem. Reitz.

Ead. l. 14. *Ὑπωρχοῦντο*) *Ὑπορχεῖσθαι* non esse *subsaltare*, vel *saltationem aliis accommodare*, sed *cantum accommodare saltantibus*, vult *Spanhem.* ad *Callim.* p. 514. ubi hunc ipsum locum tractat. Malui tamen convertere ita, ut appareat, doctores esse illos *ὑπορχουμένους* ac magistros saltandi, quos sequantur reliqui. Nimis apertus est locus *Athenaei* lib. 14. p. 628. E. *Συνέταττον οἱ ποιηταὶ τὰς ὀρχήσεις, καὶ ἐχρῶντο τοῖς σχήμασι σημείοις μόνον τῶν ᾀδομένων — ὅθεν καὶ ὑπορχήματα τοιαῦτα ἠγόρευον.* Add. *Plutarchi* locus, et ipse indicatus a *Spanhemio*, de Musica p. 2078. *H. Steph.* 8. Habet *ὑπὸ* in hac compositione eam vim, quam in *ὑπόδειγμα, ὑπογραμμὸς, ὑποτύπωσις*, et similibus. Etiam infra §. 66. *ὑπορχεῖσθαι* dici, qui exemplum praeit saltando reliquis, apparet. Sic *ὑπαυλεῖ*, qui tibia modos praeit. Gesn.

Ead. l. 15. *Ὑπορχήματα*) V. *Meurs.* Orch. Solan. *Ὑπόρχημα δὲ τὸ μετ' ὀρχήσεως ᾀδόμενον μέλος ἐλέγετο, καὶ γὰρ οἱ παλαιοὶ*

τὴν ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ πολλάκις ἐλάμβανον. *Phot.* in excerptis *Procli.* VORST.

Pag. 130. l. 1. Ἠλύρα) *Ἀυρική.* GUYET. A *Luciani* manu hanc vocem esse non credo: sed quid pro ea scripserit, certo definire non possum. SOLAN.

Ead. l. 5. Τὸν Ἥλιον) De Indis dicitur, *ὀρχήσει τὸν ἥλιον ἀσπάζονται, σχηματίζοντες ἑαυτοὺς σιωπῇ.* Hoc est, ut puto, *saltatione salutant Solem, tacite sese sublevantes,* sive *sensim prosilientes.* Σχῆμα enim vel σχημάτιον erat saltationis genus, quo quis nunc prosiliebat, nunc stabat, uti ab aliis est notatum. Unde verbum σχηματίζειν, quod et apud *Comicum* in Pace pag. 645. (v. 322.) ubi Trygaeus choro tripudianti, *Μηδαμῶς,* inquit, *πρὸς τῶν Θεῶν, πρᾶγμα κάλλιστον διαφθείρετε διὰ τὰ σχήματα.* Respondet chorus: *Ἀλλ' ἔγωγ' οὐ σχηματίζειν βούλομ', ἀλλ' ὑφ' ἡδονῆς οὐκ ἐμοῦ κινοῦντος, αὐτὼ τὼ σκέλη χορεύετον.* L. Bos.

Ead. l. 6. Μιμούμενοι) *Julianus* Imper. hymno Solis. BOURD.

Pag. 131. l. 5. Καὶ δένδρου δόνημα) Et *arboris quassum* vertit interpres: mallem *arboris motus,* cum ventis agitatur. GRAEV.

Ead. l. 10. Ἔμπουσαν] Schol. ad *Aristoph.* Rann. v. 295. *Ἔμπουσα φάντασμα δαιμονιῶδες ὑπὸ Ἑκάτης ἐπιπεμπόμενον καὶ φαινόμενον τοῖς δυστυχοῦσιν, ὃ δοκεῖ πολλὰς μορφὰς ἀλλάσσειν.* ubi vide, quae sequuntur. De proverbio: *Empusa mutabilior* agit *Erasmus* Adagg. LEHM.

Ead. l. 16. Βιθυνὸς δὲ μῦθος) Ex Latina hac versione: *Neque* (Bithynia fabula) *multum ab instituto Italorum abhorret, quae perhibet Priapum bellatorem Deum, unum opinor ex Titanibus aut Dactylis Idaeis, opus illud factum, ad rerum militarium institutionem, Martem a Junone acceptum adhuc puerum* etc. nemo assequetur sententiam Graecorum, οἳ τὸν Ἡρίαπον δαίμονα πολεμιστὴν, τῶν Τιτάνων οἶμαι ἕνα, ἢ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, τοῦτο ἔργον πεποιημένον, τὸ ἐνόπλια παιδεύειν, παραλαβόντα παρὰ τῆς Ἥρας τὸν Ἄρη, et quae sequuntur. Diversus enim plane illorum est sensus. Interpretes ignorarunt, τὸ ἔργον ποιεῖσθαι dici in agendi forma, pro *artem facere,* seu *exercere,* cum tamen *Lucianus* in eodem hoc libello superius dixerit, *τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένος.* Apud *Galenum,* περὶ τῆς τῶν μυῶν κινήσεως, *Διὰ τοὺς ἔργον πεποιημένους ἰατροὺς, per medicos facientes medicinam. Plutarchus* in Demetrio: *Ἄτταλος δὲ ὁ φιλομήτωρ ἐκήπευε τὰς φαρμακώδεις βοτάνας* etc. *ὁπού τε καὶ καρπὸν αὐτῶν ἔργον πεποιημένος εἰδέναι καὶ κομίζεσθαι καθ' ὥραν· Attalus Philometor herbas venenatas serebat* etc. *et semina et fructus eorum elaborabat videre et cognoscere suo tempore. Suidas* in voce τέ-

χνη· Τέχνην πεποίηται, ἀντὶ τοῦ, εἰς ἔργον καὶ τέχνην αὐτῷ προκεχώρηκε. Plura facile colligas exempla. Sic igitur transferenda ista *Luciani* sunt: *Quae Priapum, Deum bellicosum, unum opinor ex Titanibus aut Idaeis Dactylis, hanc artem fecisse ajunt, ut in armis saltare alios doceret, et Martem adhuc puerum a Junone matre acceptum.* Graev.

Ead. l. 17. *Οἱ τὸν Πρίαπον*) Deest verbum φασὶ, aut simile. V. autem *Marm. Oxon.* 28, 2. Solan. Verbum φασὶ, λέγουσι, vel simile quoddam desiderari, apertum mihi videbatur. Gesn.

Ibid. Πρίαπον) Priapus Deus bellicus. *Βρίω, βριάω, βριαρὸς, βριαρεὺς, Βρίμω, ὄβριμος, Βριμὼ* etc. *Πρίω, πριάω, πριάμω, πρίαμος*, i. e. *βριαρὸς, ἰσχυρὸς*, et sic porro. Item a *πριάω, πριάπω, πρίαπος* idem. Guyet.

Pag. 132. l. 1. *Τῶν Ἰδαίων Δακτύλων*) De his *Pollux*, et vir clarissimus *Isaac. Casaub.* c. 5. lib. 1. Animad. ad *Athen.* Bourd. Animadverte sodes, quam lepide possint interpretari. *Obsopoeus: unum ex Idaeis Dactylis illud opus factum, rebus militaribus instituendum fuisse, quem Mars* (agnosce alienissima et Graecis contraria) *a Junone offerente acceptum* etc. *Benedictus: unum ex Dactylis Idaeis, opus illud factum ad rerum militarium institutionem, Martem a Junone acceptum adhuc puerum;* ubi posteriora recte mollit ac corrigit. Sed quis priorem partem intelligit? aut illud opus factum? lege *πεπονημένων*, et verte, *unum ex Idaeis Dactylis, id opus exercentibus*, nempe *armatae saltationis ludum* ac meditationem. Adde, quae supra occurrunt ad p. 396. Gron. (Gronov. allegat pag. suam 396. Sed c. 9. ejusd. Dial. de Salt. eadem phrasis occurrit, de qua agit. Reitz.) (De Ἰδ. Δακτ. vide *Strab.* X. Geogr. *Clem. Alex.* Strom. I. p. 132. etc. *Apoll.* Argon. I, 1129. ejusque Schol. *Vorst.*) Adde *Lyl. Gyrald.* Syntagm. I. et hist. Deor. qui omnia ferme veterum loca congessit. Solan.

Ead. l. 2. *Πεποιημένον*) I. e. *ἠσκηκότα, exercentem.* Guyet. *Πεποιημένων*) Sic Ed. J. quae genuina scriptura est. Reliquae et ipse M. *πεποιημένον*· vide c. 9. ut emendatione ulteriore non indigere locum perspicias. Confer etiam mox *παραβαλλόμενος ἀνδράσι τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοις.* Solan. Sive *πεποιημένον* legens ad Priapum referas, sive *π — ων*, tamen active accipiendum erit cum *Guyeto*, cujus exempla jam bis, ter, dedimus. Hoc tamen exhibui, quod varietas casuum sic stilum minus durum reddat; quem non solum tres illi accusativi obscuriorem reddebant, sed suspensum tenebant lectorem, essetne *πεποιημένον* masc. an neutr. *Φασὶ* autem excidisse certum habeo; nam οἵ non habet verbum, ad quod referatur. Jam vero sic procedet:

quae fabulae ajunt, Priapum bellatorem Deum, unum, credo, Titanum vel Idaeorum Dactylorum, illud opus exercentium, (nimirum *armatum saltare docere*) *adsumtum ab Junone Martem — docuisse.* Nam ἔργον ποιεῖσθαί τι significare idem, quod Belgae dicunt, *zyn werk ergens van maken*, mihi non est dubium. Et frustra *Gronov.* πεπονημ. corrigere, adsentior J. *Elsnero* ad Hebr. XII, 27. licet exempla, quae adfert, id non adeo probent; sed sine dubio satis notum existimavit, quia Lexica vulgaria id eo significatu adferunt. At sine auctoritate. Sed *Plut.* in Thes. adfert frater optimus *G. O. Reitz.* in Belg. Gr. pag. 475. Sic τέχνην ποιεῖτο τοῦτο, ex *Steph.* de ling. Gr. et Gall. conv. pag. 109. adducit idem p. 509. Conf. *Bud.* Comment. p. 146. fin. Et not. *Graev.* 13. Reitz. Aberrarunt passim Interpretes et Commentatores in hoc loco explicando. Sic autem, nisi egregie fallor, capiendus est: Bithynam fabulam de Priapo, Martis doctore, agentem cum Romana (haec enim est illa *Italica*) de Marte ejusque sacerdotibus Saliis conciliaturus auctor, dicit: *Bithyna vero et haec est fabula, quae non multum ab Italicis abhorreat.* — quaenam? Sequitur nunc Accusativus cum Infinitivo: τὸν Πρίαπον — omitto appositionem — παραλαβόντα — τὸν Ἄρη — μὴ πρότερον ὁπλομαχεῖν διδάξαι etc. Nam quod hic narratur, manifesto non Romanae est, sed Bithynae potius fabulae, tribuendum. Quapropter falso *Solanus*, *Gesnerus* et *Reitzius* ad vocem οἵ suppleri voluerunt, vel adeo excidisse putarunt, φασι· quum contra vox οἵ, ut aliena prorsus ab hujus loci contextu, plane sit exstirpanda; quae etiam *Schaeferi* sententia est ad *L. Bos* de Ellipss. p. 635. Jam vero in iis verbis, quae appositionis loco sunt posita, rectissime a *Solano* et *Reitzio* lectio *Juntina* πεποιημένων vulgatae πεποιημένον est praelata. De Titanibus enim, vel Dactylis Idaeis, illud enuntiatur, non de Priapo, qui unus erat illorum, ex auctoris quidem sententia. Jam vero illi dicuntur ἔργον πεποιῆσθαι τοῦτο (h. e. *hanc maxime disciplinam professi*) τὸ ἐνόπλια παιδεύειν, i. e. *disciplinam* s. *artem, quae alios instituat* ad *arma recte tractanda.* Nam ἔργον non arctissime est cum τοῦτο jungendum, ut dictum credas τοῦτο ἔργον, *hoc opus*, quod dici debebat τοῦτο τὸ ἔργον· sed τοῦτο solum est objectum, et explicatur deinde adnexis τὸ ἐνόπλια παιδεύειν· ἔργον autem ποιεῖσθαι phrasis est significans illud ipsum, quod *Reitzius* vult, *disciplinam aliquam, vel artem, prae ceteris profiteri*, Etwas sich zu seinem vorzüglichsten Geschäfte machen. Alibi dicitur τέχνην ποιεῖσθαι. Unde nunc colligi potest, quid de *Solani* sententia, τἀ pro τὸ legi volentis, judicari debeat. *Gronovii* denique πεπονημένων satis jam refutatum ab *Abreschio* in Animadvv. ad *Aeschyl.* Tom. I. p. 645. Lehm.

Ead. l. 3. *Ἄφη*) Quia utrumque bonum, unam *Fl.* reliquis omnibus hic praevalere nolui, eoque minus, quia et ante saepe *Ἄφη* editum, ut Deor. Dial. VII, 1. et XV, 3. etc. Sic *Δημοσθένη* et *Δημοσθένην* supra quoque jam vidimus. At posterius tamen vel frequentius occurrere, videbimus infra ad Encom. Demosth. c. 2. et 9. Reitz.

Ead. l. 4. *Πέρα τοῦ μετρίου*) De eodem Dial. Apoll. et Bacchi. Bourd. *Πέρα τοῦ μετρίου* recte Edd. jam constanter, cum alibi facile *παρὰ* et *πέρα* confundant. Item *περὶ*, ut alibi diximus. Conf. not. *Hemsterh.* ad Nigr. §. 30. Reitz.

Ead. l. 8. *Διονυσιακὰ*) Copiose *Long. ποιμεν.* lib. 2. Bourd.

Ibid. Βαχικὰ) V. *Meurs.* Orch. *Platoni βαχεῖα* dicitur, de legg. VII. Vorst.

Ead. l. 10. *Γενικωτάτων*) *B.* 2. *γενν* — prave. Sic iterum c. 34. *Diogen. Laërt.* 178. D. *γενικώτατον δέ ἐστιν ὅ, γένος ὄν, γένος οὐκ ἔχει.* Solan. Non recepi lectionem *B.* 2. quae *generosas* facit illas saltationes. Pristini interpretes *celeberrimas* verterant. Sed si *γεννικωτ.* legas, possis intelligere eas, quae viros generosos decerent; vid. §. 20. 24. et 83. f. Reitz.

Ibid. Κόρδακος) Tres enumerat saltationum species, quarum inventores perhibentur Satyri, *Κόρδακα*, *Σικιννίδα*, *καὶ Ἐμμέλειαν.* De prima *Theod. Marcil.* ad *Horat. Ulpian.* *Demosthen.* interpres ad Olynth. 2. pag. 215. *Hesych. Pollux.* De secunda iidem *Pollux* et *Hesych.* De ultima, *Plato*, Interpres *Aristophan.* ad nubes, et *Hesych.* apud quos rescribe *Σικιννις.* Bourd. Quid sit *K. Σ. E.* vide *Aristoph.* Schol. *ἐν Νεφ.* p. 90. *Hesych.* et M. Etym. Vorst. Comica saltatio et lascivior, et ab ebriis fere solis saltabatur. V. *Demosth.* Ol. II. *Theophr.* in Eth. Char. *περὶ ἀηδονίας.* *Meurs.* Orch. Solan.

Ibid. Σικιννίδος) *Athen.* I. Ab inventore sic dicta scitu nium. *Reines.* var. lect. 100. Inventorem hujus *Clemens Alex.* praeceptorem liberorum Themistoclis facit, *Παιδ.* I, 7. pag. m. 15. C. Solan.

Ead. l. 11. *Ἐμμελείας*) V. c. 26. et *Plat.* de legg. VII. Saltatio *εἰρηνικὴ*, i. e. sine armis. Solan.

Ead. l. 12. *Ἀφ' αὐτῶν*) Nemo, quod quidem sciam, haec Satyrorum nomina prodidit. Solan.

Pag. 133. l. 3. *Παιδειὰν*) Sic optime M. *Fl. B.* 2. non *παιδιὰν*, ut in reliquis est. Solan. *Παιδειὰν*) Ne mihi fraudi sit in variantt. notasse, Codd. M. et P. sic legere: nam ita *Solanus* in marg. *Hag.* Ed. manifesto notarat. At in *Junt.* contra scripserat, M. cum Exc. *El.* et *B.* 2. ita habere. Sed P. Codicem cum *Par.* Ed. et reliquis *παιδιάν.* Sed quidnam verius sit, ejus nota testatur. Ego mutato accentu *παιδίαν* video esse in *Par.* eamque id

vertisse, *institutionem*; sed ex sua scriptura *puerititiam* debuerat facere. At quia id sensum nullum fundebat, forsan credidit *παιδείαν institutionem* legendum; quod non modo non improbo, sed vel in textum recipi passus essem, quia *delectatio* et *lusus*, ut *Bened.* παιδιὰν legens vertit, fere bis idem, et *institutio* scopo *Luciani* adprime convenit, ut patet ex tota hac Dissert. Vid. omnino c. 34. f. Reitz. *Παιδειὰν* nihil per se esse, constat; et mirandum, qui *Solanus* et *Reitzius* hanc formam deformem praeferre potuerint. Neque vero id in *παιδείαν* erat mutandum, quod placuit *Schmiedero*, sed in *παιδιὰν*, quod expressit *Gesnerus*, reperiasque in optimae notae Edd. vett. Lehm.

Ead. l. 8. Τὸν καὶ φιλότητα) *Hom.* Iliad. *N.*

Πάντων καὶ κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος
Μολπῆς τε γλυκερῆς, καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Graev. *Hom.* Il. *N*, 636. Solan.

Ead. l. 9. Ἀμύμονα) Vid. versus a *Graevio* adductos. Unde liquet, mox scribendum, uti facimus, ὀρχηθμὸς, pro vulgato ὀρχησμὸς, quod omnes editiones inquinat. Solan.

Ead. l. 11. Ὡιδὴ γλυκ.) Respicit ad μολπῆς τε γλυκερῆς loci supra laudati. Legebatur autem ὀρχησμός. Solan.

Ibid. Ὀρχηθμὸς) Non dubitavi sic reddere *Luciano*: id enim probum esse, alterum spurium, quis non videt? *Homer.* Hymn. in Apoll. 149. — καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ. Item Odyss. Ψ, 134. Et vel decies alibi. Reitz.

Ead. l. 14. Ἄλλῳ) Iliad. *N.* Bourd. Vid. *Homer.* Il. *N*, 730. — 31. Et Odyss. *A*, 421. Item Σ, 303. Solan. Memoriae confisus *Lucianus* miscuisse videtur *Barnesio* ad Il. *N*, 731. duo carmina *Homeri*. Loco enim citato ita legitur:

Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Sed Od. *A*, 421.

Οἱ δ' εἰς ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Gran.

Ead. l. 15. Ὀρχηστὺν) Aliter haec in hodiernis *Homeri* Codicibus in hunc modum leguntur:

Ἄλλῳ δ' ὀρχηστὺν, ἑτέρῳ κίθαριν καὶ ἀοιδήν.

Sed data opera, ni fallor, *Lucianus*, ut solet, alium huic versui ex aliis *Homeri* locis adsuit. Reperitur autem in Od. duobus in locis, *A*, 421. et Σ, 303.

Οἱ δ' εἰς ὀρχηστύν τε καὶ ἱμερόεσσαν ἀοιδὴν
Τρεψάμενοι τέρποντο.

Sed in priori loco pro ὀρχηστὺν, quod probum est, vitiose in meo legitur, ut et hic in omnibus ferme *Luciani* editis, ὀρχηστήν· quod nos sedulo emendavimus, ducibus M. P. L. et Edd. *S.* et *Amst.* Solan. Ὀρχηστὺν scribendum, non

ὀρχηστήν, ex *Homeri* locis ab *Solano* commonstratis inspicienti patebit. Ex priore autem loco duo illi versus desumti sunt. At supra §. 8. recte erat ὀρχηστὴν ex *Hom.* Il. *II*, 617. Reitz.

Pag. 134. l. 7. *Περὶ κρήνην ἰοειδ.*) *Hesiod.* in Theogon.

Καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσι
Ὀρχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος.

Bourd. Eadem sententiarum diversitas in duobus *Luciani* interpretibus de hoc loco intelligenda est, quae ad ipsum poëtam viros doctos vexavit. Nam cum *Obsopoeus* reddidisset *circa fontem floribus obsitum*, *Benedictus* postea mutavit in *circum fontem ferrugineum*. Sed nobis certe minime convenire videntur πόδες ἁπαλοὶ cum rebus ferrumineis; nec cur colorem ferrumineum referret ista κρήνη, ulla causa est, cum ripam ejus credibile sit teneri ab omne genus floribus, unde colorem ducunt aquae, inter quas violae finguntur praecipuae. Itaque merito vel *Obsopoeum* probamus, vel propius ad Graecam vocem interpretamur *fontem violacei coloris*. Et vel Lexiphanes notat dicere, οὔπω οἱ λειμῶνες ἀνθοσμίαι ἦσαν, ὡς αὐτοποδητὶ βαδίζειν. Vide, quae in hanc sententiam ad ipsum *Hesiodum* certissima adnotavit doctissimus noster *J. G. Graevius*. Gron. Ex *Hesiod.* Θεογ. 3. Solan.

Ead. l. 8. Ὀρχεῦνται) Sic Edd. ferme omnes et *Hesiodus* ipse. Ed. *Par.* nulla de causa mutavit in ὀρχοῦνται. Mutavit autem *Lucianus* secundum versum ex ingenio. Solan.

Ead. l. 9. Ὑβρίζεις εἰς) Posset etiam sine praepositione dici: sed et praepositio addi solet, ut *Herodian.* IV, 5, 11. ὑβρίσαντα εἰς τὰ ἐκείνου ἔργα. *Aristophan.* Nub. 1507. Τί γὰρ μαθόνθ' ὑβρίζετον γ' εἰς τοὺς Θεούς. Ac non semel alibi. Reitz.

Ead. l. 10. Σωκράτης) Oraculum ipsum habes Amor. c. 48. Vide etiam Rhet. Praec. c. 13. Quod vero de saltationis amore hic tradit Noster, confirmant *Diog. Laërt.* verba p. 41. B. ἔτι τε ὀρχεῖτο συνεχὲς, τῇ τοῦ σώματος εὐεξίᾳ λυσιτελεῖν ἡγούμενος τὴν τοιαύτην γυμνασίαν, ὡς καὶ Ξενοφῶν ἐν συμποσίῳ φησίν. Locus *Xen.* ad quem uterque respicit, exstat p. 511. et 5. Ed. *Steph.* Meminit et *Plut.* de San. tu. Solan.

Ead. l. 11. Τῷ Πυθίῳ) Oraculum Apollinis. Vid. *Xenophon. Συμπ.* 511. Solan. Apollo enim de illo dixisse ferebatur, Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος, ut refert *Noster* infra Amor. c. 48. Reitz.

Ead. l. 16. Καὶ ἔμελλέ γε) Sic supra Quom. hist. c. 12. καὶ ἔμελλέ γε οὕτως ἀγανακτήσειν. Solan.

Pag. 135. l. 1. Παρ' ἑταίρας — Ἀσπ.) Vide *Platonem*. Solan.

Ead. l. 3. Τότε) Ex W. haec vox est, quae in impressis deerat ante τὴν τέχνην. Solan.

Ead. l. 11. *Τρίτης*) Ita P. rectius, quam in reliquis *τρίτη*. Solan. Videtur legendum *τρίτον*, intell. *εἶδος*. Geminus huic locus *Athenaei* lib. 1. p. 20. E. ubi Bathyllus Italicam saltationem constituisse dicitur *ἐκ τῆς κωμικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο κόρδαξ, καὶ τῆς τραγικῆς, ἣ ἐκαλεῖτο ἐμμέλεια, καὶ τῆς σατυρικῆς, ἣ ἐλέγετο σίκιννις*. Nimirum satyrica poësis, de qua hic sermo, ex Comoedia et Tragoedia mixta est, ut Cyclops Euripidea. Gesn. Facile patet, a sequenti *Σ* praecedens fuisse absorptum; quod scribae dictantis verba excipienti facilius accidere potest: magis autem mirum, idem vitium in decem Edd. iterari, cum oculorum judicium vix effugere posse videatur. Sed forsan credidere *ἐστὶ* denuo intelligendum: jam vero non amplius credent. Bene quidem se habet *τρίτον*, quod *Gesn.* non visa nostra emendatione, conjecit: jam vero in hac adquiescet, scio. Reitz. Recte curatus locus, cui facile fuerit versionem accommodare, *tertia assumta Sicinnide*. Gesn.

Ead. l. 12. *Ἐν ἀρχῇ*) Conf. supra §. 8. Solan.

Ead. l. 13. *Κυκλίους*) At supra §. 2. habuimus *αὐλητὰς κυκλικούς*. Et quia utrumque bonum, neque hic varietatis quidquam invenio, variandae orationis caussa utrumque adhibitum credamus. Reitz.

Ead. l. 14. *Ἐναγώνια*) Varii erant musici agones. Vide *Plut.* 2077, 2. et *Nostrum* Advers. Indoct. c. 8. Solan.

Pag. 136. l. 3. *Φοβερὸν θέαμα*) Tragica persona. Guyet.

Ead. l. 4. *Ἠσκημένος*) Vulgata haec lectio vix tolerabilis nonnullis videbitur, ac praeferent *Pelleti* scripturam *ἐσχηματισμένος*. At forsan *Lucianus* dederit *ηὐξημένος*. Sed nil mutabit, qui conferet supr. c. 13. pr. et *Steph.* Thes. Reitz.

Ibid. *Ἐμβάταις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος*) De hujus loci interpretatione agit *Cuperus*, Consecrationis Homeri pag. 82. quem curiosus consulet. Almelov. Vertunt, *altis cothurnis ingrediens, larva caput obductum habens*. At hoc modo nequaquam exprimuntur posterioris membri verba: nam *πρόσωπον ἐπικείμενος*, sign. *larva caput obductum habens*. Quid igitur illa, *ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνατεινόμενον*; non frustra ea ab auctore sunt addita, sed significare voluit, larvam actoris Tragici fuisse extensam supra caput, sive majorem et longiorem fuisse, quam pro modo capitis, ut statura grandior et longior videretur: quem in finem etiam altos erat indutus cothurnos. Verto igitur illa posteriora, *persona tectus longiore, quam pro modo capitis*. L. Bos.

Ead. l. 7. *Προγαστρίδια*) Conf. infra Jov. Trag. c. 41. Solan.

Ead. l. 10. *Ἑαυτὸν ἀναπλῶν*) Ad verbum, *refringens* se et *infringens*, interdum *circumcinens*. Nempe verbum *πλάω* ad vo-

cem relatum vim quandam sono naturali et voci adeo illatam notat. *Ἀναπλᾶν ἑαυτὸν* est sursum vi quadam agere vocem, ut altior, quam fert natura, vox exeat: *καταπλᾶν* contrarium est, nempe infra modum illum et tonum naturalem vocem deprimere: utraque ratio efficit *κεκλασμένον fractum* aliquid, quia non pleno gutture vox funditur etc. *περιᾴδειν* autem ex compositionis ratione intelligo de circumducta in altum et profundum eadem syllaba cantici. Quod *ἰαμβεῖα* hic memorantur, meminisse oportet, qui Tragoedias non solent legere, jambicis senariis majorem partem constare Tragoedias etc. Gesn. *Gesnerianam* verborum *ἀναπλᾶν* et *καταπλᾶν* versionem *Belinus* vituperat ut *inintelligible*, et quae non sit *soutenable*. At *intelligi* quidem facillime poterat, praesertim, si quis hanc ipsius *Gesneri* adnotationem legisset. *Ferri* autem eadem illa haud dubie longe facilius poterit, quam *Beliniana: sa voix est repoussée et interrompue, les vers iambiques résonnent autour de lui*; quam vereor, ut aliquis satis intelligat. Lehm.

Ead. l. 12. *Καὶ μόνης τῆς φωνῆς ὑπεύθυνον παρέχων ἑαυτὸν*) Interpres, *ac soli voci semet obnoxium praestans*. Quis intelliget? malim, *solius vocis discrimini se exponens*, ut soli voci servire debeat, et ejus quasi rationem reddere, ut propter solam vocem aut laudetur, aut vituperetur. Graev. Cum proprie *reus* sit *ὑπεύθυνος*, vel certe *ad rationem reddendam obligatus*, quod non cadit nisi in eum, qui actionis alicujus auctor est: hic mediam quandam significationem habet, et simpliciter *auctorem* notat. Tragico actori nihil neque ad laudem neque ad turpitudinem imputatur, praeter vocem, prout bene vel male pronuntiavit verba poëtae. Solius itaque vocis auctor est. Gesn.

Pag. 137. l. 2. *Σολοικίαν*) Dictum in Nigrino. Veteres Grammatici *σολοικίαν* interpretantur, quidquid sit perperam: *σολοικία τὸ ἀμαθές*. Bourd.

Ead. l. 4. *Μιμεῖσθαι γυναῖκας*) Conf. supra §. 2. Solan.

Ead. l. 6. *Καὶ τῶν προσώπων αὐτῶν τὸ καταγέλαστον μέρος τοῦ τερπνοῦ αὐτῇ νενέμηκεν, οἷα Δάων, καὶ Τιβίων, καὶ Μαγείρων πρόσωπα*) Haec ultima sic vertit bonus *Obsopoeus: (videlicet lampadum et tibicinarum et coquorum personas)* supine sane, imo ridicule: putavit scilicet legendum *δᾷδων*, vel ex *δάδων* per crasim posse fieri *δᾴων*, ut ex *κεράτων*, *κεράων*, sed sine exemplo. Tum quid foret *lampadum personas?* merae nugae et aegri somnia. Lege cum majuscula *Δάων καὶ Τιβίων*. Servorum quippe sunt nomina, qui saepe in Comoediis inducuntur ab origine et patria sic dicti. Nam *Δάοι Herodoto* sunt quaedam gens in Persia pastoralem vitam agens. *Τίβιοι* vero sunt Phryges. Nam teste *Suida Τιβία* erat *Φρυγία ὅλη*. Universa Phrygia Tibia

dicebatur. *Terentius* a nomine *Δάος* suum *Davum* formavit. Sunt igitur Carica nomina servorum, non lampades aut tibicines, ut somniavit *Obsopoeus*. PALM. *Palmerii* notae subscripserat *Solanus*: *Philostr. Eἰκ. Αἰσωπ.* pag. 767. Ed. *Olear.* de vulpe: *χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥςπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.* Quibus hac occasione addo, *Olearium* in notis *Philostr.* l. c. ex *Strabon.* VII, 304. docere, illum refutare eos, qui servile nomen *Davi* ἀπὸ τῶν *Δάων* deducunt, Scythico populo, et id a *Δάκοις* derivare, qui *Δαΐοι* sint dicti antiquitus. REITZ.

Ead. l. 7. *Αὐτῇ νενέμηκεν*) An *αὐτῆς νενόμικεν;* GUYET. *Νενόμικεν* W. recte, ut cap. 35. In impressis *νενέμηκεν*. SOLAN.

Ead. l. 8. *Οἷα Δάων καὶ Τιβίων*) Recte castigavit *Obsopoei* versionem eruditissimus ille *Palmerius*, quo doctiorem militem non vidit a renatis literis orbis eruditus. De Davis et Tibiis vide *Strabonem* lib. VII. Meminit Tibiorum *Galenus* statim initio primi *Θεραπευτικῆς, καθάπερ Γέται, καὶ Τίβιοι, καὶ Φρύγες, καὶ Θρᾷκες ἀργυρώνητοι. Philostratus* in imaginibus, *ὥςπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δαῷ* et *Lucianus* in Mercede conductis, *Δρόμωνι καὶ Τιβίῳ.* Interpres *Aristophanis*, *εἰσὶ δὲ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκέται Πυῤῥίας, Ξανθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέτας. Synesius*, *ὁ θεῖος Ἡρῴδης καὶ θυρωρὸς εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους ἀπέδοτο.* Inferius *Lucianus* in Gallo: *Πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος τάρικον αὐτῷ οὕτω μέγαν ὠψώνηκεν ἐχθές;* Praestat etiam, ut statim vertas *οὐ κεχηνὸς δὲ ὡς ἐκεῖνα, ἀλλὰ συμμεμυκὸς*, *non hians ut illa, sed occlusa.* Illae hiantes personae dicebantur *Manduci.* vide *Festum.* GRAEV. (*Δάων καὶ Τιβ.* i. e. Phrygum, ut arbitror. *Τιβία* enim *ὅλη ἡ Φρυγία Suid. Vorst.*) (Timon. c. 14. inter servorum nomina et *Τίβιος* recensetur.) Idem adducit etiam *Strabonis* verba a *Graevio* laudata, (ad calcem) deinde: *οἱ κωμικοὶ τοὺς οἰκέτας τὸ μὲν πλέον ἀπὸ τοῦ γένους ἐκάλουν, οἷον Σύρον, Καρίωνα, Μίδαν, Γέταν καὶ ὅμοια. ἐκάλουν δὲ καὶ τὰ ἐξ ἐπιθέτων. ὡς ἀπὸ τοῦ χρώματος μὲν Πυῤῥίαν καὶ Ξανθίαν. ἀπὸ τοῦ τρόπου δὲ Παρμένωνα, καὶ Πιστὸν, καὶ Δρόμωνα. ἐκάλουν δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἐν ᾗ ὠνήσαντο τὸν οἰκέτην· ἐξ οὗ καὶ τοὺς Νουμηνίας ὠνόμαζον. Photius* in *Helladii* excerptis in suo *μυριοβ. Vorst.* Adde *Galenum* de nat. fac. I. c. 17. *Par.* Ed. T. V. p. 29. ubi *Davos* et *Getas* a *Menandro* in scenam productos nominat. *Philostr.* p. 777 cujus locum *Palmerii* notae addidi, *εἰκ. Αἰσωπ.* de vulpe sic loquitur, *χρῆται γὰρ αὐτῇ ὁ Αἴσωπος διακόνῳ τῶν πλείστων ὑποθέσεων, ὥςπερ ἡ κωμῳδία τῷ Δάῳ.* SOLAN. *Δάων* cum ι subscripto habent *Luciani* Edd. *Par. S. Amst. J. B. 2. Ald. Fl.* plures enim ob id excutere nihil opus est. Ideoque id expressi, etsi

nec *Palm.* in nota sua id addit, nec in *Philostrato* est expressum, nec in *Strabone*; neque eo opus esse arbitror. Reitz.

Ibid. Μαγείρων) De hac voce neque *Palmerius* quicquam, nec *Graevius*, qui erudite de reliquis disseruerunt. Ego personam *coqui* in comoediis vulgatam fuisse, ex *Athenaeo* et *Menandri Philemonisque* fragmentis comperio; vide VIII, 290. B. et *Casaub.* not. Solan.

Pag. 138. l. 2. *Ποικιλώτεραι*) Ita jam recte omnes. Merito igitur supra sic restitutum Alex. c. 4. Solan.

Ead. l. 4. *Ἐναγώνιος*) Conf. supra §. 2. f. Solan.

Ead. l. 6. *Ὅτι πόλις ἐν Ἰταλίᾳ*) Neapolim credo intelligit, quae a Cumaeis condita fuit. Cumae vero Italicae Chalcidem in Euboea metropolin agnoscebant: et Neapolis utpote Graeca scenicis et gymnicis exercitationibus dedita erat. Ideo a Nerone electa, ubi primum in scenam publice prodiret, ut notat *Cornelius Tacitus* annalium decimo quinto. Itaque ex hoc loco colligere licet, saltationem theatralem a Neapoli toti Italiae traditam fuisse. Palm.

Ibid. Πόλις ἐν Ἰταλίᾳ) Haec urbs Chalcidici generis Cumae. Bourd.

Ead. l. 11. *Πολλοὶ* etc.) Vid. *Athen.* XIV. et *Pollux.* Solan.

Ead. l. 12. *Τὴν πλείστην διατριβήν*) Hic *Pollucem* perstringere videtur. Vid. Onomast. L. IV. S. 99. et seqq. la Croze.

Ead. l. 15. *Πολυμαθείας*) Cum paucis versibus ante *ἀμαθίας* tamen Edd. habeant, forsan et hic *πολυμαθίας* quoque, non *πολυμαθείας*, exhibendum cum W. Sed quia et alibi in similibus variat scriptura, ut §. 23. *παιδειὰν* et *παιδιὰν*, antiquiorum Edd. consensum in hujusmodi vocibus sequi nihil obstat. Reitz. Et infra c. 37. *πολυμάθεια* invenitur sine varietate scripturae. Lehm.

Pag. 139. l. 1. *Ὀψιμαθῆ*) *Ὀψιμαθεῖς*, *seri studiorum*. *Horat.* Sat. I, 10. Huic *ἀντίθετον παιδομαθεῖς*. Vorst.

Ead. l. 6. *Γενικωτέρας*) Mutarunt *B.* 2. et *Par.* Vide supra ad c. 22. Solan. Vid. supr. §. 22. Et cognosces, quare hoc praelatum sit prae *γεννικωτέρας* duplici *ν* exarato. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἐπιδιδόναι*) Conf. supr. 1. Ver. Hist. c. 6. et Hermot. cap. 24. Ubi opposita illa verba *ἐνδιδόναι* et *ἐπιδιδόναι* obiter explicamus. Hic plura non addimus, quia nota arbitramur. Reitz.

Ibid. Κατὰ τὸν Σεβαστὸν) *Godofr. Maluynus* clarissimus Senator monuit, interpretem judicio et oculis abusum suis, dum ista vertit, *nec minus de se exhibens reverentiae*. Fraudi fuit, puto, quod Graeci nominibus propriis majusculas literas praefigere neglexerint. Dicere debuit, *praecipue circa Augusti tem-*

pus. Bourd. Vide *Casaub.* ad *Athen.* II. pag. 51. et XIV. p. 569. Vorst. Adde *Suid.* cum notis, et *Corn. Tacit.* A. I, 54. et in eum locum *Lipsii* notam. Solan. *Κατὰ τὸν Σεβαστὸν*) Hoc enim rerum potiente floruit Pylades, de quo tum alia *Macrob.* Sat. 2, 7. tum illud, *Hic quia ferebatur mutasse rudis illius saltationis ritum, quae apud majores viguit, et venustam induxisse novitatem, interrogatus ab Augusto,* Quae saltationi contulisset? *respondit,*

Ἀνλῶν συρίγγων τ' ἐνοπὴν, ὅμαδόν τ' ἀνθρώπων.

Quem versum si recordatus esset esse Il. *K*, 13. *Juntanus*, de emendando, id est, corrumpenda prima voce in *Ἀνδῶν* non cogitasset. Gesn.

Ead. l. 13. *Ὅπερ*) L. et P. ni fallor; notatur enim hic, ut a *Fl.* diversus, quae cum reliquis et M. *ὅσπερ* habet. Solan.

Ead. l. 15. *Θερμαϋστρίζειν*) Furiosam saltationem vocat *Athen.* XIV. *Apul.* Mil. VIII. *Lymphaticum tripudium.* V. *Eustath.* ad Od. *Θ. Meurs.* Orch. *Hesychium* jubet videre *Vorstius.* Solan. Quod hic se nolle agere ait *Lucianus*, neque nobis agere, dedita quidem opera placet; id egit *Meursius*, quamquam ita, ut potius materiem congessisse, quam exornasse omnia, videri possit. Interim jucundam putavi quibusdam lectoribus futuram non minus, quam fuit mihi, *τῆς θερμαϋστρίδος* descriptionem, quam ex Critia quodam protulit *Eustathius* ad Od. *Θ*, p. 1601, 28. Edit. Ro. *Ἀναπηδήσαντες εἰς ὕψος πρὸ τοῦ κατενεχθῆναι ἐπὶ γῆν παραλλαγὰς πολλὰς τοῖς ποσὶν ἐποίουν, ὃ δὴ θερμαϋστρίζειν ἔλεγον.* Vide, quam simile sit hoc saltandi genus illis, quos *capreolos* a caprarum forte saltibus cultior Europa vocat hodie, cujus auctoritates, qui volet, a *Meursio* petet. *Γέρανον* dictam puto a *gruum* volatu, vel *gyris*, quos per lasciviam ab iis peragi lego ap. *Plin.* X, 23. f. 30. Gesn. Vid. *Spanh.* ad *Callim.* p. 425. f. ad Hymni in Del. versum 144. ubi *Θερμαΰστραί τε βρέμουσιν ὑφ' Ἡφαίστοιο πυράγρης.* Unde concludit, *Θερμαϋστρὶς* etiam legendum, non *θερμαστρὶς*, apud *Hesych.* de quodam nempe fervidae et velut lymphaticae saltationis genere, de qua possit consuli diligentissimus *Meursius* in Orchestra, et unde verbum *θερμαϋστρίζειν* de iis, qui eandem exercebant, apud *Lucian.* de Salt. (i. e. h. l.) Reitz.

Ibid. Γέρανον) Instituta haec saltatio fuit a Theseo, repraesentabatque imagines exitus e Labyrintho. Describit *Pollux* IV, 14. et *Plut.* in Theseo: tangit etiam alicubi *Hesych.* Vorst.

Pag. 140. l. 2. *Φρύγιον*) Rusticorum temulentorum, *Athen.* XIV. Vorst.

Ead. l. 6. *Ὁ Πλάτων δὲ κ. τ. λ.*) *Plato* Legg. II, 676. Solan. I. 8. p. 639. C. Laemar. Gesn.

Ead. l. 17. *Γεωμετρικῆς*) In W. *μετρικῆς* tantum, quod magis probo. Nolui tamen mutatum, quia mox ipsam philosophiam etiam adsui video, eodem credo, quo Geometria jure. Solan.

Pag. 141. l. 2. *Ἀφέστηκεν*) Significatio haec, pro *abhorrere, alienum esse*, probatur a *Dukero* ad *Thucydid.* VI, 88. Reitz.

Ead. l. 11. *Τὰ τ' ἐόντα*) *Hom.* Il. *A*, 70. *ὃς ἤδη νύ τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.* M. etiam *τ' ἐόντα.* Solan. Itaque ex *Homero* et Cod. M. vulgatam mutavi, quia *ἐόντα* per dialysin magis Homericum, quam *ὄντα.* Sed res est parvi. Reitz.

Ead. l. 15. *Θουκυδίδης*), Vid. *Corn. Nep.* et *Thucyd.* II, 60. apud quem ipse Pericles, se nullam sibi secundum in iis videri, ait. Idem voluit *Horat.* cum Ep. 4. l. 1. sic scribit:

Qui vovcat dulci nutricula majus alumno,
Quam sapere et fari ut possit, quae sentiat?

Solan. *Thucyd.* in edit. *Dukeri* p. 135. v. 30. et seqq. ubi haec Periclis sententia, *nam qui novit, neque aperte docet, periode est, ac si nunquam cogitasset.* Ceterum verum est, *καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα* legi in eodem sine notata varietate. Sed cum *Luciano* etiam in *Thucydide* mallem legere *αὐτά.* Nam et sic iterum apud *Nostrum* infra Rhet. §. 1. eadem ad verbum repetuntur: *γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι αὐτά.* Reitz. Non obsecutus est huic *Reitzii* consilio recentissimus, isque eleganti judicio excellentissimus, *Thucydidis* editor, *Imm. Bekkerus*; neque id, opinor, sine sufficiente auctoritate et ratione. Lehm.

Pag. 142. l. 1. *Περικλέους*) Ipse de se Pericles ad populum *Thucyd.* II, 60. *Καίτοι ἐμοὶ τοιοῦτος ἀνδρὶ δοκῶ εἶναι, ὃς οὐδενὸς ἧσσον οἶμαι εἶναι γνῶναί τε τὰ δέοντα, καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα κ. τ. λ.* Gesn.

Ead. l. 11. *Ἀφροδίτης γονάς*) Ex spuma maris. Solan.

Ead. l. 16. *Λητοῦς ὠδῖνας*) Vid. *Spanh.* ad *Callimach.* Hymn. in Del. v. 306. p. 510—11. Ubi de hoc saltandi genere a virginibus peragi solito satis multa. Reitz.

Ibid. Τιτνοῦ ἐπιβουλήν) Vid. *Apollod.* lib. 1. p. 5. B. Latonae stuprum inferre volentem Apollo et Diana telis confecere. Pythonis idem paullo ante fabulam narraverat. Solan.

Ead. l. 17. *Καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς εὑρισκόμενον πτήσει τῶν ἀετῶν*) Vide *Claudianum* in prologo panegyrici in Manlium Theodorum, et *Plutarchum* in defectu oraculorum. Graev. *Eur.* Or. 331. 591. et passim. Solan.

Ibid. Πτήσει τῶν ἀετῶν) Fabula haec apud *Pindar.* Caetera sunt nomina fabulis notissima. Bourd.

Pag. 143. l. 1. *Καὶ λάρναξ* etc.) Arca Deucalioni tribuitur. An a Noë habet? Guyet. De qua fusius De Dea Syr. c. 12. Solan.

Ead. l. 3. *Ἴακχον σπαραγμὸν*) A Titanibus pueribus donis illectus membratimque laceratus fuisse Iacchus scribitur ab Orphico, et in Parnasso conditus juxta Tripodem, ut tradit Euphorion. Meminit etiam *Diodorus Siculus* lib. III. Biblioth. Graev. *Ἴαχχον* W. recte. In reliquis *Ἴακχον*. Solan. *Phurnutus* s. *Cornutus* potius, de nat. Deor. c. 30. pag. 220. Ed. Galei, de Baccho s. Dionyso. Is enim Iacchus non minus, quam Osiris. Sic igitur *Phurnutus*, *Μυθολογεῖται ὅτι διασπασθεὶς ὑπὸ τῶν Τιτάνων, συνετέθη πάλιν ὑπὸ τῆς Ῥέας — ὅτι οἱ γεωργοὶ — συνέχεαν τοὺς βότρυας* κ. τ. λ.. Gesn. Vid. *Valcken.* ad *Herodot.* VIII, 65. Lehm.

Ead. l. 5. *Ἀθηνᾶς, καὶ ὅσα Ἡφ. καὶ Ἐριχθ.*) Fabulam habes apud *Lactant.* Orig. c. Cels. *Homeri* Scholiast. ad Il. *B.* Catal. 54. Et *Apollod.* III. p. 99. B. Vid. Bott. ad Philops. c. 3. et De Dom. cap. 26. Solan. Auctoritatem Ms. Reg. 3011. secuti edidimus *καὶ ὅσα περὶ Ἡφαίστ.* Ita mox pag. seq. *καὶ ὅσα περὶ Βορέου, καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας* etc. In Edd. deerat *περὶ* ante *Ἡφαίστ.* Bip.

Ead. l. 6. *Ἐρινύ*) V. *Apollod.* III. p. 97. BC. *Lucian.* ipsum Deamor. cap. 20. Solan.

Ibid. Καὶ Ἁλιῤῥόθιον) *Et Halirrhothium*, de quo ad *Pausan.* Haec omisit interpres. Bourd. Vid. *Suid.* v. *ἀρσὶς πάγος.* Adde *Apollod.* III. p. 98. A. Neptuni filius a Marte occisus, quae prima lis in Areopago judicata est: quamquam corruptus est *Apollodori* textus. Solan.

Ead. l. 9. *Κελεοῦ ξενίαν*) Eleusinus Triptolemi pater, apud quem diversata est Ceres. V. *Apollod.* I. pag. 6. et III, 99. C. Filiarum Celei meminit *Clem. Alex.* p. 18. C. Eleusine sepultarum. *Virg.* Georg. I, 165. et *Ovid.* Fast. IV. Solan.

Ead. l. 10. *Ἠριγόνης*) V. *Ael.* de An. VII, 28. Solan.

Ead. l. 15. *Ἀκάμας*) Thesei is filius, cujus fabula mihi ignota est. V. *Paus.* 343, 9. Solan. Ita prope jungit Acamantem et Phyllida, ut videatur in eadem sententia esse, qua *Tzetzes* ad *Lycophr.* 496. ut Acamanti tribuat perfidiam in Phyllide commissam, quam reliqui, in quibus est *Ovidius* Hero. 2. narrant de fratre ipsius Demophoonte. Aliam Acamantis historiam habet *Parthenius* Erot. c. 16. et *Tzetz.* ad *Lycophr.* l. c. quam vicissim ad Demophoontem refert *Plut.* in Theseo pag. 29. amatum nempe a Laodice, filium inde natum Munitum clam educatum ab Aethra matre Thesei etc. Utraque res aptissimum saltationis argumentum. Gesn. An *Ἀθάμας* quaesivit *Solanus?* ut mox §. 42. et 67. Quia in Latinis auctoribus *Acamas* et *Athamas* quoque confun-

duntur. Vid. *J. Arntz.* ad *Aur. Vict.* Or. c. 1, 8. Sed recte hic quoque *Acamas* legi vid. *Parthen.* Erot. c. 16. ὡς ἄρα παραγενομένων ἐπὶ Ἑλένης ἀπαίτησιν Διομήδους καὶ Ἀκάμαντος. Et sic quinquies eodem cap. At infra recte Ἀθάμας, ut ibi videbimus: nam duo diversi sunt. Reitz.

Pag. 144. l. 1. Ἡρακλειδῶν πάθοδος) V. *Petav.* Rat. temp. I, 12. De priore autem intelligendus hic Noster, cum ad Atheniensium res gestas referat. Solan.

Ead. l. 4. Καὶ Σκύλλα, καὶ πορφυροῦς πλόκαμος, καὶ Μίνωος πόρος) Interpres: *Scylla, purpureus crinis, et Minois transitus.* Legendum censeo, καὶ Μίνωος πόθος, *et Minois desiderium, seu amor.* Scribit enim *Ovidius* in Met. et *Virgilius* in Ceiri, Scyllam Minois amore captam patriam ei prodidisse. Graev. „Cogitabam olim φόρος (pro πόρος) *juvenum tributum, Minotauro objiciendorum:* nunc magis placet φόλος, *expeditio adversus Megarenses et Athenienses.*“ Haec *J. Seager.* in Class. Journ. Vol. XV. p. 155. Poterat etiam φόστος in mentem venire, et, si id ageres, alia quoque. Sed quorsum haec? Bene se habet, aut ferri saltem potest, vulgatum πόρος, *iter maritimum.* Lenn.

Ead. l. 8. Καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις) *Et satorum exortus.* Nimirum ex satis serpentum dentibus homines prosilierant armati. Graev. *Vinc. Obsopoeus: Spartanorum retributio,* perridicule. *Benedictus: satorum ortus,* paullo melius. Scripsit quidem *Bourdelotius,* caetera nomina fabulis notissima. Sed tamen cum ita sit περίεργος, ut supra notaverit καὶ Ἀλιῤῥόθιον omitti ab interprete, cur non hic quoque aliquid adjecit? Nam sive omittant, sive ita interpretentur, tantundem est. Ne simus urgo posthac frustrationi, et vertatur *Spartorum exortus.* Gron. SPARTOS etiam Latine dixit *Lactant.* III, 4. Fabulam hanc narrans *Apollod.* alia voce utitur, ἐσήλωσε — ἐκ γῆς ἄνδρας μέλλειν ἀναδύεσθαι ἐπ' αὐτὸν καθωπλισμένους etc. pag. 26. A. et III. p. 70. B. ἀνέτειλαν ἐκ γῆς ἄνδρες ἔνοπλοι, οὓς ἐκάλεσαν Σπαρτούς. De Cadmo draconum dentes serente. Solan. Vix operae fuisset adnotare, σπάρτων habere plerasque Edd. quia quo antiquiores, eo saepius nomina propria literis uncialibus inchoare negligunt, quod notum; at quia σπάρτα sic scriptum tamen fraudi fuit interpreti prisco, vertenti *satorum ortus,* pro *Spartanorum,* hoc certe discutiendum ac mutandum duxi, non quod adeo multum differret; nam *satorum* illorum *ortus* eandem rem significaret, quippe *Spartanorum* nomen inde natum est; sed quia reliqua nomina propria praecedunt ac sequuntur, etiam hoc fuit conservandum; quod etiam patet ex testimonio *Apollod.* ab *Solano* adducti. De voce ἀνάδοσις autem vid. infra §. 50. Reitz. Dubium non est, et alias a nobis quoque ostensum, Latinis etiam

Spartos dici fratres Cadmeos. Sed *Satos* tamen non magis damnaverim, quam *Cubitos πήχεις*, et *Digitos Δακτύλους*. Vid. ad Rhet. praec. c. 6. Gesn.

Ead. l. 10. *Μανίᾳ τοῦ*) Amphionis nempe post liberorum et uxoris fata sibi ipsi mortem consciscentis. V. *Ovid.* Met. VI. Solan.

Ead. l. 11. *Τῆς Νιόβης — ἐπὶ τῷ πένθει σιγῇ*) *Cic.* Tusc. D. III, 26. *et Niobe fingitur lapidea, propter aeternum, credo, in luctu silentium.* Ad quem vid. *Davis.* p. 215. no. 7. Reitz.

Ead. l. 14. *Σφαγῇ*) *Apollod.* II. p. 44. B. Solan.

Ibid. Γλαύκην) Creontis haec filia, Medeae pellex etc. Solan.

Ead. l. 16. *Σθενέβοιαν*) Antaeam *Hom.* vocat, Tragici Sthenebocam. Fabulam narrat toties hic adeundus *Apollod.* II, pag. 85. A. Solan.

Ibid. Ἥλιον μάχην) De Neptuni et Solis pugna vid. *Pausan.* in Corinth. Graev. *Pausan.* Corinth. pr. *Λέγουσι δὲ καὶ οἱ Κορίνθιοι, Ποσειδῶνα ἐλθεῖν Ἥλιῳ περὶ τῆς γῆς εἰς ἀμφισβήτησιν κ. τ. λ.* Gesn.

Pag. 145. l. 1. *Ἀθάμαντος μανίαν*) Sic recte scribi (nec confundendum cum *Acamante*, de quo §. 40.) vid. apud. *Ovid.* Fast. VI, 489. *Hinc agitur furiis* Athamas *et imagine falsa.* Adde IV. Metam. 420. Et mox §. 67. Ac supra Dial. Mar. IX. Reitz.

Ibid. Τῶν Νεφέλης παίδων ἐπὶ τοῦ κριοῦ τὴν διαίριον φυγήν) Cum adverterem, *Marcilium* ad hanc narrationem offendi, et *διαπόντιον* audacter cogitare, conjiciebam forsan ab *Luciano* scriptum fuisse *διερὸν φυγήν*, ut in Lexiphane, *ἀπερυθριάσαι ποιήσει τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ μηκέτι λημαλέους εἶναι μηδὲ διερὸν βλέπειν.* Apud *Maximum Tyrium* dissert. 10. *τῷ διερῷ γένει αἱ πήξεις, τῷ δὲ μεταρσίῳ αἱ πτήσεις.* Sed quamquam fabulis vulgatis id sit aptum, et magis conveniat ad literas vulgati vocabuli, non debemus tamen auctori vim facere, qui apertissime vulgatum tuetur in Astrologia: *Ἴσα δέ μοι καὶ ἐφ Φρίξον τὸν Ἀθάμαντος εἰρήσθω. τὸν δὴ κριῷ χρυσέῳ δι' αἰθέρος ἐλᾶσαι μυθέονται.* Quod sequitur *καὶ πρὸ αὐτῶν*, non interpretarer *et ante illos*, sed *ante illas*, quod vides plane velle antecedentia. Gron.

Ead. l. 2. *Τὴν διαίριον φυγὴν*) *Τὴν διαπόντιον φ.* Marcil.

Ead. l. 6. *Ἀερόπη*) V. Quom. Hist. Conscr. c. 8. Mater Agamemnonis et Menelai. Sed quid in ea tragici, cur hic censeatur, nondum invenio. At c. 67. hujus libelli Tragoedia Aegysthi admiscetur. De alia *Aërope* Cephei filia v. *Paus.* 274, 23. Solan.

Ibid. Χρυσοῦν δέρας) *Ἀρνίον* W. et *Fl.* (L. etiam inserit *ἀρνίον*.) Solan. Quod in variantt. notavi, id *Solanus* in marg. *H.* Ed. distincte notarat. Sed in *Junt.* notarat idem paullo aliter; nimirum Cod. L. inserere *ἀρνίον* ita ut credas, et *δέρας* et *ἀρνίον*

in illo legi: quod si verum est, vix dubito, quin δέρας ἀρνίου dare voluerit, aut revera det iste liber. Quod tamen ex glossa potuit esse prognatum. Reitz. *Χρυσοῦν ἀρνίον* etiam Mss. Regg. 2954. et 3011. Bip. Accedit etiam Gorl. Cod. In tot optimorum librorum consensu vix dubium esse videtur, quin δέρας e glossemate natum sit. Recepit *ἀρνίον* etiam *Schmiedavus*, monente *Belino*. Ceterum cf. *Paus.* II, 18. Lehm.

Ead. l. 8. *Στρατεία*) Vulgatum servavi. Confer §. 40. ubi *ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων*. *Thucyd.* I. c. 110. *τὴν μεγάλην στρατείαν τῶν Ἀθηναίων* ubi Codd. alii *στρατιάν* etiam minus recte habebant. Reitz.

Ead. l. 9. *Φυγάδων γαμβρῶν*) Non sufficit interpretatio *Benedicti, et profugorum Adrasti liberorum susceptio*, imo vitiosa est. Recte *Obsopoeus, et generorum exsulum Adrasti susceptio.* Gron. Polynicem et Tydeum innuit, quorum historiam habet *Hyg.* f. LXIX, et seqq. et *Apoll.* III. p. 77. B. Solan.

Ead. l. 10. *Ἀντιγόνης*) Vide *Apoll.* III. p. 80. C. Solan.

Ead. l. 12. *Ὑψιπύλη*) V. *Stat.* Theb. 4. et 5. Regina Lemni; v. *Apollod.* p. 22. B. Solan.

Ibid. Ἀρχέμορος) Filius hic Lycurgi, Hypsipyles alumnus, antea Opheltes dictus. Vid. *Apollod.* I. p. 20. D. et III, 78. B. Solan.

Ead. l. 14. *Γέννησιν*) P. et L. In reliquis *γένεσιν*, ut c. 37. Sed praestat hic *γέννησιν*, quia non tam de nativitate sermo est, quam de ipsa generatione. Solan. *Γέννησιν* ut hic recte scribitur, ita infra §. 50. recte *γένεσιν*. Reitz.

Pag. 146. l. 1. *Προηρημένον*) In M. *Fl.* et J. *προειρημένον*, quod hic longe aptius videtur, quam vulgo receptum *προηρημένον*. Confer Diall. Mart. XIV. Solan. Imo vero magis placet *προηρημένον*, *certamen, in quod quis non casu incidit, sed quod sibi proposuerat ineundum.* Nec displicet tamen *προειρημένον*, quo indicatur *imperatum* certamen, a Polydecte scilicet rege Seriphiorum. Vid. *Ovid.* Metamm. V, 242. sqq.

Ibid. Ὡι οἰκεία καὶ ἡ Αἰθιοπικὴ διήγησις) Vertunt, *cui est propria rerum Aethiopicarum narratio*, perquam improprie: cum sit, *cui affinis, vel similis est Aethiopica narratio.* Graev.

Ibid. Κασσιέπεια) V. De Dom. c. 7. In M. et plerisque Edd. ita legitur. *Par.* autem, *S.* et *Vorstius Κασσιόπια* reponere jubet. Solan. *Vorst.* in marg. *B.* 2. correxerat *Κασσιόπ.* forsan frustra. Etsi enim Latini *Cassiopea* constanter dicunt, in Graecis Codd. tamen esse *Κασσιέπ.* testatur *Stephan.* in Lex. Hist. Geogr. ab *Lydio* aucto; ubi etiam animadvertit, Graec. *Πτολεμαῖος* in Latinis Codd. *Ptolomaeus* scribi. *Κασσιέπεια* iterum scribitur in optimis Edd. infra de Imag. c. 7. Verumtamen in

Apollod. p. 86. bis editum invenio *Κασσιόπεια*. Contra autem apud *Eratosth.* Cyren. cap. 16. *Κασσιέπεια* ubi *Th. Gale* etiam *Cassiepeia* Latine scripsit, ne crederes, casu sic editum in Graecis. REITZ.

Ead. l. 9. *Τυνδάρεω*) Vide *Munkeri* not. ad *Hyg.* 49. Sunt enim, qui ob Hippolytum suscitatum, alii ob alios dicant fulmine percussum Aesculapium. V. *Apollod.* III. p. 88. AB. *Lact.* I, 10. Nostrum Deor. Diall. XIII. Cum Hercule et Glauco inter eos a *Suida* etiam numeratur, quos revixisse fama est. SOLAN. Jubet in marg. Ed. *Graev. Hemsterhusius* consuli *Sext. Empir.* p. 272. i. e. L. I. c. 12. m. Id faciens invenio: *Παννύχιος δέ, διὰ τὸ νεκρὸν Τυνδάρεω ἀναστῆσαι.* Ad quae verba, haec notavit *Fabricius*: *Plinius XXIX*, 1. *Lucian. de Salt.* h. l. *Tzetzes Chiliad.* 10. v. 721. Haec ille. At *Hygin.* fab. 78. nihil de hac suscitatione, de qua plura quidem testimonia adferre liceret; sed potius ea de fabulis hujusmodi addere tantam decrevi, quae alii Commentatores adscripsere, quam omnes illas, quae apud Mythographos facile inveniuntur, explicare, quia earum tam plena haec est Dissertatio, ut inutiles notae modum excederent. REITZ.

Ead. l. 17. *Καὶ Διδοῦς*) An ex *Marone*, aut alio illo antiquiore? GUYET.

Pag. 147. l. 2. *Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθ.*) Hanc falsi arguit *Philostratus* p. 731. SOLAN.

Ead. l. 9. *Οἰνόμαον*) V. Charid. c. 19. SOLAN.

Ibid. Μυρτίλου) Auriga hic, quo corrupto, Hippodamiam cursu vicit Pelops, *Hyg.* V. Schol. *Homer.* ad Il. *B*, 104. et *Eur.* Or. 1550. V. *Philostr.* imag. p. 788. et *Muret.* var. lect. I, 12. Aliter rem narrat Charid. c. 19. SOLAN.

Ibid. Κρόνον, τὸν Δία) Quid hi in Elide designarint, me latet. SOLAN.

Ead. l. 12. *Πανὸς γονᾶ*) V. supra Deor. Dial. XXII. SOLAN.

Ead. l. 13. *Ἅψαλος*) Leg. Dialogum III. Marin. SOLAN. Major litera *T*, a qua in *Paris.* aliisque inchoabatur hoc verbum, fraudi fuit interpreti, qui hinc verterat, *Hyphali peregrinationem*; sed *Benedict.* recte, *subter mare peregrinatio*: quod notum ex fabula, ad quam Latini poëtae passim adludunt, ut *Ovid.* III. Am. 6, 29. *Virg.* III. Aen. 694. — *Alpheum fama est huc Elidis amnem Occultas egisse vias subter mare* etc. REITZ.

Ead. l. 15. *Ταύρους ἀμφ.*) Marathonium nempe, et minotaurum: prior enim e Creta advectus fuerat. Vide *Apollod* II. p. 48. C. 68. A. Quidam etiam, teste *Apollod.* (I. p. 27. C.) Talum et Taurum eundem putarunt. SOLAN.

Pag. 148. l. 1. *Τὸν Λαβύρινθον*) Vid. *Plut.* I, 19, 5. SOLAN.

Ead. l. 2. *Τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολείδου μαντικήν*) Glau-

cum Minois filium, et Polyidae de illo in melli dolio submergendo vaticinium, de quo vide *Origenem* contra Celsum. *Claudianus* de Bello Getico:

Cretaque, si vere narratur fabula, vidit
Minoum rupto puerum prodire sepulcro:
Quem senior vates avium clangore repertum
Gramine restituit, miras nam munere sortis
Dulcia mella necem, vitam dedit horridus anguis.

Vide et *Apollod.* III. Biblioth. et *Palaephatum* de Incredibilibus c. 27. GRAEV.

Ibid. Γλαῦκον) Minois filius, cujus fabulam narrat *Apoll.* III. p. 69. B. SOLAN.

Ibid. Πολυΐδου μαντικὴν) Meminit hujus inter augures *Hyginus*. *Noster* etiam Hesiod. 1. nominatim, et c. 8. sine nomine, et *Apoll.* III, 69. B. ubi, quo modo Glaucum a mortuis suscitaverit, narrat. SOLAN.

Ead. l. 3. Τάλῳ) V. Philops. c. 19. qui locus huic lucem foeneratur. Meminit et *Apoll. Rh.* IV. p. 113. et Scholia, quae *Sophoclis* fabulam cognominem memorant. Adi etiam *Apollod.* I. p. 27. ubi de eo plura: et *Plat.* Min. p. m. 510. A. SOLAN.

Ibid. Περίπολον) Conf. 2. Ver. Hist. c. 6. REITZ.

Ead. l. 5. Τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν Δάλον) Interpres: *Meleagrum*, *Atalantem*, *Dalum*. Foedissimus error. Nullus Dalus unquam fuit in orbe terrarum. Ex nomine, ut γραμματικῶν παῖδες loquuntur, appellativo fecerunt proprium. Scribe δάλον, et interpretare, *Meleagrum*, *Atalantam*, *et titionem*, nimirum illum fatalem Meleagri, de quo *Ovid.* VIII. Metam. et in Ibin.

Natus ut Althaeae flammis absentibus arsit,
Sic tuus ardescat stipitis igne rogo.

GRAEV. Vertunt fideliter omnes totidem verbis, *Meleagrum*, *Atalanten*, *Dalum*. Quis credat? Ne talibus nugis obsideamur amplius, intercedit pater, vertendo *torrem*. Torris Meleagri nequit ulli esse ignotus. Et jam eodem verbo usus erat auctor in principio Timonis: οὕτω δαλόν τινα αὐτοῖς ἐκναυτίνασθαι δοκεῖς. GRON. Rursus majore litera Δ scriptum erat in Edd. et *Dalum* nomen viri inde factum: reposui igitur, monente *Graevio*, literam minorem; sed quod is etiam accentum immutet, δάλον scribens, id non sum secutus, quia sic scribere non licet. REITZ.

Ead. l. 6. Σειρήνων) Sunt enim, qui Acheloi amnis ex una Musarum filias tradant. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἐχινάδων) Adscripserat *Hemst.* videndum *Duker.* ad *Thucyd.* II, 102. Cujus verba, quia huc faciunt, inseram. *Lucianus* (ait ille) *de Saltat.* h. l. *inter argumenta saltationis*,

quae Aeolia suppeditare posset, memordi Ἐχινάδων ἀνάδυσιν, καὶ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμαίωνος οἴκησιν. *Adde Apollodor. III, 7, 5. Sed is I, 9, 21. non recte easdem facit* Echinadas et Strophadas. *Quod autem Thucydides Echinadas* ἐρήμους *esse dicit, id de plerisque et minoribus intelligendum esse, quia Dulichium quoque inter eas ponit Strabo, putat Cellarius II. Geogr. 14. Et* εὐλιμένας *fuisse, ex hoc Callimachi Hymn. in Delum, v. 155.* λιπαρὸν νήεσσιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι, *observat ibi Spanh.* Reitz.

Ibid. Ἀνάδοσιν) Mutavit vulgatam lectionem *Salm.* editor, quae tamen in W. etiam reperitur. Solan. Etsi *Salm.* lectio ἀνάδυσις bona, quia proprie *emersionem ex mari* significat, quod de Echinadibus insulis adposite diceretur; tamen, cum caeterae antiquiores ἀνάδοσιν servent, aeque ac supra §. 41. Σπαρτῶν ἀνάδοσις, ideo et hic nihil muto. Nam ut ἀνάδοσις ibi aptissimum vocabulum de proventu terrae, ut *Aelian.* III, 38. τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν συκῆν, ἃ καὶ πρῶτον ἡ γῆ ἀνέδωκε, (quia terra *reddit* etiam cum foenore, quod ei mandatum est;) ita tamen etiam de quacunque fere *productione*, ac *sursum exsurrectione, emersione*, dicitur ἀνάδοσις, ut vid. apud *Stephan.* in Thes. ac saepe prorsus idem est, quod ἀνάδυσις, et ut supra §. 41. Σπαρτῶν ἀνάδοσις constanter legitur, ita *Apollod.* ibi in nott. *Solani* adductus de eadem re verbo ἀναδύεσθαι utitur, ideoque et hic parvi interierit, utrum eligas. Interim quia perfacilis est aberratio scribarum in tam exiguo literarum discrimine, facile mihi persuadeo, etiam alibi ab iisdem confusa esse illa vocabula; adeo ut non omnibus testimoniis a *Stephano* adductis tuto fidere liceat. Est enim ubi differentia in iis sit observanda, quae ex ipsa diversa origine satis patet. Reitz.

Ibid. Ἀλκμαίωνος οἴκησιν) Vide *Thucydidem* fine lib. II. *Philostr.* VII. Vit. *Apollon.* Tyan. Meminit et *Basilius* in epistola ad Gregorium Theologum: πάντως γὰρ οὐδὲ Ἀλκμαίων Ἐχινάδας εὑρὼν ἔτι τῆς πλάνης ἠνέσχετο, *neque enim Alcmaeon Echinadibus inventis ullo modo errare amplius sustinuit.* Vides, sine fabulis, nec ipsos scriptores Christianos posse intelligi, earumque ignoratione saepe viros insignes esse lapsos. Graev.

Ibid. Οἴκησιν) Fabulam Alcmaeonis fuse narrat *Apollod.* III, 81. Solan.

Ead. l. 12. Ῥοδόπην) V. supra c. 1. Solan.

Ead. l. 13. Ἄλκηστιν) *Apollod.* 20. Solan.

Ibid. Τὸν τῶν πεντ.) Verosimillimam *Leopardi* emendationem, νηῶν in νέων mutantis, nondum tamen recipere ausim: si sequatur forte *Lucianus* eos, qui non unam Argo navim fuisse, sed principem, ajunt. *Eustath.* ad *Dionys. Perieg.* 687. Ἱστορεῖ

δὲ Χάραξ τοὺς Ἀργοναύτας οὐ μιᾷ νηΐ, κατὰ τὸν πολὺν περὶ τῆς Ἀργοῦς λόγον, ἀλλὰ πολλοῖς πλοίοις εἰςπλεῦσαι τὸν Εὔξεινον κ. τ. λ. Contra *quinquaginta exsulibus* Asiam penetratam a Jasone indignatur Aëetes apud *Valerium Flaccum* 7, 48. Add. 8, 274. ubi *quinquaginta animae* vocantur, numero valde rotundo et incerto, cum in Catalogo *Burmanniano* Argonautarum supra centum commemorentur nomina. Gesn.

Ead. l. 14. *Νηῶν*) Thessaliam inter alia suppeditare ait τὸν τῶν πεντήκοντα νηῶν στόλον, *quinquaginta navium classem.* Dudum est, quod locum hunc vere et eleganter emendavit magnus ille, et meliore fortuna dignior *Leopardus* in Miscellaneis, qui legendum ostendit τὸν τῶν πεντήκοντα νέων στόλον, *quinquaginta juvenum navalem expeditionem*, hoc est, Argonautarum, qui quinquaginta numero fuisse quibusdam dicuntur. Vide lib. IX. cap. 24. Στόλον autem dici etiam de unica nave, docet in illud *Apollonii* ὅςτις στόλον ἡγεμονεύει, antiquus ejus interpres: στόλος ἐστὶν ἐπὶ πρᾶξίν τινα πορευόμενον πλῆθος, εἴτε ἐπὶ νεῶν, εἴτε καὶ πεζῇ, καὶ σχεδὸν καὶ πάσης ὁρμῆς καὶ μείζονος παρασκευῆς. ἐνταῦθα δὲ στόλον τὸ τῆς μιᾶς νηὸς πλῆθος εἶπε. Graev. *Νέων* W. Cod. et *Fl.* Ed. uti emendarat etiam *Leopard.* 189. Solan. (licet accentus in W. sit *νεῶν.*) Reitz.

Ibid. *Λάλον — τρόπιν*) Quam hic Λάλον τρόπιν navis appellat Noster, ea est εὔλαλος Ἀργὼ apud *Orpheum* v. 242. Propius ad nostrum *Apollon.* I, 524. ἠδὲ καὶ αὐτὴ

Πηλιὰς ἴαχεν Ἀργώ, ἐπισπέρχουσα νέεσθαι.
Ἐν γὰρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Similia sunt IV, 580. seqq. Λαλήθραν πίτυν ipsam appellat Argo, φθογγὴν ἐδώλων μαντικῶν ἄπο βροτησίαν ἰεῖσαν *Lycophron* v. 1319. seqq. Modestior, uti decebat Romanum poëtam, *Valerius Flaccus* I, 301.

Mox, ubi victa gravi ceciderunt lumina somno,
Visa coronatae fulgens tutela carinae
Vocibus his instare duci etc.

Gesn.

Ead. l. 16. *Αἰήτην*) Solis filius, Medeae pater. Solan.

Ead. l. 17. *Πρωτεσίλαον*) Confer supra Dial. Mort. XXIII. Solan.

Ibid. *Λαοδάμειαν*) Uxor ea Protesilai castissima, quae propter mariti desiderium se interfecit. V. not. ad Diall. Mortt. XXIII. Solan.

Pag. 149. l. 2. *Πολυκράτους*) Hujus historiam ap. *Herod.* habes lib. III. p. 130. Sed de filiae exsilio nihil reperio. Solan. Neque ego: sed *Wielandius* filiam Polycratis narrat sua sponte

Susa esse profectam, ut a Dario rege vindictam Oroetae, a quo pater necatus erat, exigeret. Id ex quo fonte hauserit, nescio. Quod dum probetur, credo, non minus *Lucianum*, quam *Wielandium*, esse deceptos. Confudit enim uterque filiam Polycratis, de cujus somnio *Herodotus* agit III, 124. cum eiusdem fratre Sylosonte, qui exsul Samo post varios errores tandem Susa se contulit, et a rege impetravit, ut regnum paternum, cui praefectus erat Maeandrius, sibi restitueretur, teste eodem *Herodoto* III, 139. sqq. Lehm.

Ead. l. 5. *Πέλοπος — ἐλεφάντινος ὦμος*) Adscripsit *Hemsterh. Sext. Empir.* p. 270. et *Fabric.* not. S. Ait autem *Sext. Emp.* l. c. qui est I, 12. *Οὕτω καὶ ὁ Γραμματικὸς δύναται ἀπὸ ἐπιστημονικῆς τινος καὶ καθολικῆς θεωρίας ἀπαγγέλλειν, ὅτι ὁ μὲν Πέλοπος ὦμος ἐλεφάντινος ἦν, ὑπὸ τοῦ Ἄρεως, ἢ ὑπὸ Δήμητρος βρωθείς.* At quae sic *Fabric. Nota fabella ex Scholiis ad Pindari Olymp. Od. I. v.* 41. *et Lycophron. v.* 152. *Hygino fab.* 83. *Luciano de Salt.* h. l. *Tibullus L. I, 4, 57.* — carmina ni sint, Ex humero Pelopis non nituisset ebur. *Caeterum a Cerere (non a Marte) voratum Pelopis humerum, plerique scriptores tradunt.* Non addidissem, nisi auctoritas *Hemsterhusii* permovisset. Compluria enim alia veterum testimonia jam collegit *H. Steph.* in Lexico Historico-Geogr. Sed forsan aliud quid notabilius addidisset *Hemst.* si in adornanda hac *Luciani* editione perrexisset. Reitz.

Ead. l. 11. *Ὅσαι*) Nescio quid haesitarit *Solanus* noster, tam sollicite in hoc verbum inquirens. Recte enim id se habere, et significare *quotquot*, vix quemquam fugiet. *Ita enim — ὅσοι θεοὶ εἰσ' ἐν Ὀλύμπῳ Hom.* Il. A, 566. et vel centies aliis locis apud eundem. Reitz.

Ead. l. 13. *Τειρεσίαν*) (Rex Thebanus, primo vir erat, at percussis anguibus, quos coëuntes videbat, statim de viro factus erat femina. Post annos autem septem iisdem anguibus visis et iterum percussis, forma prior rediit. *Ovid.* Met. III, 331. *Leedes.*) *Hesiod. Apoll.* III. p. 79. B. V. Diall. Mortt. XXVIII. Solan.

Ead. l. 14. *Καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεριζόμενον*) *Luctumque illum Assyrium divisum.* Quis sit ille luctus Assyrius divisus, non facile reperias apud scriptores. Apud *Hyginum* tamen in Astronomico, in capite de lyra legimus, ex quibus, qui sit luctus ille, intelligitur: *Nonnulli etiam dixerunt, Venerem cum Proserpina ad judicium Jovis venisse, cui earum Adonin concederet, quibus Calliopen ab Jove datam judicem, quae Musa Orphei est mater; itaque judicasse, uti dimidiam partem apud earum unaquaeque possideret.* Tangit quoque *Lucianus*, ipse in

Veneris et Lunae dialogo, ubi queritur de filio suo, quod illam modo cogat Anchisae causa in Idam descendere, ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέρασεν ποιήσας, ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον. *Nunc vero in Libanum ad Assyrium illum adolescentem, qui et ut a Proserpina amaretur fecit, et me meis amoribus dimidia ex parte privavit.* Vide quoque *Theocriti* Ἀδωνιαζούσας, Idyll. XV. Patet nunc, quis sit ille dimidius Assyrius luctus. Graev. Ἀσσύριον) Adonis. Lege omnino *Apollod.* III. p. 98. C. Solan.

Ead. l. 15. Μειζόμενον) Μειζόμενον hic *alternum* vertere malui. Adonis, Myrrhae filius, alternis lugetur apud Assyrios, quamdiu nempe est cum Proserpina, ἐν ᾅδῃ, quamdiu latet semi fertilitas, hiemi quasi sepulta; deinde iterum gaudii materiem praebet, cum est cum Venere, fecundam facit naturam etc. Igitur divisus inter Venerem et Proserpinam Adonis alternis, quod dixi, apud Assyrios lugetur. Gesn.

Ead. l. 16. Ἀντιπάτρου) Post matrem interfectam ad Lysimachum, cujus filiam duxerat, confugit; a quo et ipse ob insidias sibi structas interfectus est. Vide Icarom. c. 15. ubi, quoniam pater audit Lysimachus, nec nominatur filius, de Agathocle potius intelligas, quam ut ego olim, de hoc Antipatro. Solan. Facilior est horum nominum permutatio, tam propter literarum, quam historiae adfinitatem. Turbarum enim satis uterque dedit; vid. *Justin.* compluribus locis. Facilior certe isthaec est permutatio, quam *Κυρηνίου* in *Evang. Luc.* cum Quinctilio Varo, quem nobis inde effingit *P. Horreus* in Prodem. Miscell. Crit. Reitz. Parricidium Antipatri videtur *Lucianus* intellexisse, de quo *Justin.* XVI, 1. Nam *Antiochi* Soteris in novercam Stratonicen amor, quem in hoc nomine *Wielandius* et *Schmiederus* invenisse sibi visi sunt, quapropter adeo pro Ἀντιπάτρου, Ἀντιόχου legendum esse censuerunt, alienissimus mihi quidem esse videtur ab his prioribus *Luciani* verbis, quum eadem res in sequentibus demum verbis significetur, in quibus tamen ego mallem auctorem pro Σελεύκου scripsisse Ἀντιόχου. Vide, qui laudati sunt, scriptores ad Quom. Hist. Conscr. c. 36. Verum et Σελεύκου bene habebit, si, quae de Combabo De Dea Syr. c. 19. sq. narrantur, h. l. accipere velis. Sic omnis locus integerrimus haberi poterit. Lehm.

Ead. l. 17. Στρατονίκης) Respicit historiam, de qua ad Quom. Hist. Conscr. c. 35. et De Dea Syr. c. 17. Solan.

Pag. 150. l. 4. Ἑαυτὸν) M. et L. *B. 2. Par.* et seqq. Edd. in *Fl.* et veteribus plerisque ἑαυτῶν, prave. Solan.

Ead. l. 17. Ἀναγκαῖον et ὅπερ) Utrique adscripserat *Solanus*, et *Fl.* sic legere cum *J.* et *H.* Forsan ὥςπερ quassivit, in quo variatur Tyrannic. c. 11. quod ὥσπερ ut etiam hic non im-

probarem, ita vulgatam tamen non moverem, quae utique recte se habet, modo verba illa, ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, parenthesi inclusa intelligas, quod *Obsoporus* in Latina versione fecit, vertens, *quod et rhetores factitare consueverunt*. Sed apertius potuisset reddere, *quod et rhetoribus necessarium*. Nam si priore modo redditur, sonat ac si ὥσπερ, non ὅπερ legeretur. Reitz. Ὡσπερ Md. Reg. 2954. Bip.

Pag. 151. l. 2. *Χρησμὸς*) Tangit *Plut.* 910, 1. et *Orig.* c. Cels. pag. 63, 1. Vide *Herod.* in Clio p. 11. f. apud quem pro *λαλέοντος*, quod in reliquis est, legitur *φωνεῦντος*. Solan.

Ibid. Καὶ κωφοῦ) Tangit vetus oraculum, quod quidem sic apud *Plut.* Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω. Bourd. Laudatur etiam hoc oraculum a *Chrysostomo* in Babyla, et a *Luciano* in Jove confutato. Exstat totum apud *Herodotum*. Graev. V. *Herodot.* p. 11. f. Solan. Vel Ed. *Basil.* p. 9. ubi haec legas: ἡ Πυθὴ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, καὶ μέτρα θαλάσσης.
Καὶ κωφοῦ συνίημι, καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω.

Reitz.

Ead. l. 3. *Λαλέοντος*) Operae pretium videtur existimasse *Solanus* in hanc lectionem inquirere, quia Noster Attice potius *λαλοῦντος* dicere solet: sed quia *Herodoti* lectio illius menti obversabatur, Ionica dialecto hic usus videtur, licet *λαλέοντος* ibi ap. *Herodot.* non occurrat. Reitz.

Ead. l. 4. *Δημήτριον*) Hujus, dum alios multos recenset, non meminit *Diog. Laërt.* in Demet. V. pag. 134. Sed in Metrocle p. 161. A. De eo etiam *Seneca* de Benef. VII. 1. et 7. et ep. 20. 62. etc. monente *Menagio* in notis. De Demetrio eodem *Philostr.* p. 168. ubi vide notas, et nos ad Toxar. c. 27. *Suet.* etiam Vespas. c. 18. et *Noster* Demon. c. 3. et Adversa. Indoct. c. 19. Suid. de.

Ead. l. 5. *Κατηγόρει*) Constantiam hujus lectionis probe notarat *Solanus* noster, quam praeter Edd. ab eo notatas etiam servant *Ald. Flor. Sudm.* Ac tamen ἐκατηγόρει edendum jusserat: sic enim in *Junt.* adscripsit. Sed semel in errorem se abduci passus, et bis, ter alibi eundem errorem sequitur: nam *κατηγόρει* verum, *ἐκατηγόρει* falsum esse, vid. nos supra ad 2. Ver. Hist. c. 7. ubi testimonia complura dedimus. Reitz.

Ead. l. 9. *περὶ τὸ πρᾶγμα γοητευομένοις*) Diu, fateor, hic locus me torsit, ut bono inde sensu fruerer. Tandem decerno, eum esse corruptum, restituendumque id, quod, quantum prospicio, genuinum est; nempe *γοητευομένων* pro vulgato *γοητευομένοις*. Est oratio Demetrii Cynici continua et obliqua, qua ille arguit, saltatorem prorsus nihili esse faciendum. Quam oratio-

nem quia non modo non intellexit interpres, sed plane nescio quod ἀναπόλογον dedit, operæ pretium erit, eam vertisse. Ait ergo Demetrius: *Saltationem esse supervacaneam quandam tibiæ, fistularum, et pulsationum accessionem, qui nihil ipse ad fabulam conducat, at movent inanimum, stolidum, nihilque ingeniosi habentem motum, dum homines suscitentur ils, quæ actioni extrinsecus accedunt, veste nimirum serica, larva decora, tibiaque et lasciviis cantibus, cantorumque suavitate; quibus exornari actionem saltatoriam, ubi ipsa per se sit prorsus nihil.* Quam diversus hinc abit *Benedictus!* Immo si versionem inspicias, nihil dum plane inde sensum eruas: quod in posteriore hujus periodi parte jam ostendit *Gronovius.* Jens.

Ead. l. 10. Ἐφιστανέναι) Em. *Jensii*, quam confirmant B. et L. Reliqui libri et ipse M. ἐφιστενεγκεῖν. Sorani.

Ead. l. 12. Οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ἐν τῷ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα) *Obsopoeus: quibus exornaretur, negotiaquam saltatoria esse officium. Benedictus: quibus exornari saltatorem nihil est opus,* ac si legisset hic μὴ δεῖσθαι. Sed temere. Et illi non hactenus accusaverunt, tanquam ornamenta saltatori non conveniant, sed ipsum saltatorem esse rem nullius momenti ac boni. Debuerunt Latine dare sensum clarum, quem præbet *Lucianus* in Græcis, nempe, *quibus exornari actionem saltatoris, cum ipsa in se nihil prorsus esset.* Gron.

Ead. l. 16. Ἐδεήθη τοῦ Δημητρίου μεγαλομοιρεστάτης, εἰπεῖν, τὴν δέησιν) *Petiit a Demetrio aequissimam, ut mihi videtur, petitionem,* rem aequissimam postulavit. Sic *Aeschynes* Κτησίφ. δεησόμεθα ὑμῶν μετρίαν δέησιν, *rem non magnam a vobis petemus.* Graev.

Pag. 152. l. 3. Κνημοῖσι) Interpositum *scamilla* (fluctuant libri inter *scamilla, scabilla, scabella*) non segre ferant, qui legerint *Rubenium* de Re vest. 2, 16. et quæ viri docti ad *Suet.* Calig. 54. Ἐδεσμοῦ ὑπόδημα ad eundem usum laudat. *Noster* infra §. 83. Gesn.

Ead. l. 11. Δημητρίου) Vid. *Phil. Caroli* obs. in *A. Gell.* c. 5. L. I. Animadv. III. p. 41. La Croze. Uberius de hoc Demonactis magistro egit *Wielandius* in versionis suæ Vol. III. p. 266. sq. Lenz.

Ead. l. 14. Ταῖς χερσὶν) Hinc Lesbonax Mitylenæus vocavit eos χειροσόφους, et Lexiphanes *Luciani* p. 584. Leg. *Athen.* c. 8. et 16. lib. 1. et cap. ult. lib. 4. Cætera, quæ ad saltationem spectant, ut de Baucismo, Betarmo, Hormo, et aliis, fusius alibi. Bourd.

Pag. 153. l. 1. Βασιλικός τις ἔνδρομος) Bene monet *Hemsterh.* in marg. adeundum *L. Bos* in *Evang. Joan.* IV. 46. Illi

enim legas, καὶ ἦν τις βασιλικὸς etc. Ad quae *Bosius* ita commentatur: *Non putem per βασιλικὸν intelligi* aulicum *quendam, sive* ministrum regium, *ut Belgae interpretes et plerique alii volunt; sed potius* quempiam ex genere regio, agnatum aliquem Herodis. *Nam βασιλικοὶ Graecis dicuntur vel filii, vel agnati regum, quales Latinis* Regales *appellantur. Lucianus de Salt.* (h. l. ut vides) *Achilles Tatius L. VII. p. 447. dixit: ἦν τοῦ βασιλικοῦ γένους. Sic et Herodot. I. cap. 35. Φεὶξ μὲν γενεῇ, γένεος δὲ βασιληΐου. Ammian. XXI. c. 12.* Hos sequebantur potestate proximi Reges numero quinque, regalesque decem. *Ad quem locum videatur Valesius.* Addo *Chrysost.* Homil. 35. in *Joan.* pag. 697. Ed. Eton. qui utrumque designari posse ait, his verbis: Ἦσαν τοῦ γένους τῶν τοῦ βασιλικοῦ, ἢ ἀξιώμα τι ἀρχῆς ἕτερον οὕτω καλούμενον ἦγον. Reitz.

Ead. l. 4. *Ἡμίλλην γάρ τις ὢν, ἐνήγαγε σαὐτεῖναι*) Pessime sic nostra ex Ed. *Salmuriensi*, cum optime *Basilensis* (ἡμίλλην γάρ τις ὢν ἐνήγαγε) συνεῖναι. Gron.

Ead. l. 5. *Συνιέναι*) W. recte. Reliqui συνεῖναι. Solan. *Συνιέναι*) Vix dubitassem sic scribere vel sine Codice. Sic enim recte supra §. 62. Edd. habebant. Conf. superius Quom. Hist. c. 37. ubi συνεῖναι quoque Edd. priores pro συνιέναι. Sed recte συνιέναι ibid. cap. 44. Et Abdic. cap. 15. atque alibi. Licet rursus pro eo συνεῖναι legas in Edd. infra bov. Trag. §. 27. quod tu videbimus. Reitz.

Ead. l. 12. *Καθίκετο αὐτοῦ*) Sic supra Hermot. c. 63. Solan.

Ead. l. 15. *Κατὰ τὰ δ. τ.*) Ut Prom. in Verbb. cap. 2. Tim. cap. 33. et passim. Solan.

Ead. l. 16. *Οἷδε*) Interpres *Obsopoeus* legit ἥδε, vertit enim *ut haec.* Guyet: Nemo, haec quid velint, adsequatur. Ed. *Junt.* pro οἷδε vulgato legit οἵ δε: M. οἷδεν. Legendum οἵ δὲ γοῦν καὶ ἐν ἀστίνοις ἐπαινούμενοι etc. i. e. Qui itaque in hac arte laudantur, eo nomine reliquis praestare existimantur, quod etc. Intactus locus est, nec mihi mea valde placent. Proferant alii meliora. Forsan satius fuerit legere ἥδε. Solan. Puto dedisse *Lucianum* εἴωθε, quod deinde inter dictantem atque excipientem in οἷδε transisse potuit. Certe ita interpretatus sum. Gesn. Illud οἷδε certe intolerabile videtur, sed quia variis modis corrigi potest, et aeque in οἵδε — ἐπαινούμενοι, ac in οἵ δὲ — εναι, aeque, inquam, in εἴωθε, quam in ἥδε mutari, ideo nihil muto, quia incertum est, quid Lucianus reliquerit. *Gesneri* εἴωθε, optimum videretur, si cum ἐπαινουμένη satis commode cohaerere posset. Etsi enim alias participium pro Infinitivo usitatum, cum hoc verbo id *Noster* adhibere non solet. Reitz. J. *Saugerus* olim voluerat ἅτε

pro οἶδε. Sed postea vidit sana esse omnia, modo cum *Gronovio* verteretur. Nec mihi secus videtur. Quodsi tamen corrigendum sit, maxime placet *Valckenarii* σύνοιδε, cujus quidem vocis syllaba prima ab ultima praecedentis verbi absorpta esse potuit. *Gesneri* versionem, a *Reitzio* editam: *Solet enim in illis quoque laudari vehementer, cum* etc. mutavi, utpote a dubia, vel potius arbitraria nimis, lectione profectam. LEHM.

Pag. 154. l. 1. Τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις) *Benedictus: ut propositis personis gestu respondeat. Obsopoeus: ut personis in scenam introductis saltator per omnia gestu respondeat.* At nec id agit *Lucianus*, ut ostendat, id etiam in saltatoribus laudari, quod in quaque re laudatur, ut pictura, caelatura etc. ut nempe respodeant personis propositis, sed mens ejus est, eamque in interpretando sic exprimere debuerant: *Novit enim* (n. ὑποκρισις) *se in illis magis laudari eo, quod similis plane sit subjectis personis.* Innuit, vim ὑποκρίσεως maxime curari et valere in istis saltatoribus, cum non ita pulchritudo ejus in aliis artibus exseratur. GRON. Τῷ ἐοικέναι, id est, quasi ἐν vel ἐπὶ τῷ ἐοικέναι, *dum*, vel *propterea, quod similes se gerant.* Sic *Herodian.* III, 1, 5. τῷ μὴ ἔχειν μισθοφόρους, *si quidem mercenarios milites non habent.* Plura similia dedi alibi. Adde et Abdic. c. 5. οὐ τῷ μισεῖν ἐμέ. REITZ.

Ead. l. 3. Ἀριστέων) Non satis assequitur una vox Latina vim, quae subjecta est τοῖς ἀριστεῦσι. Sunt enim, qui insigne et eminens fortitudinis documentum ediderc, quod praemio dignum leges judicant, qui non *bene* tantum, sed *optime*, comparatione aliorum, gesserunt rempubl. Latina declamatorum schola *fortes* vocat simpliciter, aut *fortiter fecisse* dicit. GESN.

Ead. l. 9. Ὁ) Ita W. solus: vulgatam qui sequuntur, *solum* vertant necesse est. Qui *eundem* vertunt, ita legant, uti nos scribimus, si Graece sciunt. SOLAN.

Ead. l. 14. Ὦ παῖ) Ex *Pindaro* habet, inter cujus fragmenta reperies pag. 493. paullo aliter scriptum:

Ποντίου θηρὸς χρωτὶ
Μάλιστα νόον προσφέρων
Πάσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖ.

Ex *Plut.* 1690, 1. et 1801, 2. SOLAN. *O fili Polypi*, *Theognis*. LA CROZE.

Ead. l. 15. Ἴσχων) Illud ἔχων, quod W. suppeditat, nihili esse, patet ex archetypo, ex quo *Luciantus* hoc petiit. Desumsit enim ex *Theognidis* versu illo, quem *Plutarch.* περὶ πολυφιλίας citat, (teste *Sylburgo* in nott. ad *Theogn.* p. 150.) Πουλύποδος νόον ἴσχε πολύφρονος· ubi certe ἔχε in versu locum non haberet. At in ipso *Theognide* v. 216. sic legas:

Πουλύπου ὀργὴν ἴσχε πολύπλοκον, ὃς ποτὲ πέτρῃ
Τῇ προσομιλήσει, τρὶς ἰδεῖν ἐφάνη.

Quod quidem nihil refert; verbum ἴσχε tamen eodem modo ibidem ponitur. Reitz.

Pag. 155. l. 6. *Ἀθάμας*) Conf. supra §. 42. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἀερόπη*) Vid. c. 43. et Quom. Hist. Conscr. c. 8. Agamemnonis mater. Solan.

Ead. l. 9. *Τὰ μὲν οὖν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἑνὸς ἑκάστου ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχει*) Interpres: *Alia quidem, quae spectanda vel audienda exhibentur, unam quampiam rem ostendunt.* Ἕκαστος non est *quispiam.* Legendum ἑνὸς ἕκαστον ἔργου τὴν ἐπίδειξιν ἔχει, *cetera quidem, quae spectantur vel audiuntur, unam rem unumquodque ostendit.* Ἕκαστον, sc. ἀκούσμα, vel θέαμα. Graev. Eodem redit vulgata lectio, quamquam minus, quam *Graev.* emendatio, usui loquendi respondet. Lehm.

Pag. 156. l. 2. *Λεσβώναξ γοῦν ὁ Μιτυληναῖος, χειροσόφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπεκάλει*) Hoc damnat ipse *Lucianus* in Rhetorum magistro. Graev. Lesbonacti cuidam scribit *Apollonius Tyanensis* Ep. XXII. et LXI. sed alius sit oportet, *Philostr.* p. 391. et 404. Solan. Ille est, de quo *Suidas: Λεσβώναξ Μιτυληναῖος φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ Αὐγούστου· πατὴρ Ποτάμωνος τοῦ φιλοσόφου· ἔγραψε πλεῖστα φιλόσοφα.* Cf. Idem s. *Ποταμών.* Diversus autem ab illo, cujus declamationes duas nuper Lipsiae edidit *J. Conr. Orellius.* Lehm.

Ead. l. 4. *Τιμοκράτης*) Heraclcota. Demon. Vit. c. 3. Memoratur hic etiam apud *Philostr.* (p. m. 265.) 535. et describitur ut et philosophus, et vir disertus, qualem etiam *Lucianus* hic tradit fuisse. Aetas etiam et patria conveniunt. Sola errat Chronologia Sophistarum *Philostrati*, in qua circa annum 130. floruisse dicitur. Vide totam *Polemonis* vitam, et mecum senties. Solan.

Ead. l. 8. *Πλάτων*) *Plat.* Polit. p. 506. A. Solan.

Ead. l. 9. *Ἐπιδείκνυται*] Conjunctivi formam peculiarem ἐπιδεικνῦται scribi vult *Struvius*, subtilissimus rerum grammaticarum arbiter, in Gramm. Gr. p. 180. Quid *Matthiae* decroverit de verborum — *νμι* forma Conjunctivorum, non clare patet ex iis, quae in Grammat. majori §. 204. 4. docentur. Tria enim *Platonis* loca, quae ibi afferuntur, corrigere nunc velle, nunc nolle, videtur. Sunt autem haec: Phaedon. Tom. I. Ed. *Stallbaum.* p. 101. 102. ὅπως μὴ ἅμα ἀποθνήσκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδάννυται ἡ ψυχὴ etc. Mox ibid. δεδιέναι, μὴ ὡς ἀληθῶς ὁ ἄνεμος — διαφυσᾷ καὶ διασκεδάννυσιν. Gorg. Tom. III. p. 30. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν, εἴ τιν' ἀποκτίννυμεν, in quo postremo loco B. 2. ὅταν habet pro εἴ, contra Codicum

auctoritatem, quamquam per se non male. Verum quum iidem Codd. vulgo non circumflexam, sed acutam formam praebeant, teste quidem diligentissimo *Stallbaumio*, qui hanc potissimum fidem, quamquam non temere, secutus est; et quum in nostro quoque *Luciani* loco constans sit scriptura ἐπιδείκνυται nec in *Platone*, nec in *Luciano* novas res statuo esse moliendas. Lehm.

Ead. l. 11. Τοῦτο μὲν γε). An τὸ κωλυσιεργεῖν τὰ παθη; Guyet.

Ead. l. 14. Ἀριστοτέλους) Felicitatem *Aristoteles* tribus in rebus sitam esse vult, in animi, corporis et fortunae bonis. Vid. *Eth. Nic.* I. Solan.

Ead. l. 15. Καὶ μέρος τρίτον) Imo καὶ μέρος δεύτερον. Nam τρίτον τὰ ἐκτός. Ipse in Eunucho: καὶ μὴ φοβοῦ καταφρονεῖν χρημάτων, ἄλλο τρίτον τι ἀγαθὸν καὶ τοῦτο οἶσθα. Marcil. Locus *Luciani* in Eun. quem *Marcilius* ob oculos habuit, est §. 3. non longe a fine. Reitz. Putide *Marcilius*. Res sic se habet: *Aristoteles* Ethic. I, 8. bonorum, quae felicitatem efficiant, triplex constituit genus, his usus verbis: τετριμμένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς (fortunae) λεγομένων τῶν δὲ, περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα etc. In quibus nec ipse *Aristoteles* ordini huic bonorum quidquam tribuit, nec *Lucianus* noster et in neutro quidem loco; adeo, ut τρίτον sit *tertium quiddam*, τρίτον τι, non τὸ τρίτον. Lehm.

Ead. l. 16. Ἤκουσα δέ τινος καὶ περιττότερόν τι νεανιευομένου ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστικῶν προσωπείων σιωπῆς, ὅτι καὶ αἰνιγμά τι Πυθαγορικὸν δόγμα αἰνίττεται) *Ceterum quendam audivi magis etiam subtilia quaedam de saltantium personarum silentio juveniliter affirmantem, id etiam Pythagoricum dogma subobscure significare.* Sic vertendus hic locus. De re ipsa *Athenaeus* lib. 1. Deipnosoph. Οὗτος (*Μέμφις*) τὴν Πυθαγορείου φιλοσοφίαν ἐπιδείκνυσιν ἥτις ἐστὶ, μετὰ σιωπῆς πάσῃ ἡμῖν ἐμφανέστερον σαφέστερον, ἢ οἱ τὰς τῶν λόγων τέχνας ἐπαγγελλόμενοι διδάσκειν, *enimvero hic* (Memphis pantomimus) *aperte demonstravit, quaenam Pythagoricae philosophiae vis sit, ut qui tacens omnia nobis manifestius indicaret, quam qui artem dicendi se docere profitentur.* Graev. „H. l. de re aliqua artis saltatoriae peculiari agit *Lucianus*; sed τῇ ὀρχηστικῇ non proprium esse τὰ προσωπεῖα ejus (Masks) silere, manifestum est; nam προσωπεῖα omnia semper silent. Legendum itaque — προσώπων (actors, characters)." Haec *Seagerius*; serviliter quidem inhaerens propriae vocis προσωπεῖον significationi, quae nihil aliud h. l. valet, ac si ipsi *homines personati* dicti essent. Sic igitur silere dicuntur πρόσωπεῖα ὀρχηστικά, i. e. *pantomimi ipsi*, quemadmodum τραγικὰ et κωμικὰ προσωπεῖα loqui potuissent dici. Neque adeo opus

est ulla emendatione. Ceterum silentium Pythagoreorum quinquennale h. l. indigitari, vix est, quod moneam. Lehm.

Ibid. Περιττοτερόν τι νεανιευομένου) *Magnificentius quid dicentem.* Guyet.

Pag. 157. l. 12. *Γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τε ἅμα καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε εἶναι*) Interpres absurdissime: *Etenim illud ego Gymnasiorum pulcherrimum et aptissimum esse affirmaverim;* cum vertendum sit: *ex omnibus gymnicis exercitiis illud pulcherrimum et venustissimum esse equidem dixero.* Graev.

Pag. 158. l. 2. *Τὴ αὐλοῖς*) Conf. supra §. 16 hujus Dissert. Reitz.

Pag. 159. l. 2. *Εὔφνα*) Alibi erat *εὐφνῆ*. Sed hic jam recte et constanter *εὔφνα* invenio. Viri. supra Alex. c. 5. Reitz.

Ead. l. 6. *Τὸν Πολυκλείτου κανόνα*) Confer infra de Mort. Peregr. §. 9. Reitz.

Ead. l. 10. *Καὶ*) Illud *γάρ*, quod sententia postulabat ante τοῦτο, inserendum duxi. Non agnoscit tamen M. Solan.

Ead. l. 12. *Οὕτως Ἀντιοχεῦσι*) *Jul.* Imp. Misop. Βούνω.

Ead. l. 15. *Τὸν Ἕκτορα*) Exstat epigramma in statuam Helladae Hectorem saltantis. Vid. *Anthol.* IV. 25. *Meurs.* Orch. Solan.

Pag. 160. l. 1. *Ὡς Ἀστυάναξ*) Legendum omnino *οὗτος Ἀστυάναξ*. Corruptio orta ex compendio, quo pronomen illud scribere solebant antiqui librarii: quod quam facile in *ὡς* transire potuerit, considerantibus illius formam apparet. Gesn. An *οἷος Ἀστυάναξ*; sic cogitabam ante. Sed visa conjectura *Gesneri*, ei facile concedo. Nam vulgata sensum commodum non habere videtur; licet *ὡς* etiam nominibus substantivis addatur, ut in fragm. *Menand.* 38, 2. *Ὡς ἔργον ἐν ζῇν ἐν πονηροῖς ἤθεσιν* pro *quantum opus*, vel *quam difficile est* etc. et Latini quoque adverbia sic adjungant nominibus substantivis, ut est in *Terentiano* illo, *ne parum leno sies.* Tamen *ὡς Ἀστυάναξ* vix ita subsistere poterit, etsi per ironiam sic interpretere, *o quam ille* (pro qualis, vel quantus) *est Astyanax!* scilicet habebit quidem sensum aliquem, sed minus commodum, quam si *οὗτος* legeris. Reitz. Possis etiam de compendio vocis *ὅλως* cogitare, quemadmodum cogitavit *Jacobsius* Pisc. c. 33. in verbis *ἀποτρόπαιον ὡς καὶ αἰσχρόν*. At nihil opus est emendatione, neque illic, neque hic. *Ὡς Ἀστυάναξ*, exclamatio est Antiochenorum, qua vellent, non vere illum saltatorem, nec omnino, agere ipsis videri Astyanactis personam, sed non multum certe abesse. Scilicet *ὡς* est *fere*, indicatque id, quod prope a vero abest. Conferas formulam *ὡς ἀλη-*

θοῦς, locum Piscatoria similem, aliaque ejus generis, quae nota sunt et certa. Lehm.

Ead. l. 2. *Κανανέα*) V. *Anson.* epigr. 88. et *Anthol.* II, 38. *Meurs.* Orch. Et *Eur.* Phoen. 185. 1190. Solan.

Ead. l. 3. *Προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν*) Est *impetum facere in Thebanorum moenia nobis, bestormen. Herodianus* in V. *καὶ προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν. Idem* in VII. *προσέβαλλόν τε τοῖς πύλαις καὶ τοῖς τείχεσιν. Xenophon* in III. Hellenicon, *ἐνταῦθα μὲν Ἑλληνικὸν προσβαλοῦσα τῷ τείχει.* Graev.

Ead. l. 6. *Τῆς θυμέλης*) Thymelen, orchestrae partem, medium, locum proprium, et in centro totius theatri positum, eorum, qui spectaculo esse deberent, satis eleganter ac dilucide declaravit *Boindinus* in Comment. Acad. Inscript. Tom. I. p. 186. Ed. Holland. Gesn.

Ead. l. 14. *Χειρονομίας*) *Χειρονομία* diversa a saltatione. Gesn. At quis hoc nescit, aut negat, *Gazaeus?* Accedit tamen et conjungitur imprimis cum saltatione *Pyrrhicha* vocata, aliisque, nec minimum ejus ornamentum habetur. Etsi ego cum *Ciceronе* potius dico, *Nemo saltat sobrius.* Reitz.

Ead. l. 15. *Καὶ Ἡρακλέους ἐν πυγμῇσι κακῶν*) Lego *ἐν ἀσκῷ σει*, et sic etiam legisse videtur interpres. Aliquis posset etiam jure suspicari legendum esse *κακῶν*: nam pugillatus, in quo plagas multas pati necesse erat, potius videtur dici debere *ἄσκησις κακῶν.* Palm. Non procul a vero abibat *Palmerii* conjectura, cum *πυγμῇσι* sic corrigebat: verum cum Edd. cett. habeant *ἀθλήσει*, ejus emendatione nihil opus est. At *κακῶν* hic locum non habet, quia Mercurius, Pollux, Hercules, vincere sueti in pugilatu, non tam plagas accipiebant, quam dabant. Robur enim Herculeum etiam in saltatione exprimi, vid. supra § 73. Cur itaque ad ejus et reliquorum facta heroica non respiceretur, causae nihil video. *Τὸ καλὸν* autem pro *laudabili, glorioso* nunquam pari, *Stephanus* in Thes. dudum docuit. Reitz.

Ead. l. 16. *Ἀθλήσει*) Verissima lectio, quam non vidit *Palmer.* Exstat autem in M. et omnibus impr. excepta *B.* 2. et 8. Solan.

Pag. 161. l. 1. *Ἡροδότῳ*) Vid. *Herodot.* I, 8. Solan.

Ibid. Τὰ δ' ὀμμάτων) Hinc *Plautinum* illud: *pluris oculatus testis unus, quam auriti decem. Ὁ λογοποιὸς ὁ θούριος ὄντα εἰπεῖν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα. Jul.* imp. ad Leontium. Vorst.

Ead. l. 6. *Νηπενθές τε καὶ ἄχολον*) Vid. *Hom.* Od. *Δ*, 221. Solan. De hoc Homerico *nepenthe* vid. eruditam *G. E. Stahlii* Dissertationem. Item *Petr. Petiti* Dissert. de nepenthe *Homeri*, sive de medicamento Helenae luctum omnemque animi aegritu-

diem absolute, opere *Graevii* edito Traiecti an. 1689. ut refert *Casp. Burman.* in Traiecto Erudito p. 120. REITZ.

Eod. l. 12. *Κεχλεύσεται*) Rursus passivum praeteritum active intelligendum. Vid. *Jun.* ad *Fyniamit.* c. 12. et nos alibi nota eumel. REITZ.

Pag. 162. l. 6. *Σολοικίας — ἐν τῇ ᾠχρᾳ φωνῇ*) Sic elegante etiam apud *Philostr.* pag. 541. Cum Tragicus actor, ὦ Ζεῦ, o Jupiter, exclamans, manu terram ostenderet, et ὦ γᾶ, o terra, vultu in coelum erecto diceret, praesidens Polemon exegit virum, οὐσιωτὶ χυρὶ ἐσολοίκας dicens. Alium hujus vocis elegantem usum vidisti jam supra in Nigrin. c. 18. *Soloe.* Quod *Solanis* monet conferendum cap. 18. Nigr. id. jam est §. 31. REITZ.

Eod. l. 17. *Ἄλλῃ*) Pluralis adverbii vice. Conf. supra dicta ad Quom. Hist. §. 48. REITZ.

Eod. l. 8. *Οἱ δὲ εὔρυθμα μὲν, τὰ πράγματα δὲ μετρίως ἢ πρόσφορα*) Obscure interpres: *illi vero concinne quidem, sed ad prioris vel posterioris temporis saltationi accommodate.* Quid in hoc vitii, si sub tempore illa saltat? Verte: *illi vero concinne, sed tempore tamen tum posteriora vel priora repraesentat*; dum quod tempore posterius est, prius saltat, vel vice versa. GRAEV.

Eod. l. 10. *Τὰς γὰρ Διὸς γενὰς ἀρχομένους τις*) Interpres vertit: *quidam enim Jovis parentes — repraesentans*, et videtur legisse, τοὺς γὰρ Διὸς γονέας. Sed multo melior vulgata lectio γενὰς, id est, *nativitates, natalitia.* PAUW.

Eod. l. 13. *Πινύσκει*) V. cap. 42. *Solec.* Cognatae nempe hic etiam fabulae, ut modo Saturni cum Ope et atque spulae Thyesteae. Ponimus, quia nota nimis vulgatum est, et *Apollodoro* l. 28. Misit Medea inductae sibi a Jasone Glaucae πέπλον μαρμάρων φορμάκῳ, ὃν ἀμφιεσμένη ταχὺ τοῦ βαπτοῦντος εἴσεσθαι πυρὶ λάβρον κατεφλέγετο. Pexit itaque simili fere modo Glauce Medeae pellax, ac Semela Junonis, quae res fraudi fuit Pantomimo, ut utramque fabulam misceret. GRAEV.

Pag. 168. l. 1. *Ὅλως δὲ τὸν ὀρχησταὶν δεῖ πανταχόθεν ἀκριβοῦσθαι, ὡς εἶναι πρὸς πᾶν εὔρυθμον σύμμορφον σύμμετρον αὐτὸ ἑαυτῷ ἑοικός· ἀσυκοφάντητον· ἀνεπίληπτον· μηδαμῶς ἐλλιπὲς· ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις· ὀξὺν· τὴν παιδείαν· βαθὺν τὰς ἐννοίας· ἀνθρώπινον μάλιστα.*) Locus fuit integer exhibendus, ut vitiosae distinctionis naevi conspici et corrigi possint. Patet, omnia illa adjective ad τὸ πᾶν esse referenda. Sed quid, quaeso, est, ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον τὰς ἐνθυμήσεις; Malae distinctionis vitio haec laborant; quae (neque enim ulla mutatione alia opus est) si restituatur, pristino haec decori erunt restituta. Ita ergo distingue: Ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον· τὰς ἐνθυμήσεις ὀξύν· τὴν παιδείαν βαθύν· τὰς ἐννοίας ἀνθρώπινον

μάλιστα. Scilicet absolverat *Lucianus*, quae, eaque bene multa, ingeniosissime ad saltandi artis commendationem disputarat, singulis enumeratis, quorum gnarum oporteret esse saltatorem. Jam vero coronidis loco addit ea, quae posuimus. Quoniam vero et in his vertendis nescio quid potius, quam fidum interpretem, egit *Benedictus*, ea sic transfero: *Ut autem summatim dicam, oportet saltatorem undiquaque esse tersum et limatum, ut omne sit suis numeris absolutum, pulchrum, justis partibus constans, sibi ipsum per omnia conveniens, reprehensione et castigatione nulla dignum, nequaquam defectum, ex optimis mixtum ac temperatum, inventionibus acutum, subactae eruditionis*, (sic verto τὴν παιδείαν βαθύν. Eleganter βαθὺς τὴν παιδείαν dicitur is, qui longo usu est exercitatus. Sic βαθὺς τῆς ἡλικίας apud *Aristophanem* in Nubibus p. 156. Ed. Allobr. v. 5. cujus aetas provecta est. Video observasse id etiam *H. Stephanum*, cujus sententiam in voce Ἐμβαθυνὸς, mire confirmat hic *Luciani* locus, ita restitutus. Βαθυγλώσσοι quoque ab *Hesychio* exponuntur ἐλλόγιμοι καὶ ἀνδρεῖας. Conjiciunt eruditi ἀνδρεῖοι) *cogitationes homini maxime convenientes habens*: Eleganter sane ὀξὺν τὰς ἐνθυμήσεις dicitur ab *Luciano* id, quod quodam inventionis acumine valeat. Sic alibi dicit ὀξὺν ἐπινοῆσαι in eodem hoc libello §. 74. Μνημονικόν τε γὰρ καὶ εὑρετὰ, καὶ ξυνετὸν, καὶ ὀξὺν ἐπινοῆσαι; καὶ καιροῦ μάλιστα ἐστοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐτόν. Sic in Jove Tragoedo cap. 27. συνιέναι ὀξύς. Sic qui acerrimo odoratu valet, dicitur ὀξὺς τὴν ὀῖνα ab *Nostro* in Bis Accusato c. 1. Sic ὀξὺς τὰ ὦτα potest vocari is, qui distincte et acute audit; quamvis *Noster* in Deor. Concilio cap. 4. ubi Satyros vocat ὀξεῖς τὰ ὦτα, alio sensu id accipiat, nimirum pro eo, qui arrectas et in acutum desinentes aures habeat: quemadmodum hunc locum intelligendum esse, docuit *Turnebus* XVIII. Adv. c. 8. componens illud *Horatii*: *Aures acupedum Satyrorum acutas*. (adde *Long.* Past. L. 2.) Commode asserendus hic est locus *Aeliani* contra tentationem eruditissimi *Kuhnii*. Verba *Aeliani* sunt XI. *Hist.* c. 18. ἄνδρα φασὶ Σικελιώτην βίον βλέπειν ὀξὺν γενέσθαι, ὥστε etc. *Kuhnius legeret* ὀξύ. ὀξὺ βλέπειν enim *esse, quod Horatius dixerit* cernere acutum. Longe aliter sentiam hic ego, aliterque fere haec *Aeliani* intelligam, ac videtur intellexisse vir doctissimus. Etenim ut verum sit, ὀξὺ βλέπειν Graecis esse satis frequens, (quod multis probari posset exemplis: ita et ὀρθὰ βλέπειν apud *Aristophanem*, et istiusmodi locutiones aliae sunt frequentissimae) non tamen video, quid sibi vellet, γενέσθαι ὀξὺ βλέπειν. Ita namque foret haec dictio, si audiretur vir cl. At perspicuum est, haec *Aeliani* ita interpretanda esse: *homo quidam Siculus tanta oculorum acie dicitur fuisse praeditus, ut* etc. hoc est, *tam*

acutus dicitur fuisse, quantum ad visum, ut etc. Nempe ὀξὺς βλέπειν apud *Aelianum* eodem modo, quo apud *Lucianum* ὀξὺς ἐπινοῆσαι, συνιέναι, dicitur; quod idem ac ὀξὺς τὴν βλέμμα, ἐπινοίαν, σύνεσιν· ut ὀξὺς τὰς ἐνθυμήσεις, τὴν ὄψιν etc. quae vidimus. Prorsus ita *Homerus* quoque Il. Σ, 344. οὐδ' ἂν παῖς διὰ δρόμοι ἠέλιός περ, ὀξύτατος πέλεται φάος εἰσοράασθαι, *cujus oculus acutus est ad perspiciendum.* Jens. *Jensii* interpunctionem omnino necessariam, et quam *Solanus* quoque in *Junt.* ex ejusdem animadversione correxerat, hic expressimus. In *Par.* quidem priore membro hujus periodi commata tantum erant, inter singula adjectiva, eaque sufficere potuissent. Sed quia in Edd. antiquioribus puncta aderant, quae uterque retinuit, et ego ea servavi. In posteriore vero parte eadem confusio distinctionum alieno loco collocatarum erat in *Par.* quae in aliis, etsi haec alioqui ceteris aliquanto accuratior est in periodis dividendis. Reitz.

Pag. 163. l. 8. Ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ.) Ad partes haec *Lucianus* verba vocat *L. Bos* ad 2. Ep. ad Corinth. c. 3, 18. ibique κατοπτρίζεσθαι, et ἀποβλέπειν πρὸς τὶ ὥσπερ κάτοπτρον docet signif. *probe considerare, et ex eo exemplum sumere,* auctoritatumque satis adducit, quae hic non repetam. Reitz.

Pag. 165. l. 1. *Διτίλε τὴν κεφαλήν*) Exemplum huic simillimum de Aesopo lege apud *Plut.* in Cicer. non longe ab initio. Solan.

Ead. l. 3. *Παραπαίοντι*) Accidit hic quoque, quod saepe apud hunc scriptorem, ut dictionis suavitatem assequi Latina lingua, certe quanta in me est illius facultas, non possit. *Παραπαίειν* proprie et ad verbum est pulsando aberrare, ferire, quod non destinaverat: ponitur deinde, ut insanire, delirare certe, et a recta ratione aberrare significet. Hic Pantomimus, dum nimium ἐνθουσιαστικὸς est, et furoris non imaginem tantum, sed ipsum quasi corpus animo concipit, ferit, quod non debebat, παραπαίει, propria simul et translata significatione. Gesn.

Ead. l. 14. *Καταβὰς*) In theatro Romano sedent in orchestra Senatores, in quam facilis de scena proprie dicta descensus. Vid. *Boindinus* l. c. Gesn.

Pag. 166. l. 1. *Μαστιγώσῃ*). V. *Sophoclis* Ajacem, ubi furens oves conclusas, quos Graecos homines esse putabat, flagris caedebat, praecipue arietem Ulyssem. Unde et titulus *Αἴας μαστιγοφόρος*, qui tamen antiquus Scholiastae non videtur. Solan.

Ead. l. 6. Ἐπὶ μανίᾳ κατεγνωσμένον). *Vere ob insaniam notandum*, vertit *Jac. Elsner.* ad Ep. ad Gal. 2, 11. (*notatum* voluit) atque *Bezam* durius vertisse illa Apostoli, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, quod condemnandus esset: cum Latini Patres et Val-

gat: rectius dederint; *reprehensione, vituperatione dignus.* Quod ut non improbo, ita tamen *condemnandi* notionem saepe parum differre ab *improbandi*, *vituperandi* significatu, facile quoque probare possem, et utrovis modo κατεγνωσμένον pono. Nam cum κατεγνωσθαι proprie sit: *cognita causa judicor*, et plerumque de eo dicatur, qui caussam habet deteriorem; condemnatio autem, non omnis sit aeque gravis: hinc nihil mirum, si modo in mitiorem, modo in vehementiorem partem hoc verbum sit interpretandum. Sic active pro *condemnare*, et pro *deridere, perstringere*, accipi, monet *Scholiast.* ad 2. Ver. Hist. p. 20. ubi *Luciani* verba, κατεγίνωσκον — γραμματικῶν ψυχολογίαν, *damnabam* etc. quoque vertit *Gesn.* et recte; licet *improbabam, reprehendebam*, ibi eodem fere rediisset. Vid. quae ibi noto. Plures auctoritates in verbo satis noto addere non vacat. Adeat *Scheid.* in Ind. *Herodian.* qui testimoniis indiget, ac dijudicet, anne recte dicat, κατεγινώσκοντες τινὸς ἀνανδρίαν esse, *condemnantes*, vel *vituperantes alicujus imbellem animum?* At hic in *Luciano* verterem *eos qui se pro* (juste) *insanum judicatum*, vel *insaniae damnatum, accusatum*, sentiret. Reitz.

Ead. l. 7. Αἰτούντων γὰρ αὖθις τῶν συστασιωτῶν) Interpres rursus ita vertit: *siquidem postulantibus iterum aequalibus*; sed male: συστασιωτῶν enim hoc loco aliud significat, et uno quidem verbo Latine dici vix potest ejus vocis significatus, *fautor* tamen maxime accedit, sed generalius sumitur. Συστασιώτης ille est, qui a partibus saltatoris stat, qui illi favet, et est ex ejus factione. Nam diversae erant in theatro, ut et in circo, factiones, alii Bathyllo, alii Maesteri, alii Paridi favebant, et saepe ea de caussa in theatro στάσεις fiebant, unde vox στασιώτης; et composita συστασιώτης. Verte igitur: *postulantibus iterum partium ejus fautoribus.* Palm. Sed *Benedict.* jam sic dedit, vertens: *rogantibus enim factionis sociis.* Reitz.

Ead. l. 8. Παραστησάμενος τὸν ὑποκριτήν) *Benedictus: histrionem in theatro agens*, idque verborum serie multis modis commutata. At *Obsopoeus*, secutus *Luciani* ordinem: *adhibito repraesentatore:* quem sensum sane probem, modo Latine efferatur. Et cur *Benedictus* in praecedentibus voces illas οἱ δὲ ἐγέλων interpretatus est *alii laudabant*, nec maluit retinere *Obsopoeanum: alii ridebant?* quod omnino debuerat reponi. Gron. In l. παραιτησάμενος sed nihil muto, elegans enim est sensus vulgatae; Icarom. cap. 17. Jov. Trag. cap. 29. et passim apud Nostrum. Solan.

Pag. 167. l. 2. Κίρκης) Apud *Homer.* pro οὔτε legitur οὔτε, quod reducendum existimo. Solan.

Ead. l. 4. Θαῦμά μ' ἔχει) *Hom.* Od. K, 326. Solan. Usus *Noster* etiam supra Catapl. cap. 14. Quam dictionem et Germani sic usurpant, casune, an ex traditione, quis dixerit? Potuisset tamen frater Belgae Graecissanti inserere. Reitz.

Ibid. Οὔτι) Non modo adscripserat *Solanus*, οὔτε esse in *Homeri* l. c. sed et addiderat, Edd. *Luciani* male οὔτι habere. Mirabar utrumque. Nam aeque ut in *Luciani* Edd. ita et in *Homero* inveniebam illud οὔτι, tam in Ed. *Amst.* an. 1650. quam in antiqua Argentoratina. Verum in *Hervagiana* anni 1511. οὔτε quidem est. At in *Frobeniana* anni 1559. οὔτι etiam conspicitur, quod in *Eustathii* commentariis quoque repositum; quare id *Luciano* non abrogo, sed οὔ τι divisim scribo. Reitz. Non sic scripsit *Heitzius*. Neque sic opus erat, etsi in B. 1. sic scriptum deprehenditur. Nec denique in *Homero* ipso aliter, quam οὔτε conjunctim, edidit *Wolfius*. Sed quod Censor Editionis *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 245. *Gesnerum* dicit in versione Latina reddidisse lectionem οὔτε, injuste eum criminatur. Sensum enim interpres exprimere maluit, quam verba; et metro adstrictus paullo liberiorem se praebuit in eligendis verbis, quorum hic jam parum erat momenti. Leim.

Ead. l. 6. Ἐμπεδότερος) Vid. *Homer.* Il. Z, 352. Et Od. K, 240. Solan.

Ead. l. 9. Καὶ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει) *Homer.* Odyss. E, 47. Solan.

IN LEXIPHANEM.

Pag. 169. ΛΕΞΙΦ.) Per Lexiphanem in dialogo, qui hoc nomine inscribitur, intelligi *Pollucem*, qui Onomasticon scripsit, in quo omnia illa, quae hic irridet, obsoleta verba inveniri, memini olim in Scholiaste *Luciani* ἀνεδότου legere apud *Isaacum Vossium τὸν πάνυ*. Graev. (Hic liber ingeniosissime confectus velut latercalum quoddam est omnium dictionum ἀδοκίμων, quas semidocti homines *Athenaei* et *Luciani* temporibus, magno cum eruditorum fastidio, soliti usurpare. *Cas. ad Ath.* 168, 18.) De hoc opusculo ego non tam magnifice sentio. Librum deridet, in quo tot et tanta ridicula congesta erant. Quod non res tantum ipsa indicat, sed diserte ipse ait, cum *Lexiphanis* librum esse dicit. Sed an non quae ipse αὐτοπρόσωπος loquitur, insulsa et inficeta prorsus videntur? Si ergo *Luciani* opus sit, a juniore scriptum censeo; et *Athenaei* magni illud opus derisum. Viderint alii: mihi neque lubet, neque vacat nunc *Athenaeum* ipsum

eo consilio perlegere, ut de re tantilla pronuntiem. Hoc tantum monebo, *Athenaei* opus M. Aurelio imperante prodiisse. Vid. Q. C. in eoque omnia fere reperiri, quae hoc in opusculo ridentur, *Platonis* varium imitationem, voces exoletas, farraginem istam verborum ad convivium pertinentium, et quid non? sola personarum nomina discrepant, quae ridiculi causa a Nostro conficta sunt. Unde liquet, aut eundem risisse utrumque, aut *Athenaeum* ipsum a *Luciano* hic derisum. Solan. Dubitabam initio, aggredererne versionem hujus Dialogi, an deprecarer potius provinciam, qua me, immo quemquam bene fungi posse, desperarem. Cum enim totus prope sit in eo, ut ridenda proponatur affectatio eorum, qui verba antiquata, ficta, poëtica, a puro et simplici sermone aliena, consectantur, et tum mirifice se credunt esse locutos, cum sermo illorum a communi ratione maxime abhorret: frustra faerit, si quis speret, ea sic posse quacunque alia lingua reddi, ut, quid auctor sibi voluerit, aliquis Graece non doctus adsequatur. Itaque, quod de *Pollucis*, quem hic perstringi putabant viri docti, (post *Hemsterhusianam* praefationem equidem putare desii, et postquam vidi bonam partem verborum, quae hic reprehenduntur, non esse in *Pollucis* Onomastico) quod igitur de *Pollucis* Onomastico sentiunt, ut quisque est magis judex idoneus, plane non debuisse ad verbum verti: idem magis etiam de hoc libello existimem, quem non magis bene quisquam interpretetur, quam imperitos illos humilium convivarum in Trimalchionis coena sermones, quam obscurorum virorum epistolas, aut quemcunque in eo genere librum, ubi verba alterius quasi quadam parodia deridentur. Interea tamen cum quibusdam certe in locis videretur propius, quam adhuc factum est, ad sententiam auctoris posse accedi, non defugi laborem, parum licet facilem, et ob id ipsum vehementer molestum, quod omni labore parum scirem effici; sed hircum mulsisse superiores, me cribrum supponere. Satis tamen effectum putabo, si unus alterque studiosorum, qui Graece nondum satis sciat, naturam hujus scriptionis utcunque inde intelligat. *Utcunque* inquam. Qui enim velit efficere, ut recte omnia intelligantur ab omnibus, illum oportet verba, quae hic occurrunt, omnia ab emendato, sed simplici eodem, naturali, et minime affectato genere orationis aliena, primo e poëtis eorumque Scholiastis antiquis, atque undecunque demum conquisita, tum alia audacter nimis et absurde novata, explicare, utrisque ea substituere, quibus homines urbani, et neque obsoleti neque novatores, utebantur: oportet, quoties ludit, ut statim ab initio aliquoties, Lucianus, alliterationem illam enucleare, et v. g. dicere, cum νεοχμὸς, *novus*, illo tempore in usu communi non

esset, sed affectaret illam, ut antiquam et Atticam *Lexiphanes* aliquis, quasi tu *verborum ostentatorem* dicas; simulat Lycinus, sibi non bene perceptam vocem, sed, nescio quid, de *αὐχμῷ* putare illum voluisse dicere. Nempe *αυ* ea aetas sono ad *ο* inclinato debet pronuntiasse. Qui autem hoc ad verbum interpretabimur? quis dabit nobis vocabulum, quod *novum* significet, aeque *καινόζηλον*, quod similem lusum habeat, cui ita affine sit aliud nomen, *squalorem*, *siccitatem* significans. Invenit aliquid *Micyllus*, similem nempe lusum inter *calidus* et *squalidus*: lepide, nisi quod *calidus* pro novo nescio an auctoritate idonea dicatur? licet *calor inventionis* me non fugiat. Posui ego *musteum*, ut alter de *musto* agi intelligere se simulet. Sed ut *Micyllus novi* notionem non satis lucide expressit, ita ipsius *squalor* multo melius ad *αὐχμὸν*, quam nostrum *mustum*, accedit. Sed ferat forte haec aliquis. De reliquis quid fiet multis, ubi ungues omnes si derodas, frustra quaeras Latina idem significantia, aeque *καινόζηλα*. Quin sunt *ἅπαξ λεγόμενα* quaedam, in quibus omnis etiam conjectura deficit. Ut autem hominis eruditi esset, et, nobis certe, non injucunda animi adversio, de singulis disputare accuratius, quod fecit de plusculis *Is. Casaubonus* in *Athenaeum* libro 8. c. 18. 19. et 20. conferendus omnino, si quis amas talia, et *Lucianum* recte cupis intelligere; ita illud nunc facere tanto minus placebat, quod merito verebar, ne viri doctissimi, quorum observata simul eduntur cum nostris, pleraque omnia jam occupassent. Illud modo meminerint lectores, totum prope locum, quem e symposio suo recitat Lexiphanes, compositum et consarcinatum esse verbis vel licenter fictis, vel ex antiquitate repetitis poetica, vel alioqui *καινοζήλοις*. Gesn. Non solum *Pollucis* Onomasticon, sed etiam *Athenaei* Deipnosophistae, tum consilio tum argumento et forma, tanto a *Lexiphanis* nostri ficti opere ficto differunt, ut *Lucianus* non potuerit esse propositum, alterutrum istorum utilissimorum operum singulari libello perstringere. Neque enim placuerunt sibi auctores illi, dum utebantur obsoletis vel inusitatis, quae in censum veniunt, vocibus et formulis, sed referebant eas tantum, vel recensebant, ut diligentes ac subtiles Grammatici. Atqui *Luciani* libellum contra eos esse compositum scriptores illius aetatis, qui gratiam quandam et elegantiam in usu ineptissimarum locutionum quaesiverint, legenti statim in oculos incurrit. Ergo sub Lexiphanis persona quemvis potius alium suae aetatis scriptorem inficetum et obscurum, quem nunc, bene est, quod non amplius novimus, risisse putandus est *Lucianus* noster. Simile consilium contra pravos temporis illius historicos secutus est idem in libello inscripto: Quomodo historia sit conscribenda. Lehm.

Ead. l. 1. *Λεξιφάνης*) Cogor longiores in hunc Dialogum diatribas componere, ut cacozeli et antiquarii istius Lexiphanis quaeque vocabula ponderentur. De similibus, *Horat. Martial. Suet.* Aug. c. 86. et ibi interpr. Bourd.

Ead. l. 2. *Τητινόν τι*) *Ὡς ἀπὸ τοῦ χθὲς, χθεσινὸν, οὕτως ἀπὸ τοῦ τῆτες, τητινὸν, σημαῖνον τὸ ἐπέτειον, ἤτοι τοῦ αὐτοῦ ἔτους*, ex quo *οἱ Δωριεῖς* dicunt *σατές*, unde *σατάνιοι πυροί*. Leg. *Scholiast. Aristoph.* ad Nub. Bourd. *Τῆτες, τητινός*. Guyet. *Τητινὸν* de hodierno die usurpatum ab imperitis, evincunt, quae *Athenaeus* habet 98. B. *ἡ τῆτες ἡμέρα*, apud quem tot sunt iis similia, quae in hoc libro ridentur, ut aut eosdem riserint uterque necesse sit, aut ipsum *Athenaeum* Lucianus hisce petiisse censendus est. Solan.

Ead. l. 3. *Νεοχμὸν*) Ms. Reg. auctior voce una, nempe *νεομιδῆ*· per *νεοχμὸν* autem intelligit *νεωστὶ εἰργασμένον, ἀφ' οὗ καὶ ῥῆμα τὸ νεοχμῶ νέον ἔχω*, unde *νεοχόν*. Haec dictio etiam *Thucydidi* frequens, qua uti solet *ἀντὶ τοῦ νέον, προσφάτου*. Hanc Lexiph. postea vult significare *τὸ ἀρτιγραφές*. Bourd.

Ead. l. 6. *Κυψελόβυστα*) Ms. Regius habet *κυψελοῦντα*, sed recepta lectio melior est, magisque alludit ad illud pag. sequentis *ἐπιβύστρα ἢ Κυψελίς*. *Κυψέλη, κυψελὶς* et *κυψελλὶς* (sic enim ap. *Hesych.* et Interp. *Aristoph.* ad Pac.) *ὁ τῶν ὄπτων ῥύπος λέγεται*· dicitur etiam *τὸ ὀστρακοῦν ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τοὺς ἄρτους ἀποτίθενται*, sic dictum *διὰ τὸ κεκρύφθαι τὴν ἕλην*, ut vult doctissimus *Christianus* ad *Aristoph. εἰρ.* Sic etiam vocabant alveos e vitilibus, unde Cypselus rex Corinthiorum Aethionis filius, sic dictus, quod *ἀρτιγέννητος παρὰ τῆς μητρὸς κέκρυπτο ἐν τῷ κυψέλῃ*. Cujus posteritas diu postea Corinthi regnum tenuit. Dico ad *Pausan.* Tangit *Lucian.* pag. seq. dum ait *οὔτε Κύψελός τις οὔτε Περίανδρος*. V. *Scal.* ad *Eus.* Bourd.

Ead. l. 9. *Τὸ νεχμὸν*) Corrige *νεοχμόν*. Guyet. *Νεοχμὸν*, vox *Euripidi* familiaris, vid. p. 334. Ed. 1. (non invenio ibi.) Solan. Vid. Iphig. in Taur. v. 1162. Troad. v. 260. et saepius. Lehm.

Pag. 170. l. 1. *Ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀρίστωνος ἐν αὐτῷ*) *Benedictus: convivium ab illo Aristonis, hic diversum instituo. Micyllus: convivium in eo vicissim instituo contra Aristonis illud.* Certe hoc manifestius. Gron. Quamvis perierit ipsum *Athenaei* initium, ex argumento operis Graeco superstite satis liquet, *Platonis συμπόσιον* ob oculos habuisse *Athenaeum*, idque esse aemulatum, cum opus illud suum ordiretur. Sic enim postrema verba habent: *δραματουργεῖ δὲ τὸν διάλογον ὁ Ἀθήναιος ζήλῳ Πλατωνικῷ. Οὕτως γοῦν ἄρχεται*. Solan.

Ead. l. 3. *Τὸν Πλάτωνα*) Aliter *Apul.* de dogmate Platonis.

qui vult, Platonis patrem Aristonem, ipsum Aristotelem dictum. Fuit et Aristo Ceus, qui scripsit ἐρωτικὰ, de quo *Casaub.* ad *Athen.* c. 4. lib. 15. Bourd.

Ead. l. 9. *Τὸν μὲν εἴρωνα*) *Τὴν εἰρώνειαν.* Guyet.

Ibid. Πεδοῖ) Antique dictum pro *χαμαὶ*, *πρὸς τὸ πέδον.* Bourd.

Ead. l. 10. *Ἐπιβύστρα*) V. Schol. *Aristoph.* ad Plut. Bourd.

Ibid. Ἡ κνψελὶς) *Ὁ ὄνπος, Hesych.* Guyet.

Ead. l. 14. *Διαπεραίνομαι*) De hac dictione locus dicendi ad vitam Demonactis. Bourd.

Ead. l. 15. *Εὔαρχος*) *Εἰ καλὴν ἔχει ἀρχὴν, καὶ προοίμιον.* Hoc enim potissimum curabant miselli scriptores illi, ut exordium reliquo opere longe splendidius eligerent. Quod antea *Lucianus* notavit tractatu De conscribenda historia, et saepe alibi postea. Imitati illi praeceptum *Pindari* Od. 7. Olymp.

Ἀρχομένου δ' ἔργου, πρόσωπον
Χρὴ θέμεν τηλαυγές.

Citat *Lucian.* p. 848. (in Hippia c. 7.) Bourd.

Ead. l. 16. *Εὐώνυμος*) *Ἀγαθοῖς ὀνόμασι χρώμενος.* Qua de re copiose disserit tractatu Quomodo conscribenda sit historia. Bourd.

Pag. 171. l. 1. *Ἡ δ' ὅς*) Pro *ἔφη δὲ αὐτὸς*, habuimus et supra in Alex. cap. 43. Et occurret in hoc Lexiph. singulis paragraphis. Item Philops. c. 31. etc. quod ideo moneo, ne quis credat solis poëtis proprium esse. Reitz.

Ead. l. 2. *Περιδινησόμεθα*) *Περιέλθωμεν, γυμνασώμεθα.* De hac voce vide *Casaub.* ad *Athen.* Bourd.

Ead. l. 3. *Ἡλιοκαὲς*) Usitatum magis *ἡλιόκαυστον, κεκαυμένον ἐν τῷ ἡλίῳ.* Hac de re interpretes *Petronii* ad illa, *modica unctione usus.* Bourd.

Ibid. Πρὸς τὴν εἴλην θέρεσθαι) *Alciphr.* I. Ep. 12. pag. 48. *σπουδάζεται, ἔστιν οἷς δυναμένοις τῇ εἴλῃ θέρεσθαι, curae est, sicubi possimus apricari,* ut vertit *Bergler.* qui et hoc *Luciani*, et *Aristoph.* Eccles. 64. adducit. Reitz.

Ead. l. 4. *Ἀπιέντα*) *Πορευτέα.* Bourd.

Ead. l. 5. *Στλεγγίδα*) Interpretes *Persii* et *Apuleji.* Dixi ad *Petron.* Bourd.

Ibid. Καὶ βύρσαν) De hac balneorum supellectile omnes dixerunt. Bourd.

Ibid. Καὶ φωσώνια) Intelligit vestem cubitoriam, sive *κωμοιμάτιον*, (Debebat saltem *κοιμοιμάτιον.* Sed omnino est vox nihili, et ab ipso *Bourdelotio* nisi fallor, ficta. Lehm.) diminutum a *φώσσων, τὸ λινοῦν ἅρμενον. Hesychius.* Bourd. Alias *φωσσώνια.* Etym. *φώσσων, σινδών. φωσσώνιον λινοῦν τι ἤτοι σινδόνιον*

ἢ καὶ τὸ ἱστίον τῆς νεὼς etc. ἢ προσώπου τι ἐκμαγεῖον· λέγεται δὲ οὕτω καὶ τὸ παρὰ Ῥωμαίοις ὡράριον. Guyet.

Ibid. Ῥύμματα) Τρίμματα, σμήγματα, σαπώνια. Tangit *Casaub.* ad *Athen.* c. 10. l. 8. Scholiast. *Aristophan.* Acharn. Bourd. *Hesych.* Ῥύμμα, σμῆμα, καὶ ἡ σμηματοδοκὶς, σμηματοθήκη. Guyet.

Ead. l. 6. Ναυστολεῖν) Ναυστολεῖν τὸ βαλανεῖον, καὶ τοὐπίλουτρον νομίζειν, δὶς τὸ αὐτό. Sic *Aristophan.* Thesmoph. junxit ναυστολεῖν. Vult intelligi νομίζειν, ἀλλὰ καρπαλίμως νομίζειν. Bourd.

Ibid. Τοὐπίλουτρον) *Mercedem ablutionis.* Guyet. Recte *Guyet.* Olim enim vertebatur, *ablutoriam.* Reitz.

Ead. l. 7. Ἔχεις) Quia ante ἔχεις distinctionis nota nulla in J. erat, *Solanus* parenthesin fecerat ab ἔχεις ad ἀβολώ. Sed nos Parisinae et reliquarum distinctionem servavimus. Reitz.

Ibid. Ἐγγυοθήκην) Κιβώτιον hanc dictionem interpretatur *Casaub.* c. 13. lib. 5. Animad. ad *Athen.* Bourd.

Ead. l. 8. Ἐλιννύσεις) Διατρίψεις *Hesych.* Dicitur etiam ἐλιννύσεις, ἤτοι ἡσυχάσεις, λήξεις, ὀκνήσεις, σχολάσεις. Vide interp. *Aristoph.* Thesmoph. *Pollux.* Bourd. *Leop.* 20. Solan.

Ead. l. 9. Τρίπαλαι) Πάλαι. Bourd. Utitur *Aristoph.* Equit. 1150. τρίπαλαι κάθημαι. Reitz.

Ibid. Λουτιῶ) Ἐπιθυμῶ λουθῆναι. Bourd. De hujus generis verbis, quae dicuntur, desideativis egit *Valckenarius* in Obserr. critt. in loca quaedam N. T. (in Opusc. philoll. Lips. T. II. p. 251.) Refert huc etiam φαρμακῶν infra c. 4. (cf. *Eustath.* in *Hom.* Od. *A.* p. 54, 19.) λογᾶν c. 15. (*dicturio* apud *Macrob.* Saturn. VII, 2.) et ἀθηνιᾶν Pseudol. c. 24. Leim.

Ibid. Οὐκ εὐπόρως) Ἀδυνάτως. Bourd.

Ead. l. 10. Τράμιν) Ἀφεδρῶνα. Hanc vocem interpretatur *Erotianus.* Illud est, quod apud eundem *Erotianum* Lysimachus vocavit σφιγκτῆρα, ut emendavit doctissimus *Christianus* ad *Erotian.* et *Aristoph.* εἰρη. Vocat postea τὸν ὄρρον fine hujus pag. Bourd.

Ead. l. 11. Ἀστράβης) Sic vocem hanc interpretatur *Hesych.* τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων ξύλον, ὃ κρατοῦσιν οἱ καθεζόμενοι. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀναβατικῶν ὄνων, οἱ δὲ κατὰ τὸ πλεῖστον μὲν τὴν σωματηγὸν ἡμίονον οὕτως ἔλεγον· ἐνίοτε δὲ πάντα ἁπλῶς τὰ σωματηγοῦντα ὑποζυγοῦντα. Videtur autem Lexiphanes ex seqq. ἀστράβην posuisse ἀντὶ τοῦ ἡμιόνου· sequitur enim ἀστραβηλάτης ἐπέσπερχε, ἤτοι ἐκκοκόμος. Bourd. Vid. *Spanh.* 187. Et *Demon.* cum Schol. 389. Solan. *Alciphr.* II. Ep. 3. f. εὐθὺς πεμφθέντα πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῆς ἀστράβης φέρον. Ubi *Bergler.* ex Scholiasta *Luciani*, aliisque *Lysiae*, *Demosth.* et *Athenaei* testi-

moniis decet, ἀσπάβην Atticis *mulam* significare, *currui non junctam, sed qua velimur, equitamus.* Cf. et *Hesych.* Reitz.

Ead. l. 12. Ἀσκωλιάζων) Ἐφ' ἑνὸς ποδὸς ἁλλόμενος, dicitur et ἀσκωλίζων *Hesych.* apud quem rescribe ἁλλόμενοι ἀσκωλιάζειν. Illud est, quod Galli dicunt *aller à croche pied*, cum pes alter incurvatur. Hanc vocem multis interpretatur Scholiast. *Aristoph.* ad Plut. Bourd.

Ibid. Οὐκ ἀκμῆς) Μὴ κεκμηκώς. Bourd.

Ead. l. 13. Λιγυρίζοντας) Ἄιδοντας, quia ᾠδὴν λιγυρὰν dixerunt *Homer.* et *Hesiod.* De his rusticorum cantilenis *Long.* lib. 2. et 4. ποιμεν. Bourd.

Ead. l. 16. Ἄνδηρα) Τὰ χείλη τῶν ποταμῶν. De quibus dixi ad lib. 1. *Heliod.* Bourd. *Hesych.* ἄνδηρον, ἔχθος, καὶ τὰ χείλη τῶν ποταμῶν. Guyet.

Pag. 172. l. 1. Καύματα) Profert hunc locum *Casaub.* Animad. ad *Athen.* c. 19. lib. 3. Junge ab eo dictis interp. *Virg.* ad illud Georgic.

Boreae penetrabile frigus adurit.

Sic apud *Long.* lib. 3. ποιμεν. Κρύος μὲν ἦν ἐξαίσιον καὶ αὔρα βορειος ὑπέπνει. *Pisid. Cosmurg.*

Χειμῶνος ὥρα, καὶ τὰ δένδρα συντόμως
Ἐκ τῆς πυράγρας τοῦ κρύους παραίνεται.

Bourd. Pompejano tribuit *Athenaeus* 98. A. B. quem ὀνοματοθήραν σοφιστὴν vocat. Solan.

Ead. l. 2. Τὰ καύματα) *Uredines Plin.* l. XVIII. cap. 28. *Plerique dixere rorem inustum sole acri frugibus rubiginis consimilem esse, et carbunculi vitibus. Quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare.* Τὰ καύματα, *uredines, des jarsures.* Guyet.

Ead. l. 3. Ἀρώματα) Τὰ ἀρότρῳ ἐξειργασμένα πεδία, ἀροτριάματα, γεννήματα. *Hesych.* Schol. *Aristophan.* ad Pac. Bourd. Ad versum scilicet 1158. s. 1160. Ed. *Dindorf.* min. Scribitur autem in illo *Aristophanis* loco τἀρώματα, metro flagitante. Nec aliter in hoc *Luciani* Editt. B. 1. et 3. et hinc etiam *Reitz.* et recentt. exhibent. Sed ἀρόματα utraque *Aldina*, quam ego sequendam putabam, etsi Scholiastes noster ἀρώματα exaravit. De discrimine vero vocabulorum ἄρομα et ἄρωμα adeundus *Lobeck.* ad *Phrynich.* p. 227. qui quod vocem ἄρομα ignorari dicit a Lexicis, nunc mutabit sententiam, ex quo *Schneiderus* illam in recentissimam Lexici sui editionem recepit. Verum nec *Hesychius* hanc vocem ignoravit, qui quidem Tom. I. p. 565. Alb. ἀρόματα explicat per ἀροτριάματα. Neque ibi cum *Is. Vossio* ἀρώματα est legendum. Sed in *Suida* ἀρόματα pro ἀρώματα rescribendum esse, recte *Lobeckius* statuere mihi videtur. Lehm.

Ead. l. 4. *Ηπαττάλους*) *Ηπάτταλοι, εἴδη λαγάνων.* Bourd. Terrae plantas puto esse, quasi paxillos seu clavos. Dicit enim *Festus* in voce *impages: dicuntur agricolae pangere plantas, id est infigere,* quemadmodum scilicet clavi panguntur. Vorst.

Ibid. Σκανδίκων) *Hesych. Σκάνδιξ, λάγανον ἄγριον. Aristophani* mater Eurip. *Σκανδικόπωλις* dicitur. Guyet.

Ead. l. 5. *Βρακάνων*) *Hesych. Βράκανα, τὰ ἄγρια λάχανα.* Guyet.

Ibid. Κάχρυς) *Ὄσπριον.* Bourd.

Ead. l. 7. *Ἐδάρδην*) *Ἐδάρην.* Guyet. *Ἐδάρδην*, quod est in omnibus, quos vidi, editis, nihili esse puto. Legi et interpretatus sum *ἐδάρην.* Nota vocis *δέρω* significatio. Vidit idem, credo, *Micyllus*, qui vertit *attrivi summum podicem*, melius ad intellectum: sed volebam propius adsequi verbilegulum Lexiphanem. Gesn.

Ead. l. 10. *Ἀπολούμ.*) W. et *Fl.* uti vult *Casaubonus* emendari, ad *Athen.* 189. In aliis *ἀπολοῦμ.* Solan.

Ibid. Ἀποθρέξομαι) Quidam legunt *ἀποθρίξομαι*, depilabo. Bourd. Vertunt, *curriculo puerum ablegabo.* Emenda, *cùrriculo ad puerum ibo.* Guyet.

Ead. l. 11. *Αὐτὸς τὸν παῖδα*) Puto, hic excidisse praepositionem, legendumque, *ἀποθρέξομαι οὖν καὶ αὐτὸς ὡς τὸν παῖδα. Ἢ ὡς* inter dictantem et excipientem nimis facile perire potuit. *Κακοζηλία* non videtur in omissa praepositione, sed in composito *ἀποθρέξομαι. Λεκιθοπώλιδα*, quae statim sequitur, interpretari etiam licebat *ovorum venditricem*, si credimus Scholiis ad h. l. et ad *Aristoph.* Plut. v. 427. Gesn.

Ibid. Λεκιθοπώλιδι) *Τὰ ἀλιλεσμένα ἢ βεβρεγμένα ὄσπρια πωλούσῃ.* Bourd. Forte *λεκιδοπώλιδι. Hesych. Λεκὶς, ταροψίς.* Guyet. Ego nihil mutandum censeo, nisi quod majus *A*, quod in *Paris.* erat, quasi nomen proprium esset, sustulerim: nam quod et ibi, et apud *Benedict.* vertitur *Lecithopolidam*, nihili est: nec obstat quidquam, quin cum Scholiasta *Aristoph.* vertamus *ovorum venditricem*, ejusmodi enim conditionis, non nominis, feminam intelligendam patet ex seq. *γρυμαιοπώλῃ. Kusterus* ad *Aristoph.* Plut. 427. ubi *λεκιθόπωλιν* occurrit, ait: *Mirum est, Lucianum inter reliquas voces, vel barbaras, vel κακοζήλως formatas, et hanc Lexiphani suo tribuere pag.* 822. *Ed. Amst.* (i. e. h. l.) *cum Atticos olim ea usos fuisse, vel ex hoc loco Aristophanis constare possit.* Si *Guyetus* igitur ideo mutationem quaesivit, quia vox proba est, minus absurde egit. At non credo, eum de *Aristophane* cogitasse, alioqui addidisset. Reitz.

Ead. l. 12. *Γρυμαιοπώλῃ*) *Τὰς ὀπώρας πιπράσκοντι, ἢ ἰχθύδια ἐν τῇ ἰχθύι ἢ ἰχθυοπωλείᾳ*, apud eum, qui vendit piscium

intestina, sive quisquilias, quae γρυμαλαι ἢ γρυμέαι. De qua dictione *Casaubon* ad *Athen.* cap. 11. et 19, lib. 7. ubi reprehendit eos, qui sacculum vertunt. Inde *γρῦ hilum*, quales minuti illi pisciculi, de quibus *Apulejus* libr. 2. Miles. Bourd. *Hesych. Γρυμαία ἐσθής, καὶ ἀγγεῖον σκευοθήκη, ἐν ᾧ ἡ γρύτη· ἤδη δὲ καὶ λεπτὰ σκευάρια, ἃ καὶ γρύτην λέγομεν.* Locus corruptus est apud *Hesychium*. Guyet. *Γρυμέα* et *γρυμαία* promiscue dicebantur de *quisquiliis*, ut clare ostendit *Casaub.* ad *Athen.* VII. 11. p. 520. sq. *Γρυμαία* etiam *Hesychii* auctoritate confirmatur, quocunque tandem modo verba ejus legantur. Non video itaque, quid moverit *Lobeckium* (ad *Phrynich.* p. 230.), ut Lexiphani nostro *γρυμεοπώλην*, quam *γρυμαιοπώλην* adscribi mallet. Lehm.

Ead. l. 13. *Ἐπὶ τὰ Σέλγη*) Locus hic, ut alii multi in cacozelo isto, perobscurus: quem ut concipiam, altius repetenda mihi vocis originatio. *Σέλγη πόλις ἐστὶ Πισιδίας, ὅπου κακῶς ἔζων οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἀλλήλοις ἐκωμῴδουν*, ut testatur Scholiast. *Aristoph.* ad Vesp. Igitur qui totam hanc narrationem attente perlegerit, videbit, Lexiphanem voluisse intelligere *τὰ κοινὰ δεῖπνητήρια*, non tam hominum ad ea confluentium multitudinem denotans, quam res communes, sive viles, de quibus hic perpetuus sermo est: detorta sane metaphora, quidam hic legunt *τ' ἀσελγῆ* mendose. Bourd. *Τὰ Σέλγη*, loci nomen Athenis. Guyet. *Meursius* ex *Polluce* IX, 5. et X, 11. emendat in *γέλγη* mutans. Sed repugnant libri et M. Exstat *Eupolidis* fragmentum, in quo eodem, quo hic, sensu *γέλγη* reperitur. Vid. *Potter.* p. 88. f. Solan. *Meursio* adsentitur *Pierson.* ad *Moer.* p. 115. Lehm.

Ead. l. 14. *Πυριάτην*) *Τὸν ἐν κλιβάνῳ ὀπτηθέντα ἄρτον* alii tamen *πυριάτην* idem esse dicunt, ac *πύρν*, quod conveniret cum dulciariis. Interpr. *Aristophan.* ad Vespas. *Casaub.* quae Gallis *tarteletes*. Bourd. *Πυριατὸν τὸ Hesych. πυριάτης, colostrum*, i. e. lac primum, quod decoquitur. Aliter interpres. Guyet. *Bourdelotius* provocat ad Vesp. *Aristophanis*. Vid. igitur ibi v. 708. At *πυαρίτη* ibi legitur, et *Scholiast. Biset.* ait hoc magis analogicum esse, quam *πυριάτην*, etsi idem significet. Alter autem Scholiast. *πυριάτη* legit, et exponit, *τὸ ἐφθὸν γάλα* sive generaliter *τὸ πυρίεφθον* etc. Reitz.

Pag. 178. l. 1. *Ἐγκρυφίας*) *Ἄρτους τοὺς ἐν σποδῷ*. De quibus jam dixi, ubi de Empedocle cinericio. Bourd. *Ἐγκρυφίας* probum est. Ipse Noster alibi utitur Dial. Men. et Aj. seu Mortt. Dial. XX. Et *Hippocr.* Pop. Morb. VII. teste *Casaub.* ad *Athen.* pag. 209, 58. apud quem itidem exstat 110. A. Solan.

Ibid. Ἠήτεια) *Κρόμυα*. Hanc dictionem varie Grammatici efferunt, *γήτερ, γήθυα, γήτειον*. De quibus *Hes. Suid.* Bourd.

Ibid. Καὶ φύκας) Legendum φύσκας. *Hesych.* φύσκη, κοιλία, καὶ τὸ παχὺ ἔντερον. Guyet. Φύκη piscis reperitur in *Alexide* Comico apud *Athenaeum* III, 25. p. 107. *Casaub.* Et φυκία *Suidas* interpretatur ζῷα θαλάσσια. Lehm.

Ibid. Οἶβον) Τὸ ἐπιτραχήλιον, τὸ ὑπὸ τοῦ τραχήλου, τοῦ βοὸς κάλλιστον. *Pollux.* Guyet.

Ead. l. 2. Λωγάνιον) An λαγώνιον, seu λαγώνειον; *Hesych.* λαγώνεια, λαγοῦ κρέα. Guyet. Lege λαγώνειον, i. e. λαγῶα κρέα. Vorst. *Hesychius*, λαγάνιον τῶν βοῶν τὸ ὑπὸ τὸν τραχήλον κάλαμα. *Suidas*, Λωγάϊος, ὄνομα κύριον, σημαίνει δὲ καὶ τὸ στῆθος. Gesn.

Ibid. Φώκτας) A φώγω, i. e. φρύγω, seu φώζω. Guyet.

Ead. l. 3. Ἄβατον ἐποίησας) Ἄβατος ex eo genere est, ex quo ἄχρηστος et ἀφόρητος, cum hoc non *intolerabilem*, sed *nondum gestatum*, illud non *inutilem*, sed *nondum usurpatum* significat. Ita nempe ἄβατος ὁδὸς non *inaccessa*, sed *quam non opus fuit facere*. De prioribus duobus *Casaubonus* ad *Athen.* III, 18. Caeterum videtur *Atticionem* studio vocasse hunc servum *Lucianus*, ut absurdam Atticismi affectationem notaret, ac deinde *Onomacritum*, ac postea *Onomarchum*, quasi tu *judicem, principemve* nominum dicas; sic. *Hellanicum*, ut germanum *Graecum*. Gesn.

Ead. l. 4. Ἡ δ' ὅς) Vid. paullo supra ad pr. c. 2. Reitz.

Ibid. Σίλλος) Διάστροφος τοὺς ὀφθαλμούς. Bourd. Id est, *Strabo*, idem quod ἴλλος apud *Eust.* cujus fem. ἰλλίς. *Hesych.* δενδίλλω cognatum. Guyet. Rectius scribitur ἰλλός, quam ἴλλος. Sed σίλλος noluerim ego h. l. corrigi mutando in ἰλλός, ut voluerunt *Hemsterhus.* ad Hesych. a. v. ἰλλώπτειν, et *Pierson.* ad *Moer.* p. 205. Σίλλος enim male Lexiphanes usus esse videtur pro ἴλλος. *Hesych.* σιλλαίνειν, σιλλοῦν. τὸ διαστρέφειν, καὶ μυκᾶσθαι, ἀπὸ τοῦ, τοῖς ἰλλοῖς, τουτέστι, τοῖς ὀφθαλμοῖς, σίνεσθαι. Lehm.

Ead. l. 7. Ψύττων) A ψύττω. Quod etiam spiro significat, itaque inter varias hujus vocis acceptiones recte *Hesych.* ψύττα, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. Igitur ψύτταν κατατείνας, ταχέως δραμών. Bourd. Ψύττα, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. *Hesych.* aut. Epist. Saturn. 2. t. pag. 839. Ψύτται κατατείνασαι. Utrobique ψύττα legi, i. e. ταχέως, placet. Guyet. Vid. nott. ad Ver. Hist. I. c. 35. *Vorstius* conjicit legendum ψιττὸν, h. e. ταχέως. Sed nihil mutandum. In W. et *Fl.* Ed. ψύττα. Vid. *Eurip. Cy.* 565. A. Solan. Suspicabar legendum ψύττα κατατεινών, atque ψύττα esse ὀνοματοποιημένον, celeritatem motus indicans, qualia habent omnes linguae: suadere id mihi videbatur praeter Scholia ad h. l. ipse *Hesychius*, qui ψύττα, inquit, ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται. Est autem hoc κακόζηλον

maxime in scripto serio talia immiscere. Gesn. Sed ψύττας edidit *Bergl.* ex Vatic. Cod. in *Alciphr.* III, 24. f. p. 330. μὴ προαποθόμενος ψύττας παρά τινος φύγῃ. Reitz. Imo vero ψύττα κατατείνας in *Alciphronis* l. l. legendum, ut edidit *Wagnerus*, respiciens hunc *Lucianī* locum. Nec aliter idem *Alciphr.* III, 72. ἐγὼ δὲ ψύττα κατατείνας, ἢ ποδῶν εἶχον, ᾠχόμην, ubi verba ψύττα κατατείνας non debebat *Wagnerus* uncinis includere, ut recte censuit *Schaeferus* ad *L. Bos* de Ellipss. p. 121. qui quidem vir, ὁ κριτικώτατος, etiam h. l. ψύττα, praeeuntibus Ed. *Fl.* et Cod. W., restitui vult, et conferri jubet Epist. Saturn. c. 35. Ceterum ad verbum κατατείνας idem *Schaeferus* observat ὁδὸν esse mente cogitandum. Lehm.

Ead. l. 8. *Λαταγεῖν κοττάβους*) Παίζειν. Nam λαταγεῖν κοττάβους, ἢ κοτταβίζειν, εἶδος ἐρωτικῆς παιδιᾶς. Recteque *Hesych.* λάταξ, ψόφος κοττάβου ὁ ἀπὸ ποτηρίου γενόμενος. Recte, inquam, ille: nam ludendo, cottabos cogebant sonum emittere. *Valer. Max.* cap. 11. lib. 3. *Theramenes porrectam veneni potionem non dubitanter hausit, quodque ex ea superfuerat jocabundus illisum humo, cadum edere sonum coëgit.* Copiose de variis cottaborum generibus *Tzetz.* Scholiast. *Aristoph. Athen. Flor. Christian.* ad Vespas. *Theodor. Marcil.* ad *Horat.* Hic lusus apud Gallos *casse-pot.* Bourd. *Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. Juven.* Sat. III, 108. Vorst. Vid. *Athen.* 479. Et *Alex. ab Alex.* Solan.

Ead. l. 10. Ξηραλοιφήσω) Vid. *Hesychium*, apud quem rescribe ξηραλοιφεῖν. De his unctionibus *Theodor. Marcil.* ad *Pers.* Bourd.

Ead. l. 12. Ὁ γνώμων) Vid. *Al.* (In *Alexandro* quidem non invenio. Lehm.) c. 9. et Cronosol. c. 8. Ita vocat hemisphaerium, in quo γνώμων ostendebat horas, inquit *Salmasius* Plin. Exerc. p. 457. B. Ubi de horologiis veterum multa. Pro μέσην autem legendum μέσον. Antiquis tamen πόλος non horas, quas nunc vocamus, sed solstitia tantum et aequinoctia indicabat; quod pluribus in ea Dissertatione ostendit ὁ πάνυ. Solan. *Alciphr.* III. Ep. 4. pr. ὁ γνώμων σκιάζει τὴν ἕκτην. Ubi *Bergl.* et haec *Luciani* adducit. Reitz.

Ibid. Μέσην πόλον) Ἡ πόλος, i. e. περιφέρεια τοῦ ὡρολογίου. Guyet. Copiose de hoc loco disputat Salmasius Exerc. Plin. 446 seq. et inepta antiquitatis affectatione πόλον hic vocari horologium, cum alias notaverit machinam cavam cum gnomone solstitiis tantum indicandis comparatam. Gesn.

Ead. l. 13. *Λουτρῷ*) Τῷ ἀπολούματι, ὑνπώδει ὕδατι. Bourd.

Ead. l. 14. *Τῶν Καριμάντων*) An servos intelligit? compo-

sit. ex *Κὰρ*, et *ἰμὰς lorum*. Noti sunt *Κᾶρες* genus servile. Τὰ *Καφίαντες* vocab. comicum videtur. Guyet.

Ibid. Μετὰ τοῦ σύφφακος) *Συφακοειδοὺς ἄχλου καὶ χυδαίου.* Bourd.

Ead. l. 15. *Λυχνοπωῖ*) *Ἀμβλυώπῃ.* Bourd.

Pag. 174. l. 1. *Ἐπιτεθόλωσθαν*) *Ταράττειν, σκοτίζειν.* Bourd.

Ibid. Σαρδαμυκτῷ) De hac voce a me dictum antea. Bourd.

Ead. l. 2. *Φαρμακῇ*) *Φαρμάκων δεῖται.* Bourd. Quid si *φαρμακῇ* legendum, ut desiderativi verbi formam propriam accipiat? Sed laudantur etiam *μαχάω*, *φρυάω*, *δαιμάω*. Grav. Cf. *λογᾶν* c. 15. et quae supra notavi ad v. *λουτρῶν* c. 2. Lehm.

Ead. l. 4. *Ἀπερυθριάσαι*) *Ἀποκαθῆραι τὸ αἷμα τῶν ὀφθαλμῶν.* Bourd.

Ead. l. 5. *Λημελέους*) *Δύγρους, ἀπὸ τοῦ λημῶν καὶ λημῶν*, quae sunt *περὶ τοὺς κανθοὺς τῶν ὀφθαλμῶν πεπαγυῖας συστάσεις, ἰκρίουσαι τῶν ὀφθαλμῶν ἀκαθαρσίαν.* Sic pag. 871. Bourd.

Ead. l. 6. *Ἄπτα*) Conf. infra c. 21. ubi ἅπτα adspirate. Reitz.

Ead. l. 7. *Ἀπησθημένοι*) *Ἀποδυσάμενοι τὰ ἱμάτια.* Bourd. *Ἀπεσθίομαι, exuor.* Guyet.

Ead. l. 8. *Ἀγκωχειρισμῷ*) Genus luctae *ἀγκωχειρισμός*, qua solebant *ἄγκαις χερσὶ παλαίειν*· quoniam autem in plicaturis et nodis digitorum frequenter solebant vitam oppetere, *ἀγκύλειροι* dicti *ἀνδροφόνοι.* Bourd. *A pointe des bras.* Guyet.

Ibid. Τραχηλισμῷ) *Succollatione*, ut in Cynic. *τοῖς τραχήλοις ἄγειν*, *succollare*. Hanc luctae speciem Boeotii vocant *βασταγαχηλίζειν*. Vocabant enim Boeotii *βάστραγας τοὺς τραχήλους*, *Hesych.* Igitur certare *τραχηλισμῷ* est *ἀπὸ τραχήλου παλαίειν.* Bourd. *En se collectant. Lutter debout en s'embrassant par le milieu du corps.* Guyet.

Ead. l. 9. *Λίπα χρισάμενος*) Ex *Homero*. Bourd.

Ibid. Ἐλυγίζετο) Hanc vocem alibi interpretor. Bourd.

Ibid. Ἀντέβαλε τῷ κωρύκῳ) Hoc est, *περιελάμβανε τὴν κοιλίαν τοῦ ἀντιπάλου.* Qua de re dico ad *Heliodor.* lib. 10. Vide *Scalig.* ad *Euseb.* Hunc locum quidam capiunt de pila sparsiva. Unde genus exercitii, quod fit cum folle, dictum *κωρυκομαχία.* Bourd. Exercebatur illa, quam *κωρυκομαχίην* vocat *Hippocrates* de Diaeta 2. s. 16, 43, 1; it. de Diaeta 3. s. 17, 23, 3. *Κορυκοβολία* est *Aretaeo* diuturn. 2, 13. pag. 135. D. Boerh. Inde corrigendus *Caelius Aurelianus*, apud quem 5, 11, 134. Chericomachia legitur. De hac copiose *Mercurialis* de Arte Gymnast. 2, 4. p. 123. sq. ex *Antyllo* apud Oribasium. Cum videatur vir summus non satis attendisse, non alienum fuerit locum illum

hunc etiam referre, et interpretari. Sic autem *Antyllus*, ut e Vaticano Codice laudatur a Mercuriali, *Κόρυνος* (etiam in hoc nomine inter ω et ο fluctuant libri) *ἐπὶ μὲν τῶν ἀσθενεστέρων ἐμπίμπλαται κεγχραμίδων, ἢ ἀλεύρων, ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχυροτέρων, ψάμμου· τὸ δὲ μέγεθος αὐτοῦ πρός τε δύναμιν καὶ ἡλικίαν συναρμοζόμενον. Κρεμάννυται ἐν τοῖς γυμνασίοις ἄνωθεν ἐξ ὀροφῆς ἀπέχων τῆς γῆς τοσοῦτον, ὥστε τὸν πυθμένα κατὰ τὸν ὀμφαλὸν εἶναι τοῦ γυμναζομένου· τοῦτον δὲ χεροῖν ἔχοντες ἀμφοτέραις αἰωροῦσι, τὴν μὲν ἀρχὴν ἡσύχως, ἔπειτα σφοδρότερον, ὥστε ἐπεμβαίνειν ἀποχωροῦντι αὐτῷ, καὶ πάλιν προσιόντος ἐπείγειν, ἐξωθουμένους ὑπὸ τῆς βίας. τὸ δὲ τελευταῖον ἀφιᾶσιν αὐτὸν ἔξω τῶν χειρῶν ἀπώσαντες, ὥστε ὑποστρέψαντα* (leg. *ὑποστρέψ.*) *σφοδρότερον ἐμπίπτειν σώματι ἐκ τῆς προσελεύσεως. τὰ δὲ ὕστατα ἐπιπλεῖστον οἰκίσαντες* (videtur leg. *ὀκείλαντες* vel *ὠθίσαντες*) *αὐτὸν ἀποπέμπουσιν, ὥστε ἐκ τῆς προοδου, εἰ μὴ σφόδρα προσέχοιτο,* (f. *προσέχοιντο*) *ἀποφέρεσθαι,* (f. *ἀναφέρεσθαι.*) *Ποτὲ μὲν οὖν ταῖς χερσὶν ἀντιβαίνουσιν αὐτῷ προσιόντι, ποτὲ δὲ τῷ στέρνῳ, τὰς χεῖρας διαπετάσαντες, ἄλλοτε ἀποστρέφοντες κατὰ μεταφορὰν.* *Corycus* (saccum, *θύλακον*, diserte interpretantur *Hesychius* et *Suidas*) *ad usum imbecillorum*, qui eo exerceri volunt, *impletur acinis, aut farina; ad usum robustiorum vero arena. Magnitudo illius ad vires et aetatem exercendi accommodetur. Suspenditur vero in Gymnasiis desuper e tecto, ea a solo distantia, ut fundus sacci ad umbilicum exercitandi pertingat. Hunc manibus tenentes utrisque ita suspensum agitant*, (hoc significat hic *αἰωροῦσι*, ex notione τῆς *αἰώρας*) *primo sensim ac molliter, tum vehementius, ut cum abeunte sacco et ipsi una progrediantur, et iterum versus ipsos redeunte vi ipsius repulsi concedant. Denique vero repulsum illum emittunt manibus, ut reversus tanto vehementius accessu suo in corpus irruat. Ultimo quanto possunt impulsu atque impetu illum dimittunt, ut reciproco accessu suo, nisi valde attendant, evertantur. Aliquando quidem manibus occurrunt accedenti, interdum vero pectore, passis manibus, interdum aversi, tergum objiciunt.* Gesn.

Eod. l. 10. *Μολυβδαίνας χερμαδίους*) *Virgil.* 5. Aeneid. *Plut.* in Thes. Bourd. Conf. supra Alex. c. 25. *μολυβδαίνας — πέδας*, et videbis, cur neque hic mutare quidquam sim ausus. Reiske.

Ibid. *Ἀράγδην ἔχων*) *Τῷ τοῦ ἀράξοντος σχήματι.* Guyet.

Eod. l. 11. *Εἶτα συντριβέντες*) *Ἀλλήλους διατρίψαντες.* Hanc integram periodum interpretatur *Casaubon.* ad *Athen.* cap. 19. lib. 3. Bourd.

Eod. l. 13. *Τὸ ψυχροβαφὲς*) *Τὸ ἐν τῇ ψυχρᾷ πυέλῳ βαπτισθέν.* Bourd.

Ead. l. 14. *Διελφιδίσαντες*) *Δίαιαν δελφίνων κυβιστήσαντες.* Bourd.

Ead. l. 15. *Ἄλλος*) Ex W. et *Fl.* Ante legebatur *ἄλλος.* Solan.

Ead. l. 16. *Ἐξυφάνην*) *Ἐκτενιζόμην.* Hanc lineam profert et interpretatur *Casaub.* loco citat. ut et illud sequens *οὐ κηπίον.* Duae fuerunt apud Graecos usitatissimae tonsurae species, *σκαφίον καὶ κῆπος*, de quibus his loquitur, *τὸ μὲν σκαφίον τὸ ἐν χρῷ, ὁ δὲ κῆπος τὸ πρὸ μετώπου.* Scholiast. *Aristoph.* ad aves *Hesych. Pollux, Suid.* Bourd.

Ibid. *Ὀδοντωτῇ*) W. In reliquis *ὀδοντῇ.* Solan.

Pag. 175. l. 1. *Κηπίον*) *Κῆπος* seu *κηπίον* tonsurae species. Guyet. Duplex genus tonsurae hic indicari clarum est. Etiam hoc apparet, qui *κηπίον* tondetur, illi non opus esse pectine, opus esse, qui *σκαφίον.* Jam *κῆπον* et *κῆβον* esse simiae genus, notum est, loca veterum proferente *Spanhemio* Diss. 5. p. 248. Itaque notatur forte tonsura *ἐν χρῷ*, brevis admodum, qua qui utuntur, non habent quod pectant: *Scaphion* forte liberat frontem, aures, cervicem, crinibus, qui tegere illas partes possint, cranio autem, quod *σκάφη* appellatur, pilorum tantum, quod pecti possit, reliquit. Metuo, ne parum accuratus, aut certus sit Scholiastes *Aristoph. Bourdelotio* laudatus, cujus locus est *Ὀρνιθ.* 807. Gesn.

Ead. l. 2. *Τὸν κόννον*) *Τὸν πώγωνα, menti barbam, Hes.* Guyet.

Ead. l. 3. *Ἐθερμοτράγει*) *Τοὺς θέρμους ἔτρωγε.* Bourd.

Ibid. Τὸν νῆστιν) Prodigiosa translatio a gutture ad anum. Bourd. An jejunium, i. e. humores, qui a jejunis evomi solent? Guyet.

Ead. l. 4. *Ἐμυστίλατο*) *Ἐμυστιλᾶτο* legendum videtur a *μυστιλάομαι.* Guyet. *Aristoph.* Plut. v. 627. *μεμιστυλημένοι* habet, ι et υ inverso ordine, quam apud Nostrum, collocato. Ubi vid. Scholiast. *μιστύλη, ὁ κοῖλος ἄρτος καλεῖται* etc. Sed et vid. nott. *Spanhem.* qui ibi multus est in tradendo *μιστύλλην* et *μυστίλην* a Scholiaste confusa; cum posterius sit *panis cavatus*, secundum *Pollucem* etc. prius vero *carnium minuta dissectio:* deinvero fatetur, utrovis more idem posse significari Atticis, *μιστύλη, μιστύλλη*, et *μυστίλη*· et *μιστυλλᾷν* scribi ac *μυστιλᾶσθαι. Kusterus* autem similiter docet, promiscue scribi *μιστυλᾶσθαι* et *μιστυλλᾶσθαι.* Sed *μεμυστιλημένοι* etiam in *Aristophane* legit *Suidas:* quare in *Luciano* nihil mutem. Cumque *Hesych. μιστύλλειν* et *μιστύλαι* adferens interpretetur *τεμεῖν, κόψαι, μερίσαι, εἰς μικρὰ διελεῖν κρέα*, non dubitem, si vera est scriptura apud *Lucianum*, etiam *μυστίλειν* simplex· aeque rectum esse, ac *μυστιλᾶσθαι* contractum, adeoque non opus esse accentum cum *Guyeto*

συστέλλειν. Reitz. Non μυστίλειν simplici λ, sed μυστίλλειν, illud verbum est, unde nostrum ἐμυστίλατο descendit. *Hesych.* μυστίλλει. τέμνει. Sed in eodem pro μιστύλλαι, ut in Ed. *Alb.* est, μιστύλαι potius legendum, quam, quod *Reitzius* modo scripsit, μιστύλαι. De transpositione vocalium υ et ι res est nota. Neque adeo offenderit facile, quod μιστύλλειν et μυστίλλειν promiscue in usu fuerunt de eadem re. Lehm.

Ibid. Τοῦ ἐχθυηροῦ ζωμοῦ) Vel muria, vel garo: utrumque enim e liquore piscium; vide *Scalig.* ad *Auson.* Bourd.

Ead. l. 5. Φαυλίας) Τὰς ἐλαίας λευκάς. *Plin. Cels. Varr.* de Re rustic. Bourd.

Ibid. Ἐξόφει τῶν κριθῶν) Sic apud *Aristoph.* Vesp. τὴν φακὴν ὀοφήσομαι. Bourd.

Ibid. Τῶν κριθῶν) Potionem ex hordeo. Guyet.

Ead. l. 6. Ἔκειντο δὲ καὶ ὀκλαδίαι) De quibus in Lapith. et in Cynic. Ὀκλαδίαι, δίφροι, sive chiramaxium, sive sella gestatoria. Nam ὀκλαδίας, δίφρος ταπεινὸς ὃν οἱ ἀκόλουθοι φέρονται τοῖς εἰς τὰς ἀγορὰς ἐξιοῦσι πλουσίοις, καὶ πεποίηται τοὔνομα παρὰ τὸ ὀκλάσθαι, ut vult *Hesych.* Galli vocant *chaise brisée*, δίφρος συγκεκλασμένος, καὶ ποτὲ μὲν ἐντεινόμενος, ποτὲ δὲ συστελλόμενος, Scholiast. *Aristophan.* ad Equit. De hac sella gestatoria *L. Senec.* c. 12. de Brevit. vitae. *Martial.* Epig. 17. lib. 12. *Sueton.* Nero. c. 26. Vitell. c. 26. Hujus usum ulterius prosequi non est otii. Bourd.

Ead. l. 7. Ἀσκάνται) Εὐτελεῖς κράββατοι. Interpres *Aristophan.* σκίμποδα vertit. Bourd.

Ibid. Δεῖπνον ἦν ἐκ συμφορῶν) Dico ad illud *Petronii*, *Nos ut ad tam viles accessimus cibos.* Bourd.

Ibid. Ἀπὸ συμφορῶν) I. e. συμβολῶν. Guyet. Quas hic συμφορὰς dicit Lexiphanes, alii vocant συμβολάς. Notae sunt antiquorum συμβολαί. Caeterum turpiter in *Scholiastae* ad hunc locum verbis legitur, Συμφορῶν δὲ διαπαίζων εἶπε τὸν οὐρανὸν, pro ἔρανον· quod per se planum ac perspicuum est. Jens. Jocus hinc petitur, quod trito sensu *miseria* hac voce significatur, ex qua tristis sane coena conficitur. Solan. Συμφορὰν, quae *calamitatem* significat, posuit pro συμβολῇ *collatione*, ex etymo scilicet. Hinc pronum erat emendare Scholion, et legere, συμφορῶν δὲ διαπαίζων εἶπεν τὸν ἔρανον, vel τῶν ἐράνων· τὸν οὐρανὸν quidem nihili est. Sed piget observare talia, quae occupata merito suspicor a viris doctis, quorum notata una eduntur. Gesn. Συμφορῶν) Et sic ex Ms. jam correxi. Reitz.

Ead. l. 8. Τεια) Πόδες χοίρειοι. Bourd.

Ead. l. 9. Σχελίδες) Idem quod σκελίδες, pernae, *jambons.* Guyet.

Ibid. Ἠριαῖς) Copiose *Isaac. Casaubon.* ad *Athen.* cap. 16. lib. 3. Animad. Bourd. *Sumen*, abdominis partes. Ἠρίδια, τὰ μάζη Comicis. *Pollux.* Guyet. Ἠριαῖα) Sic et *Athen.* III. c. 16. p. 96. D. emendante hunc *Casaubono.* Reperitur autem etiam apud *Aristoph.* in Thesmoph. Partem suillorum intestinorum ἠριαῖα vocabant. *Casaub.* Solan.

Ibid. Τοιάδος υὸς) Vid. *Athen.* 101. A. Et *Casaubon.* not. Solan.

Ibid. Ἐμβρυοδόχον) *Sumen* (immo *vulva*) *foetaeque abdomina porcae. Martial.* Guyet.

Ead. l. 10. Λοβὸς ἐκ ταγήνου) Vel, ut in aliis, ἐκ τηγάνου. Nam idem esse volunt Grammatici, ut interpr. *Aristoph.* ad Equit. *Hesych. Poll.* Videtur autem λοβὸς ἐκ ταγήνου (sic enim Conviv. c. 38.) condimentum aliquod hepatis fuisse, de quo *Suid.* et *Poll.* Conficiebatur ex melle, sesamo, et caseo. Legend. *Hesych.* Sed fortean *Lucian*i stilo fuit λοπὰς, de qua dictione copiose auctores, quos nuper citavi. Bourd. Λοβὸς, *du foi cuit.* Guyet.

Ibid. Ταγήνου) Ita omnes impressi et M. Sic in Conviv. cap. 38. ἰχθὺς ἐκ ταγήνου. Sed ibi Coll. G. τηγάνου. Solan.

Ibid. Μυττωτὸς) Quid sit, docet *Scaliger* ad Moretum, sed ὑρίων μυττωτός ἐστι ἐκ σκορδίων. Bourd. *Moretum.* Guyet.

Ead. l. 11. Ἀβυρτάκη) *Casaubon.* ad *Athen.* cap. 35. lib. 3. tangit aliam hujus vocis interpretationem. Est enim hic ἀβυρτάκη βρῶμα βαρβαρικὸν ἐσκευασμένον ἐκ ταρδάμων, καὶ πράσων et aliis oleribus, unde apud *Hesych.* ἀβυρτακοποιὸς, ὁ τρίμματα καὶ ἐμβάμματα κατασκευάζων. Bourd. *Hesych.* ἀβυρτακοποιοῦ. τοῦ τρίμματα καὶ ἐμβάμματα κατασκευάζοντος. Guyet.

Ibid. Καρυκεῖαι) Aliis καρυκηΐαι, quod idem est. Intelligit autem ἀρτύματα καὶ τραγήματα πολυτελῆ. Bourd.

Ibid. Θρυμματίδες) Sic nominare solent omne genus dulciariorum ἢ ἀπὸ τοῦ θρύου, ἢ ἀπὸ τοῦ τρίβεσθαι, *Hesych.* Effertur autem haec dictio vel per ι, vel per υ, ut patet apud eundem Grammaticum, v. ἐνθρυμματίς. Bourd. Placentae genus: aliis *intritum.* Guyet.

Ead. l. 12. Θρία) Quidam simpliciter per θρία intelligunt φύλλα συκῆς, sed ibi capiendum est pro omni altili, quod vel συκῆς ἢ ἀμπέλου foliis involvitur, hoc autem vocabant ἐκκάπτειν. Leg. *Casaub.* ad *Athen.* c. 24. lib. 3. Bourd.

Ibid. Μελιττοῦται) Πάσσυλοι, μάζαι μέλιτι δεδευμέναι, quae et μελιτόεσσαι. Bourd.

Ibid. Ὑποβρυχίων τὰ σελάχια) Vocant σελάχια ὅσα ἄποδα. *Hesych. Suid. Poll. Casaub.* Bourd.

Ibid. Σελάχια) Piscium genus cartilagineum a σελάω, σε-

λάχω, σέλαχος, σελάχιον· quod nocte lucent. σέλας. Guyet. Σελάχια piscium genus cartilaginosum. *Galenus* in expositione vocum Hippocratis: σελάχεσιν. οὕτως καλεῖται ὅσα λεπίδας οὐκ ἔχει, καὶ ζωοτοκεῖ. Sic autem appellatur ἀπὸ τοῦ σέλας· quod ejus cutis noctu luceat. Σελάω, σελάχω. σέλαχος, σελάχιον. *Galenus* de alimentis Lib. III. Τραχὺ δὲ καὶ λαμπρὸν ἐν τῇ νυκτὶ τὸ δέρμα τῶν τοιούτων ἐστὶ ζώων (σελαχίων). *Plinius* ait, hujus vocis auctorem esse *Aristotelem*: quod falsum est, cum ea usus fuerit *Hippocrates*, ut ad *Aristotelem Jul. Cass. Scaliger* observavit. Verba *Plinii* sunt L. IX. c. 24. *Selache appellavit Aristoteles primus.* Occurrit autem haec vox apud *Hippocrat.* lib. 2. de morbis, et lib. 1. et 2. de semine. Menag.

Ead. l. 13. Τεμάχη) *Κόμματα dernes.* Bourd.

Ead. l. 14. Ἐκ σαργάνης) Σαργάναι δεσμοὶ καὶ πλέγματα γυργατώδη, καὶ κωπαΐδες, αἱ ἀπὸ τῆς κοπαΐδος λίμνης ἐγχέλεις. De quibus Scholiast. *Aristoph.* Acharn. et *Hesych.* Bourd.

Ead. l. 15. Ἀπώδης) An senex? Guyet.

Ibid. Παράσιτος) An altilis, domi enutritus in piscina? Placet. Guyet. Vertebatur tam in *Paris.* quam *Salmur. Piscis parasitus*, cum vertendum fuisset *opsonium*, ut me monuit frater optimus *G. O. Reitz.* Reitz.

Pag. 176. l. 1. Ὅλον ὅλον ἐπινοκαῖ) Ἐν πλιβάνῳ ὀπτηθέντα. Bourd.

Ibid. Λειπογνώμονος) *Qui ne marque plus.* Guyet.

Ead. l. 3. Τπόγεια) An radices, tubera terrae? Guyet.

Ead. l. 5. Ἀγλευκὴς) Ἀηδής. Bourd.

Ibid. Πονήρια) Leg. interpr. *Petron.* ad illud *cecidit mensa cum argento. Casaub.* ad *Athen.* c. 2. lib. 11. Bourd.

Ead. l. 6. Τῆς δελφινίδος τραπέζης) Τῆς πόδας ἐχούσης εἰς τύπον δελφῖνος ἐξειργασμένους. Quae Delphica vocabatur, de qua *Wower.* ad *Petron.* locum cit. Bourd. An Δελφιτίδος τραπ. i. e. Delphicae mensae, seu Delphicae ἐλλειπτικῶς. *Martial.* gloss. VI. Guyet. *Mensam poculorum Servius* vocat. *Casaub.* Animad. in *Athen.* Vorst.

Ibid. Ὁ κρυψιμέτωπος) Κρύπτων τὸ μέτωπον τοῦ πίνοντος. Bourd.

Ead. l. 7. Καὶ τρυήλης) A τρύω, *cavo*, unde trua et trulla pro truula, trula: τρυήλης, ut a ξύω ξυήλη, i. e. *radula.* Τρυήλης poculi genus videtur. An idem, quod trulla? a τρύω, τρύπω, τρύπη, seu τρύπα, τρυπᾶ etc. Guyet.

Ibid. Κέρνον) Leg. *Hesych.* Bourd.

Ead. l. 8. Βομβυλιὸς) Στρογγύλος, ut interpretatur Schol. *Aristoph.* ad Vespas. Bourd. In Excerptis a *Casaubon.* editis

Animadv. in *Athen.* pag. 784. *Θηρίκλειον Ῥοδιακὸν, οὗ περὶ τῆς ἰδέας Σακράτης φησὶν, οἱ μὲν ἐκ φιάλης πίνοντες, ὅσον θέλουσι, τάχιστ' ἀπαλλαγήσονται. οἱ δὲ ἐκ βομβυλίου μετὰ μικρὸν στάζοντες. ἔστι δὲ καὶ ζῷόν τι.* Solan.

Ibid. Γηγενῆ) *Ὀστρακινά.* Bourd.

Ead. l. 9. *Θηρικλῆς ὤπτα*) Interpretatur hunc locum vir cl. *Casaub.* ad *Athen.* c. 6. lib. 11. Bourd. *Θηρικλέους τέχνον, κύλιξ.* Citat hoc dictum *Athen.* quem vide et *Erasm.* in Adag. *Θηρικλέους φίλος.* Vorst. Athen. XI, 470. E. Et in eum locum *Casaub.* Thericlem alii *torneutèn*, alii figulum faciunt. Consule etiam *Bentleji* Dissert. de Phalar. Epist. quam Anglico idiomate edidit. Solan.

Ibid. Εὐρυχαδῆ) *Πλατέα.* Bourd.

Ead. l. 10. *Ἀνεμοφόρ.*) *Ἐλαφρότατα διὰ λεπτότητα.* Bourd.

Ead. l. 11. *Κυμβία*) *Στρογγύλα καὶ βαθέα.* Bourd.

Ibid. Φιαλίδες) *Στρογγύλα καὶ ἀβαθῆ.* Bourd.

Ead. l. 12. *Ποτήρια γραμματικὰ*) *Γράμματα ἔχοντα. Plaut.* Rud. Bourd. Eadem, quae ad *βομβυλιὸς*, Excerpta. *Γραμματικὸν ἔκπωμα, τὸ γράμματα ἔχον ἐγκεχαραγμένα. Ἀλεξις:*

Τὴν ὄψιν εἶπω τοῦ ποτηρίου γέ σου
Πρώτιστον· ἦν γὰρ στρογγύλον, μικρὸν πάνυ,
Παλαιόν, ὥτα συντεθλασμένον σφόδρα,
Ἔχον κύκλῳ τε γράμματα.

Quidquid erat literis inscriptum, Graeci *γραμματικὸν*, Latini *literatum* dixerunt. Sic *Plautus: frons literata;* et in Rud. de urna, *nam haec literata est, ab se cantat cuja siet. Casaub.* ad *Athen.* XI. apud quem etiam exstat *ποτήριον γραμματικὸν*, p. 466. E. F. Solan.

Ibid. Κυλίκιον) *Δοχεῖον.* Bourd. Alias *κυλικεῖον.* Sed ludit in ambiguo. Guyet. Non dubito, legendum esse *κυλικεῖον· εἴρηται γὰρ οὕτως ἡ τῶν ποτηρίων σκευοθήκη, Athen.* XI, 2. p. 460. E. ubi multis auctoritatibus demonstratur. *ποτηριολήπτης.* Gesn. *Κυλικεῖον*) Non dubitavi sic edere pro vulgato *κυλίκιον*, invitis libris: non modo admonitu *Solani*, qui in *Junt. ειον* superscripserat, pristino accentu acuto per errorem calami servato; sed et quia res ipsa clamat. Et recte quoque *κυλικεῖον* ex testimoniis *Athen.* XI. pag. 460. contra *Casaub.* adstruit *L. C. Valkenaer.*, in Animadv. ad *Ammonium* Grammat. p. 2. Reitz.

Ead. l. 13. *Ἐπνολέβης*) De quo *Flor. Christ.* ad Vesp. Interpretes *Macrobii* de Miliario. Bourd. Pompejano tribuitur apud *Athenaeum* 98. C. D. Solan.

Ibid. Ἐπέτρεπε) *Ἀναῤῥίπιζε. ἀνέπεμπε.* Bourd.

Ead. l. 14. *Ἀκροθώρακες*) *Μέσον πῶς μεθύοντες.* Bourd.

Pag. 177. l. 1. *Καχαρίδι*) *Ἐντρίμματι μυῤῥώδει.* Bourd.

Puto legendum *βακχαρίδι*. Dioscor. 3, 51. *βάκχαρις βοτάνη ἐστὶ θαμνώδης, εὐώδης, καὶ στεφανωματική*. Apparet igitur ad unguenta potuisse adhiberi. Gesn.

Ibid. Εἰςεκύλισέ τις) Lego *εἰςεκύκλησεν*, i. e. tanquam machinam rotis advexit, introduxit. Guyet.

Ead. l. 2. *Ποδοκτύπην*) *Τύμπανον*. Bourd. *Saltatricem*. Guyet.

Ibid. Τριγωνίστριαν) *Ὄργανον μουσικὸν, οὕτω ἀπὸ τοῦ σχήματος καλούμενον*. Leg. *Hesych.* verb. *τρίγωνον*. Bourd. *Τρίγωνον* instrumentum musicum, unde *τριγωνίζω, τριγωνιστής*, et *τριγωνίστρια*, ut *κιθαρίστρια*. Guyet.

Ead. l. 3. *Ἐπὶ τὴν κατήλιφα*) *Κλίμακα, ἱκρίωμα. Hesych. Poll.* Bourd. *Κατήλιφα*, tabulatum, *ἱκρίωμα* exponit *Hesych.* Guyet.

Ibid. Ἀναφρίχησάμενος) *Ἀνελθών*. Bourd.

Ibid. Ἐπιφόρημα) *Ἐπιφορήματα bellaria, παρὰ τὸ ἐπιφέρεσθαι τοῖς ὄψοις. Athen. Pollux.* Guyet.

Ead. l. 4. *Ὁ δὲ ληκίνδα ἔπαιζεν*) *Παρὰ τὸ ληκεῖν, ἢ ληκᾶν, κροτεῖν, βοᾶν, πρὸς ᾠδὴν ὀρχεῖσθαι*. Bourd. *Ληκίνδα ἔπαιζε*, i. e. *ὠρχεῖτο. Hesych. ληκᾶν, τὸ πρὸς ᾠδὴν ὀρχεῖσθαι*. An ad digitorum digitum saltare? Non displicet. Guyet.

Ibid. Ἐῤῥικνοῦτο σὺν γέλωτι τὴν ὀσφὺν) Diceret *Petron. risu latera commovebat.* Lego enim *ἐῤῥικνοῦτο. Ῥικνοῦσθαι, insultando lumbos agitare:* inde *ῥικνὸς*, de quo Grammatici. Bourd. *Ἐῤῥικρούτο*) An *ἐῤῥικνοῦτο;* Placet. Guyet. In marg. *A.* 1. *W.* erat, *ἐῤῥικνοῦτο*, vid. *Suid.* Ego quoque sic legendum arbitror. At quia dedita opera barbarizat, vulgatam alius non mutarit: sed cui ipsum *ἐῤῥικνοῦτο* non satis barbarum, alterum praeferat, ubi volet. Reitz.

Ead. l. 7. *Ὁ κατὰ νώτου*) An inustis in dorso notis, *μαστιγίας, flagris?* Guyet.

Ibid. Ποικίλος) Non notassem J. *πικίλος* habere, nisi ut monerem, idem vitium in Codd. saepe occurrere, ab corrupta dictantium pronuntiatione ortum, qui *ψιλοὶ* proferunt *ψίλ.* Reitz.

Ibid. Ὠκοπάταξις) Id est, *ὁ ὠτοθλαδίας, παγκρατιαστής*. Guyet. Corrige, *ὠτοπάταξις*, et vid. nos ad *Laërt.* in Lycone, pag. 208. (I. Ed. p. 128. B. C.) Menag. Jam probaveram *Menagianam* emendationem, qui ad *Diog. Laërt.* 5, 67. multis rebus firmat *ὠτοπάταξιν*, hominem, cui in certamine gymnico fractae essent aures atque contritae. Cum vero postea Eudemus ita morae suae rationem reddat, ut videatur in culina operam dedisse Damasiae athletae, potius est, ut credam, ad normam quasi illius confictum et eadem percussum moneta, forte per ludum, deinde

ea cacozelo scriptore usurpatum, ὠοκάταξις, non illepidum, si in loco ponatur, coqui epitheton. Gesn.

Ead. l. 9. *Λεῖρον*) Intelligit *γυναικεῖον ὄρμον, παρὰ τὸ ἡδὺ εἶναι*, ut quibusdam visum est. Bourd. *Ληρών τινα* lego. *Hesych. Ληροὶ τὰ περὶ τοῖς γυναικείοις χιτῶσι κεχρυσώμενα.* Guyet.

Ead. l. 10. *Ἑλλόβια*) *Ἐνώτια*, quidam *τὰ ἄνθη*. Interpretantur de his Scholiast. *Aristoph.* et *Pollux.* Bourd.

Ibid. Πέδας) *Χειροψέλλια.* Bourd.

Ead. l. 11. *Ἐπιδείπνιος*) *Ad repotia* vertitur. Verte: *post coenam.* Guyet.

Ead. l. 12. *Ἄδικος ἡ ἡμέρα*) *Ἡ μὴ ἔχουσα λόγον δικανικόν*, cum justitium est. Bourd. Pompejano tribuitur apud *Athen.* l. c. Solan.

Ead. l. 13. *Ἐχεγλωττίας*) In qua linguis dantur feriae, *τὴν ἀργὴν ποιοῦσαν τὴν γλῶτταν.* Bourd.

Pag. 178. l. 1. *Ἡμερόλεγδον ὡς*) *Ἡμερολέγδην* legendum videtur, vel *ἡμερολεγδόν*. Sed prius placet. *Τὸ ὡς* abundare videtur. Guyet.

Ibid. Τδρονομεῖσθαι) *Πρὸς ὕδωρ νεμόμενον τὸ μέτρον τῶν λέξεων.* Quod patroni dicerent ad clepsydram, nota res. Bourd.

Ead. l. 2. *Ὀπτὸς*) *Ὀπτὸς aestus*, et *visibilis*. Jocus in ambiguo. Guyet. Idem, sed jocose, apud *Athen.* 388. B. C. Solan.

Ead. l. 3. *Ἄχρηστα*) *Καινά. οἷς οὐδεὶς ἐχρήσατο.* Bourd. Nova, quibus nondum usi sumus. Guyet. Hunc soloecismum *Athenaeus* Ulpiano tribuit (97. E.) Et Pompeiano 98. A. Solan.

Ibid. Εὐήτρια) Inepte etiam *εὐήτρια* appellat calceamenta. Est enim textrinae vocabulum, et vesti subtili ac bene textae convenit. *Plato* in Polit. *λεῖον καὶ τὸ λεγόμενον εὐήτριον ὕφασμα ξυνάγοντα ἐξ αὐτῶν. Strabo* L. XV. *τὰς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας.* Hic fatuus *εὐ — ύ* — elegantes calceos significans dixit etc. *Casaub.* ad *Athen.* 188. Solan.

Ibid. Ἀφόρητα) *Μήπω φορηθέντα.* Bourd.

Ead. l. 4. *Ἐξέφρησα*) Et ineptum et *βλάσφημον* (lege *δύσφημον*) est pro *exii*, *ἐξέφρησα*, quod valet *ἐξέρρησα*, in perniciem abii. *Casaub.* ibid. Solan.

Ead. l. 5. *Ἀῤῥητοποιοῖς*) *Τοῖς τῶν μυστηρίων τελέταις.* De quibus locus alius dicendi. Bourd.

Ead. l. 6. *Ἄγδην*) *Τάπητος.* Vox Cretensis, de qua vide interpr. 12. tabul. Bourd. Obtorto collo, *par les epaules.* Guyet.

Ibid. Ὠνόμαζεν αὐτούς) Unice huc facit locus *Eunapii* in

Maximo p. 86. extr. *Τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅστις ἦν τοὔνομα, οὔ μοι θέμις λέγειν· ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα.* Gesn.

Ead. l. 10. *Ἐκάλει δ' οὖν με τοὔνομα*) Loco non suo hic comparent haec verba; sed ubi reponenda, mihi nondum constat: nec tanti hoc opusculum duco, ut diutius ei immorari libeat. Solan.

Ibid. Σπειραφείοις) *Τοῖς κυβευτηρίοις, διὰ τὸ ἐν σπίρῳ τὴν διατριβὴν ἔχειν.* Bourd. *Hesych. Σπειράφιον τὸ κυβευτήριον* etc. Guyet.

Ead. l. 11. *Ἐγκαψικίδαλος*) *Κίδαλον, κρόμμυον. Hesych.* Guyet.

Ibid. Αὐτρληκύθων) Vid. *Brod.* 549. et *Harpocr.* (consuli potest *P. Colvius* ad L. 2. Floridorum *Apuleji*, ubi hanc vocem copiose explicat) *J. Clericus* ad fragm. Menand. pag. 75. C. Solan.

Ead. l. 12. *Αὐτοκαβδάλων*) Simpliciter *αὐτοκάβδαλα* dicunt Grammatici *αὐτοσχέδια, καὶ ποιήματα εὐτελῆ.* Bourd. *Αὐτοκάβδαλον ἄλευρον, τὸ ὡς ἔτυχε φυραθὲν*, unde *αὐτοκάβδαλον σκάφος τὸ αὐτοσχέδιον. Suidas.* Guyet.

Ibid. Ἐνδρομίδας) De his calceis *Hesych. Tertull.* Bourd. *Ἐνδρομὶς* calceus cursorius, cursoribus aptus. Guyet. *Ἐνδρομίδας — βαυκίδας*) Cum sint plurima loca, quae confirment *Hemsterhusianam* sententiam, de non notato sub Lexiphanis persona Polluce: tum hic etiam apparet, reprehendi quemvis alium, forte non unum, *κακόζηλον*. Diserte enim *Pollux* 7, 93. *αἱ ἐνδρομίδες ἴδιον τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ὑπόδημα*, ac s. 94. *αἱ δὲ βαυκίδες πολυτελὲς ἦν ὑπόδημα.* Sed poenitet, ut dixi, adnotare talia. Gesn.

Ead. l. 13. *Βαυκίδας*) Baucides calceamenti genus crocei coloris, ut scribit *Pollux. Hesych.* vult *βαυκίδας ὑπόδημα γυναικεῖον πολυτελές.* Erant etiam albae baucides apud effoeminatos. Leg. *Casaub.* ad *Athen.* c. 4. lib. 4. Bourd.

Ibid. Ἀμφιμάσχαλον) *Ἱμάτιον.* Bourd. *Ἀμφιμάσχαλος χιτών*, et *ἐλλειπτικῶς, ἀμφιμάσχαλος*, i. e. tunica utrinque manuleata. Ingenuorum vestis; cui opponitur *ἑτερομάσχαλος*, servorum indumentum. Guyet.

Ead. l. 14. *Ἀμηγέπη*) *Κατά τινα τρόπον.* De hac voce consule Grammaticos. Bourd.

Ibid. Λαὲξ πατήσας) *Θαρσαλέως ἐκδύς.* Ut apud *Homer. λαὲξ ποδὶ κινήσας.* Bourd. *Gaignant au pied.* Guyet.

Ibid. Καὶ μὴν ὁ τέως αὐλούμενος ἤδη ἐμπεδός ἐστιν) *Micyllus: at vero ille, qui antea inter tibias et cantores perstrepebat, jam immobilis ac tacitus est. Benedictus* quoque non alio modo: *qui antea tibiae cantu recreabatur*, tanquam qui vinctus

sit, nequeat recreari tibiae cantu; cum tamen cantet vinctus quoque compede fossor. Itaque *Bourdelotius* notat esse λόγοις βαλλόμενος, quem sensum profecto ex praecedentibus affirmare omnino nequeas: neque id est contrarium antithetum sequentis ἔμπεδος, quod requiri videtur. Commodissime id expedivit pater, dum adscripsit, se correxisse ἀλώμενος, *hactenus vagans*. GRON.

Ead. l. 15. *Τῶς αὐλούμενος*) *Λόγοις βαλλόμενος*. BOURD. Verti, quasi legeretur ἀλλόμενος, saltans, exsultans lascive, ut respondeat illi λαξ πατήσας. Si quis αὐλούμενος melius intelligat, libenter, festinatum a me esse, confitebor. GESN. Mendum inveteratum in voce αὐλούμενος inesse, vix potest negari. Sed utrum *Gronovii* ἀλῶμενος, an *Gesneri* ἀλλόμενος, an vero alia quaepiam lectio, genuina subsit, equidem non dijudicarim. LEHM.

Ibid. Ἔμπεδος) *Δεσμῶτο*. BOURD. Ἐν ταῖς πέδαις. GUYET. Volebat *Bourdelotius*, nisi fallor, δεσμωτὸς, vel δεσμώτης, pro eo, quod editum est, δεσμῶτο. LEHM.

Pag. 179. l. 1. Ἀτιμαγελοῦντι) Ἐξυβρίζοντι. Ἀτιμαγέλος dicitur taurus, ὁ τῆς ἀγέλης ἐξοιστρῶν, qui etiam dicitur ἀτιμαγέλας, Grammatici: per καρπώδεσμα et περιδέραιον intelligit χειρόδεσμα et τραχηλόδεσμον. BOURD. Ἀτιμαγελοῦντι κυρίως est *solitario*, a grege separato. *Theocr.* Hic εἰρωνικῶς positum est pro incarcerato, vincto. GUYET.

Ibid. Καρπώδεσμα) Lege καρπόδεσμα. GUYET.

Ead. l. 5. Ἢ δ' ὅς) Pro ἔφη recte se habet, adeoque frustra esse emendationem s. variationem maginis *Alt.* ex exemplis tribus quatuorve, his cap. 9. 10, et plus viginti aliis eodem hoc Lexiph. occurrentibus, patet. Conf. saltem cap. 2. et 3. REITZ.

Ead. l. 6. Τὸ ἀκροκνεφὲς) Τὸν ὄρθρον. BOURD.

Ibid. Δαμασίας) Meminit hujus athletae Mort. Diall. X. bis. SOLAN.

Ead. l. 7. *Πολυνίκης*) *Πολλὰ νικήσας*. BOURD.

Ead. l. 8. Οἶσθα τὸν χαλκοῦν) *Nosti hominem, qui aereus stat in foro*. GUYET. Recte *Guyetus*: nam et sic *Alciphr.* I. Ep. 30. f. χρυσοῦν σε στήσαιμεν, ut alia similia omittam. REITZ.

Ibid. Τὰ μὲν πιττῶν, τὰ δὲ εὖων) *Παροιμιῶδες* videtur. GUYET. Πιττῶν quid sit, nescio an aliquis doceat: πιττῶν *picans*, quod alii habent, nondum reperio, qui huc faciat. Eudemus ὠόκάταξις, quasi tu dicas *ovifractor*, coquus videtur, vocatus summo mane ad nuptiales epulas parandas. Εὖειν, quod apud *Homerum torrere* est, *adurere*, pilos v. g. suis mactati, forte hoc ipso intellectu hic capitur, forte quidam ea tempestate pro culinae altero opere *assare* posuerunt, cui πέσσων, πέττων, πέπτων, *coquens*, cognatum significatione est, et a πισσῶν vel

πνεσῶν non nisi apice uno alteroque abhorret. Id igitur interea secutus sum. Si tamen utrumque participium, πιττῶν et εὖων ad infamem prope artem dropacistarum et *glabratorum*, pice et psilothris mollium hominum quidquid usquam pilorum est evellentium, referre malis, ipsa verba non repugnant; sed non video, qui ὠοκάταξις, aut etiam ὠτοκάταξις huc convenire possit. Gesn. An ludit? ut *Aristoph.* Plut. 1094. *Ἱκανὸν γὰρ αὐτὴν πρότερον ὑπεπίττουν χρόνον, satis diu ante isthoc oblevi dolium.* Non credo, nec intelligo. Reitz.

Ead. l. 11. *Διέκοψε τὴν ἑορτήν*) *A trouble la fête.* Bourd.

Ead. l. 13. *Θεοπρόβλ σχεθείς*) *Τυφὸ θεῶν ἐγθρανθείς.* Bourd.

Pag. 180. l. 1. *Ἐμβροχῆς*) A βρόχος ἐμβροχὴ ductum est. Guyet.

Ibid. Ὀκλάξ) *Homerica* dictio, de qua *Eustathius* et caeteri Grammatici, *ἐπὶ γόνυ καμφθείς.* Bourd.

Ead. l. 2. *Βαυκαλῶν*) *Διαβρέχων ἢ βοᾷ παλῶν.* Quales fere sunt, quae pueris occinuntur, naeniae. Bourd. *Βαυκὸς, ἡδύς. βαύκαλος* idem. *Βαυκαλᾶν* est *καταποιμίζειν, μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν.* Guyet. *Leop.* p. 129. Solan.

Ibid. Διακωδωνίζων) Metaphora ducta ab equis, quos explorabant tympano *εἰ φοφούδεις εἶεν, ἢ εἰ θόρυβον ὑπομένειν δύνανται, μήπως ἐν πολέμῳ εἰς κίνδυνον ὑπ' αὐτῶν ἐμβληθεῖεν*, ut patet apud Scholiast. *Aristophan.* ad Ranas, qui alias etiam hujus vocis metaphoras exponit. Alii simpliciter *διακωδωνίζειν* dicunt esse *ἀντὶ τοῦ συστρέφειν.* Bourd. *Κώδων* tintinnabulum, latius tubae orificium, a parte totum, ipsa tuba, *κωδωνίζω*, tubae sono exploro; unde *ἀκωδώνιστος*, qui exploratus non est. *Διακωδωνίζω* idem: *Pollux.* Guyet.

Ead. l. 4. *Ἄκρα*) *Ἄκρα ἐλλειπτικῶς* pro *ἄκρα πλευρὰ* fortasse. Guyet. Int. *μέρη*. Cf. Quom. Hist. Conscr. c. 55. extr. Lehm.

Ibid. Διεπίεσα) Hac voce interpretatur illud praecedens *συνεχῆς τὴν φάρυγγα.* Attamen pro *διεπίεσα* in Ms. Cod. reperitur *διέσπα*, quae est praecedentis vocis interpretatio. Bourd.

Ead. l. 6. *Λακκοσχέαν*) *Λακκόπρωκτον, λακκοκαταπύγωνα.* De qua voce *Aristoph. Athen.* Lege *Hesych.* verb. *λακκοσπέδα.* Bourd.

Ibid. Μύρτωνα) *Turpem illum et mollem:* sic enim *ἐκάλουν τοὺς μαλακοὺς καὶ αἰσχρούς·* nominabant enim *μύρτον τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον*, ut patet ap. Schol. *Aristoph.* Lysistr. Bourd.

Ibid. Σχινοτρώκτων) *Τὴν σχῖνον ἐσθίοντα, πρὸς εὐωδίαν τοῦ στόματος.* Sic quidam Grammatici: aliter tamen *Hesychius*, qui vult schinum hac ratione comedi solitum, ut dentes cande-

fierent: *εἰώθασι τὴν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι, ἕνεκα τοῦ λευκαίνειν τοὺς ὀδόντας.* Utuntur adhuc nobiles Hispani. Bourd. Lentisco dentes purgantem, i. e. otiosum. Guyet.

Ead. l. 7. *Ἀναφλῶντα*) Anceps et varium de hac voce inter Grammaticos certamen: quidam enim interpretantur *στύειν, ἢ μαλάττειν*, ut *Hesychius* et Scholiast. *Aristoph.* ad Ranas, alii *ἀναφλῶντα* dicunt esse *γυμνοῦντα τὸ αἰδοῖον αἰσχρῶς*· ut Alcidamas ille Cynicus p. 1044. (Conviv. c. 16.) *καὶ ἅμα παρεγύμνου ἑαυτὸν μᾶλλον, ἄχρι πρὸς τὸ αἴσχιστον.* Sic apud *Theophrastum* Charact. *περὶ βδελυρ. Ὑπαντήσας γυναιξὶν ἐλευθέραις ἀνασυράμενος δεῖξαι τὸ αἰδοῖον.* Alii *ἀναφλᾷν* interpretantur *χειροτριβεῖν τὸ αἰδοῖον*, quam significationem secutus est *Jac. Micyll.* interpres. Bourd.

Ibid. Βλιμάζοντα) Simpliciter *Aristophanes*, ex quo *Hesychius* interpretatur *βλιμάζοντα, θλίβοντα, ὑβρίζοντα*, unde *βλίμη προπηλακισμὸς, ὕβρις.* Aliter tamen *Didymus*, aliter *Suidas. Suidae* potior interpretatio, qui vult *βλιμάζειν, τὸ τοῦ ὑπογαστρίου καὶ τοῦ στήθους ἅπτεσθαι, ὥςπερ ἐποίουν οἱ τὰς ὄρνιθας ωνούμενοι.* Bourd.

Ead. l. 8. *Πεώδη*) Ms. *παιώδη.* Bourd.

Ibid. Πόσθωνα) Etiam de hac voce dubitant Grammatici: quidam enim simpliciter *puerum* interpretantur, aliud alii, quos vide apud doctissimum *Christian.* explicatione hujus vocis, et vocis *ψωλοὶ* ad *Aristoph.* pacem *Scalig.* in Priap. Bourd.

Ibid. Μιν ἐῶν) An *ναὶ μὴν οὖν, ἐκεῖνος* etc. Locus depravatus videtur. Guyet. Corruptus haud dubie locus; sed quem aliis manibus tractandum relinquo, meas hujusmodi sordibus non contaminaturus. Solan. Non intelligb illud *μιν ἐῶν*. Retinui *Micylli* interpretationem, et nolo in hoc et similibus locis nimium sapere vel docere. Gesn.

Ead. l. 9. *Λεκαλέος*) *Λεκαλήφιλος, patinarius*, ut Vitell. apud *Suet.* Bourd. Scilicet Latina vox reperitur apud *Sueton.* Vitell. c. 17. Graecam equidem ignoro. Lehm.

Ead. l. 10. *Ἄρτεμις γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἐν μέσῃ τῇ αὐλῇ, Σκοπάδειον ἔργον*) Attende, lector, quam sint haec immixta, dum nulla editio has voces exhibet velut parenthesin et notis ejus inclusas, quod prorsus faciendum est, ut fecit paterna manus. Gron.

Ead. l. 11. *Σκοπάδειον*) *Τοῦ Σκόπου ἔργον τοῦ ἀγαλματοποιοῦ.* De quo *Plin.* Bourd. *Τοῦ Σκόπα.* Guyet. *Scopas* insignis marmoris scalpendi artifex, unus ex iis, qui Mausoleum caelaverunt; de quo *Horat.* Carm. III, 8. Solan. *Horatii* locus est Carmm. IV, 8, 6. *Plinii* H. N. XXXVI, 5. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἐπένευσεν*) Erant tum satis humanae statuae,

quas facile exorares, ut annuerent vel arriderent adeo. *Eunapius* in Maximo p. 85. post quasdam cerimonias in Hecates templo, quae et ipsa Diana est, quod notum, τὸ μὲν πρῶτον ἐμειδία τὸ ἄγαλμα, εἶτε (f. εἶτα) καὶ γέλως ἦν τὸ φαινόμενον. De Animonis et aliis oraculis nutu constantibus congessit plura *Ant. van Dalen* pag. 210. sq. Et notum est, quid passim objiciatur recentioribus imaginum cultoribus. GESN.

Ibid. Καὶ σῶς) *Et voti compos.* GUYET.

Pag. 181. l. 1. Πίνωμεν) Sic emendavimus pro πίνομεν. SOLAN.

Ead. l. 3. Παρηβηκότος) Οἴνου παλαιοῦ. BOURD. Vini veteris, decrepiti. GUYET.

Ibid. Τυροῦ τρυφαλίδας) Intelligit τὰ ἀπὸ τυροῦ πεπλεγμένα κομμάτια. BOURD. *Hesych.* Τρυφαλίδες ἢ τροφαλίδες τὰ τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ, παρὰ τὸ θρύπτεσθαι. GUYET. Adleverat margini *Hemsterhusius: Aristoph.* Vesp. v. 835. et *Kuster.* nott. Mss. At cum illas non possideam, addere non possum. In *Aristoph.* Vesp. v. 834. Τροφαλίδα τυροῦ Σικέλην reperio. Et sic Scholiast. quoque legit, et ita exponit: Οἱ μὲν ἐπιμήκη τυρόν· οἱ δὲ τροχὸν τυροῦ Σικελικοῦ. REITZ. Τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν legitur in Vesp. *Aristoph.* v. 870. Ed. *Invernizz.* LEHM.

Ead. l. 5. Σφραγῖσι θριπηδεστάτοις) *Sigillis vermiculatis.* Dico ad *Pausan.* BOURD. Unice huc facit *Hesychius* v. θριπόβρωτος (leg. θριποβρ.) Οἱ Λάκωνες σφραγῖσιν ἐχρῶντο ξύλοις ὑπὸ σητῶν βεβρωμένοις κ. τ. λ. GESN.

Ibid. Νευστὰς) Distinguit ἐλαίας χαμαιπετεῖς sive ἀφ' ἑαυτῶν πιπτούσας a νευσταῖς, quas κολυμβάδας vocant Grammatici, et *Colymbades* Latini. BOURD. Alias κολυμβάδας. GUYET.

Ead. l. 6. Ὀξυόστρακα) Testis asperis, sigillatis. Ὀξὺς λίθος, *asper.* GUYET.

Ibid. Ἐμπυδάκωτα) Ms. Regius εὐπυνδάκωτα, πυθμένα καλὸν ἔχοντα. BOURD. An ἐμπυνδάκωτα; a πύνδαξ, πυθμήν. *Hesych.* GUYET. Εὐπυνδακ, praeter Ms. RG. etiam W. Quare et in textum pro vulgato ἐμπυδάκωτα recepimus. P. vero ἀπυνδάκωτα, nec ipsum spernendum. SOLAN.

Ead. l. 7. Κρωβυλώδη) Ὃ χόρδην νῦν καλοῦσι. BOURD.

Ead. l. 11. Συνυθλήσομεν) Συμφλυαρήσομεν. Consule Grammat. BOURD.

Ibid. Ἄττ') At supra c. 5. est ἄττα, spiritu leni; et Tim. c. 28. Ἄττα vero rursus hic cap. 21. Hermot. c. 30. Et infra Amor. c. 17. etc. quod ibi vide. REITZ.

Ead. l. 12. Ἐνοινοφλύειν) Quidam interpretantur ἐν ῥίνῳ φλυαρεῖν, *tenir table*; sed rectior eorum interpretatio, qui dicunt esse ἐρίζειν ἐν τῇ οἰνοφλυγίᾳ, et sic Lat. interp. BOURD.

Pag. 182. l. 2. *Λαληαθηγάνη*) *Πάρα τοῦ λάλος, ἥδομαι, et γάνος.* Guyet. Non vidi, qui aliter legat, quam *λαληαθηγάνη*, nec vidi, qui eam vocem interpretetur. *Micyllus: nugis nostra provocare nos voluptatem quandam adfert.* Nemo, puto, nimiam audaciam nostram accusabit, si dicamus *λάλης θηγάνη* legendum; solo ι in η mutato, quod jam *Luciani* aetas, nedum posterior librariorum, miscere solebat. *Σιδηροβρῶτι* utitur *θηγάνῃ Sophocles*, cujus vocabula affectant Atticistae. Gesn. Firmant, ut video, conjecturam nostram de *λάλης θηγάνῃ* libri: quo minus illius poenitet. Idem *in Addend.*

Ead. l. 5. *Χειροσάφων*) In hoc verbo consentiunt Edd. notarat *Solanus*; sed bene se habet iste consensus: at supra de Salt. §. 69. *χειροσάφους τοὺς ὀρχηστὰς ἀπελάλει.* Et infra Rhet. c. 17. med. *χειρίσοφον* exhibent Edd. quod ibi videbimus. Nam utrovis more scribi arbitror. Reitz.

Ead. l. 6. *Τῆς βαρβιτῳδοῦ*.] In hac voce reddenda minus justo observarunt interpretes genus femininum: vertit enim *Micyllus: barbitoedum. Gesnerus: barbiticinem. Barbiticinam* me correxisse, nolebam omnino tacere. Leim.

Ead. l. 8. *Λογᾷ*) *Τούτεστι λέγειν ἐπιθυμεῖ.* Ut *Minucius Felix* Octavio. Bourd.

Ead. l. 9. *Ἀνηγόμην*) Metaphora a re navali. Guyet.

Ibid. Κατανίψων) A *κατανίφω* ducendum videtur. Devincturus omnes, si ita loqui liceat. Alludit ad *Homeri* locum in Iliade, Ulyssis eloquentiam nivibus comparantis. Guyet. Illud credo, apparet hic qui *Homerum* legerunt, *κατανίψων* hoc non a *κατανίπτω* derivandum, quod fecere, qui *abluturus* reddiderunt, sed a *κατανίφω*, respicique ad *Homericum* Nestora, ejusque ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν: ut neque *Horatii* lectoribus ignotus esse potest ille Furius, qui *hibernas cana nive conspuit Alpes*, ad quem interpretatio nostra alludit. Gesn.

Ead. l. 12. *Εὐφοροῦσαν*) *Φορῷ ἢ οὐρίῳ πνεύματι φερομένην.* Bourd.

Ibid. Ἀκροωνυματοῦσαν) *Μετρίοις τοῖς νώμασι διολισθαίνουσαν.* Bourd.

Ead. l. 13. *Ἔκτορας*) Sic vocat *τὰς ἀγκύρας ἀπὸ τοῦ ἔχειν.* Leg. *Casaub.* ad *Athen.* c. 21. lib. 3. Bourd.

Pag. 183. l. 2. *Ὁμήρου Ζεὺς*) *Hom.* Il. *N*, 4. Solan.

Ibid. Ἀπὸ φαλάκρων) *Φαλάκραι* vel *φάλακρα* speciatim Idae montis vertex, unde *Homericus* Jupiter imperat non minus, quam de caelo. *Ἴδηθεν κ. τ. λ.* Gesn.

Ead. l. 4. *Πρύμνηθεν*) *Le vent en poupe.* Guyet.

Ibid. Κατουρουμένην) Id vitium est, quod *Philostratus* λόγων ἰδέαν κατεγλωττισμένην vocat, ut optime ab interprete obser-

vatum, 21. a. 4. Solan. Ut caetera in hac metaphora navigationis absurdissima et vere *κακόζηλα* sunt, ita hoc praesertim: *κατουρεῖσθαι* est *permingi*, sed de nomine *οὖρος* et *οὔριος* dat illi Lexiphanes intellectum, quem interpretatio exprimit. Tales sunt lusus in *ἔντορες*, *ἰσχάδες*, et aliis, in quibus scilicet etyma dum spectat, alienam et novam significationem confingit. Nolebam initio omnino attingere talia, et praetermisi pleraque ob caussam, quam dixi: sed non potui tamen plane, tanquam lippo ab oculo, manum abstinere. Gesn.

Ead. l. 7. *Κορυβαντιάσειν*] Expressa haec e *Platon.* Critone extr. notante *van Heusde* in Specim. Crit. in *Plat.* p. 128. Lehm.

Ead. l. 11. *Ὀλεῖο*) Vid. *Plutarch.* de Herod. malignit. p. 855. D. (ubi Tragico tribuitur.) Kuster.

Pag. 185. l. 1. *Νόσῳ ξυνόντα*) Ita *συνεῖναι λιμῷ*, *fame laborare*, supra in Phal. altero §. 8. *ξυνεῖναι πενίᾳ*, Tim. §. 12. De permutatione autem *τοῦ σὺν* et *ξὺν* meretur videri *Hemsterh.* ad Jud. Voc. §. 9. Quidnam *Luciano* familiarius sit, disquiremus, ut primum varietas lectionis ad id occasionem suppeditabit. Reitz.

Ead. l. 4. *Μακκοᾶ*) *Μάτην ἀκούει.* Sic quidam interpretes, quasi originatione vocis ludentes: sed melius, qui interpretantur *τὰ μακκοῦς φρονεῖ*, qua de re Scholiast. *Aristoph.* ad Equit. (v. 396.) et hoc vult Lexiphanes, dum subjungit *καὶ ἄνδρας πεφρενωμένους ὀλισθογνωμεῖν οἴεται.* Caetera communia sunt. Bourd.

Ead. l. 8. *Γρῦ καὶ τοῦ φυεῖ*) Minimum quiddam significat, aut sordes unguium, rem videlicet vilissimam, aut vocem suillam, quam edere solent, si qui gravantur sermone respondere. Hinc hyperbole proverbialis apud Graecos, *ne gry quidem loquitur*, pro eo, quod est ne tantillum quidem, *Aristoph.* (Pluti pr.) Cogn.

Ibid. *Φυεῖ*) An *κνῦ*; *Hesych.* *κνῦ τὸ ἐλάχιστον.* Guyet.

Ibid. *Ὀττεύομαι*) *Statuo*, *ominor*. *Hesych.* *ὄττεσθαι*, *κληδονίζεσθαι*. *ὀττεύεσθαι τὸ αὐτό.* Guyet.

Ead. l. 9. *Ῥιναυστήσειν*) *Irasci.* *Martial.* *Fumantem nasum vivi tentaveris ursi.* Guyet. Verbum *ῥιναυστήσειν* nec intelligo, nec, unde derivatum sit, comminiscor, neque, cur *ringi* dederit *Micyllus*, video; nisi quod de origine nominis *αὐστηρὸς* forte somniare aliquid lubeat. Certe *os contrahunt* austera: quae molesta sunt *corrugant nares*, bilis sedem. Sed hoc est hariolari, ut et illud, quod cogitabam, an *ῥιναυλήσειν*, q. d. *naso ut tibia canere*, locum habere possit; quod ad risum de nare etiam cum sibilo profusum, et *uncis naribus indulgentem*, quod *Persius*

ait, referebam. Quin video, praesidium huic lectioni et interpretationi in vetustis Scholiis esse. Itaque huc inclino. Gesn.

Ead. l. 12. Ἀκάθαρτον) Vid. etiam *Athen.* 99. E. Οὐδ' ὅστις μαντοθήρας οὗτος σοφιστὴς ἀκάθαρτον ἔφη γυναῖκα, ἧς ἐπισχημένα ἦν τὰ γυναικεῖα. Observat tamen *Casaub.* ἀκαθαρσίαν eo sensu apud *Hippocratem* legi. Solan.

Pag. 186. l. 4. Διαστρέφων τὴν γλῶτταν) Conf. supra Iudic. vocal. c. 11. ubi οὐ γὰρ ἐπιτρέπει αὐτοὺς κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις — καὶ γλῶτταν ποιεῖ τὴν γλῶσσαν. τὸ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα. Conqueritur ibi, γλῶτταν pro γλῶσσαν dici; jam γλῶτταν ipse ait et c. 25. etc. si vera est scriptura, in qua tamen nihil varietatis inveni. Sed loquitur ex usu, qui tum obtinebat. Vid. not. *Hemst.* ad Jud. voc. c. 7. Alibi vero modo γλῶσσα, modo γλῶττα scribitur apud Nostrum, in uno eodemque capite, ut vid. in Pseudol. c. 25. f. et 26. pr. et Rhet. praec. c. 16. ubi γλώττης ut alia omittam. Reitz.

Ead. l. 14. Ῥᾴων ἔσῃ) Vertebatur olim, *minus difficilis eris*, non inepte quidem: nam atrabilarii sunt morosi. Proprie tamen ῥᾴων ἔσῃ signif. *sanaberis, melius te habebis.* Supra in Abdic. c. 32. οὔποτε ῥᾷον ἕξει (ἡ γυνὴ) κἂν μυριάκις σὴν τοῦ φαρμάκου. Sic *levare* pro sanare vel minuere, Latinis usitatissimum. Ut contra *gravior factus* dicitur, cujus valetudo in deterius ruit; vid. *C. Cels.* praef. p. 10. Reitz.

Pag. 187. l. 6. Ἔγγαστρ — τινα etc.) Alludit ad *Euryclem*, cujus *Aristoph.* mentionem facit his versibus:

Μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντείαν καὶ διάνοιαν
Εἰς ἀλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμῳδικὰ πολλὰ χέασθαι.

Eurycles autem ventriloquus fuit Athenis, qui vera hariolari censebatur, quod genium haberet intra viscera: ab eo harioli ἐγγαστρῖται καὶ Εὐρυκλῖται vocabantur. *Suid. Plut.* in libello de Defect. Orac. Coon. Ἐγγαστρίβυθον Edd. pleraeque habent, pro ἐγγαστρίμυθον. Guyet. Lege ἐγγαστρίμυθον. Quod a *Vorstio* etiam animadversum fuisse video. Et adi *Clem. Alex.* p. 9. A. Καὶ τοὺς εἰς ἔτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγγαστριμύθους. Solan. Ἐγγαστρίμυθον, puto, in mentem venit, quisquis vocem hanc insolentem et forte ἅπαξ λεγομένην inspicit, et est facilis admodum μ et β literarum in libris semiveteribus permutatio. Verum meminerimus, quis loquatur: est ille Lexiphanes, verborum faber abstrusorum, qui emoveri sibi ima ventriculi queritur. Lusit igitur, et ex ἐγγαστριμύθῳ concinnavit ἐγγαστρίβυθον, quasi tu dicas, in ventris ima, et fundum ipsum, se penetrantem. Gesn. *Solanus* correxerat ἐγγαστρίμυθον· merito quidem: sed quia barbarizans loquitur, studio corrupta pronuntiatio videtur ab auctore expressa. Multa de his impostoribus

ἐγγαστριμύθους *Brod.* (Misc. IX. c. 19. Thesaur. Crit. T. IV. p. 72. 78. Ubi ex *Hippocr.* Ἐπιδημ. ἑ. adfert, καὶ ἐκ τοῦ στήθεος ὑποφθέγγεται, ὥσπερ αἱ ἐγγαστρίμυθοι λεγόμεναι. Quod *Galenus* ediserens ait, ἐγγαστρίμυθοι οἱ κεκλεισμένου τοῦ στόματος φθεγγόμενοι, διὰ τὸ δοκεῖν ἐκ τῆς γαστρὸς φθέγγειν. *Engastrimantis* (pergit ille) autem et *sternomantis* proprie est, qui daemonem quempiam aut Pythonem in ventre aut pectore habere creditur, cujus monitis atque impulsu vaticinatur. Falluntur, qui putant, engastrimantas pelvibus uti, ac vase quodam, quod γαστὴρ appellaretur. Graeci vero auctores *engastrimythum* cum *engastrimante* confundunt, cum tamen haec re vera diversa sint. *Pollux*: καὶ στερνόμαντιν Σοφοκλῆς, τὴν ἐγγαστρίμυθον καλουμένην. *Aristophanis* in fucis commentator: οὗτος ὁ ἐγγαστρίμυθος λέγεται Ἀθήνησι τ' ἀληθῆ μαντευόμενος διὰ τοῦ ἐνυπάρχοντος αὐτῷ δαίμονος. *Plutarch.* περὶ τῶν ἐκλελοιπ. χρηστηρ. ὥσπερ τοὺς ἐγγαστριμύθους εὐρυκλέας πάλαι, νυνὶ πυθωνας προσαγορευομένους etc. Subjungit ibidem facetam historiam, quomodo ejusmodi impostor fictione vocis aliunde profectae divitem argento emunxerit, sed longiorem, quam ut inseratur. Reitz.

Ead. l. 7. *Μῶν*) Vid. *Themistii* Or. I. in Soph. laudatam a *Cresselio* III, 23. §. 6. AG. X, 146. 161. Solan.

Ead. l. 10. *Ἄττα*) Sic supra cap. 14. At c. 5. et infra in Rhet. praec. c. 16. ἄττα non ἅττα scribitur, quod ibi disquiremus. Qui autem *frequens* id ἅττα ait, quod bis tantum occurrit hoc Dialogo? Reitz.

Ead. l. 11. *Σκορδινᾶσθαι*) I. e. *pandiculari*. Guyet.

Ead. l. 12. *Τευτάζεσθαι*) *Hes.* Τευτάζοντες, πλανώμενοι. Guyet.

Ead. l. 14. *Ἡ γοῦν σιλληπορδία*) Scribendum puto σιληπορδία per unum λ. Sic certe apud *Hesychium*, Σιληπορδεῖν, et *Athenaeum* lib. V. Σιληπορδῶν. Nec aliter apud Scholiasten, Σιληπορδία et Σιληπορδεῖν. In quo Scholio vitiosissime legitur, ὡς ἂν διὰ τὴν εὐπορίαν τῶν λέξεων καὶ τὸ μέγα ἐπὶ ταύταις φορεῖν. Emendo φρονεῖν. Jens.

Ibid. Σιλληπορδία) *Hesych.* Σιληπορδεῖν, σιδηροπορδῆσαι, στρηνιᾶν, ἀβρύνεσθαι, θρύπτεσθαι, χλιδᾶν. Guyet.

Pag. 188. l. 5. *Προοδοποίηται*) An προωδοποίηται; Guyet. *Προωδοποίηται* W. Cod. Impressi omnes προοδ. Solan. Vulgo editum προοδοποίηται, secunda brevi; quod corrigendum monuerat *Iens.* ad Hermot. §. 2. Id. correxi, eoque lubentius, quia et Codex adsentitur, etsi supra in de Salt. similem scripturam in alio verbo non correxi, ob rationes nimis saepe jam dictas. Conf. c. 24. Reitz.

Ead. l. 7. Ὡς ἀληθῶς) Vid. de hoc pleonasmo infra Amor. c. 48. Reitz.

Ead. l. 8. Κἂν) Leve est, quod monendum habeo. Κἂν cum puncto subscripto erat in Edd. quod ego delevi; nam sine *iota* scribere id soleo, quando pro καὶ ἐν positum invenio, uti hic, et ap. *Long.* in Past. I. p. 18. κἂν τοῖς ὄρεσι, κἂν τοῖς πεδίοις. Idem L. 2. p. 47. κἂν ταῖς σηγαῖς ταύταις λούσωμαι. Idem III. p. 118. ἦν κἂν ἰῷ αὐλῶνι σιγή. At ubi pro καὶ ἄν sumitur, differentiae caussa iota addo. Reitz. Levissima sane ratio, eo maxime, quod nonnisi temere est conjecta. Accentus in hac voce non est a καὶ suspensus, sed ab altera ejus parte. Quodsi itaque καὶ ἐὰν velis, aut καὶ ἄν, per Crasin conjuncta, scribendum cum accentu κᾆν. Sin vero καὶ ἐν, recte scribes κἀν, sine accentu. Iota autem his omnibus subscribendum esse patet, quod omnibus his particula καὶ inest. Unde et in *Longi* locis laudd. *Schaefer*us jam recte reposuit κἀν, ubi auctor καὶ ἐν dicere volebat. Et nos non solum h. l., ubi *Aldina* utraque κᾆν praebet, sed aliis quoque, ut Somn. c. 9. Diall. Deor. XXIV, 1. sive secundum, sive etiam contra, librorum auctoritatem, hanc certissimam normam secuti sumus. Lehm.

Ead. l. 15. Τοῖς ὑπὸ τῶν κοροπλάθων εἰς τὴν ἀγορὰν πλαττομένοις) Sane interpretes: *quae a lutifigulis ad forum finguntur.* Nescio, quid velint. Sed opinor intelligit *ad venidendum.* Gron.

Pag. 189. l. 2. Μεταμανθάνων) Vulgo vertebatur *dediscere*, non male quidem; sed plus inest in Graeco: signif. enim simul *nova* disco, prioribus oblivioni mandatis, ut T. I. credo, ex *Aristoph.* Plut. v. 925. ejusque Commentatoribus jam diximus. Reitz.

Ead. l. 5. Τὸν μηδὲ βάρβαρον ἐν τοῖς σαφεστάτοις ἀριθμεῖσθαι ἄξιον) *Qui neque barbarus, inter maxime perspicuos recenseri dignus sis.* Sic *Benedictus*, qui dum Graecas voces curatissime referre satagit, facit se obscurissimum. *Micyllus: qui ne cum barbaris quidem inter manifestissimos recenseri dignus sit.* Nulla parte melius. Lege βαρβάρων, quem genitivum sic solet auctor praeponere: *qui neque inter illos, qui ex barbaris maxime perspicui sunt, recenseri dignus sis.* Gron. *Gronovii* emendationem, repugnantibus omnibus libris et ipso M. utpote certissimam, sequor. Solan.

Ead. l. 6. Μὴ μιμεῖσθαι) Sophistae passim a *Platone* perstringuntur, ut quodam in loco dicat, eos esse evidentem discipulorum perniciem. Cogn.

Ead. l. 8. Περιεσθίειν) Interpretantur *depascere:* neutrum bene percipio. Suspicor περιέπειν fuisse, quod studium et curam

intentiorem significat; cum facile fuerit manu intricatiore aetatis posterioris π in σθι transire. Gesn. Non ineptum mihi verbum περιεσθίειν h. l. esse videtur, quippe referendum ad imaginem supra adhibitam, et actionem vomendi, a qua nec verbum sequens καταπατεῖν alienum est. Nondum itaque quidquam mutandum censeo. Lehm.

Ead. l. 12. Χάριοι) *Hesiod.* in Theogon. tres facit. De his hymnus Orphei. Cogn. Χάριοι — θύε) Xenocrati tristiori idem *Plato* suasit; *Diog. Laërt.* 97. DE. Vid. *Casaub.* notam p. 38. Sic supra Historico suo dixerat, καὶ μόνῃ θυτέον τῇ ἀληθείᾳ. Quom. Hist. Conscr. c. 39. Solan. Θύε scripsi cum *Reitzio* et recenet. Edd., praeeunte A. 2., non θῦε, quod in A. 1. B. 1. et 3. invenio. Quamquam *Homer.* Od. XV, 222. θῦε producta prima legitur, et alibi quoque sic haud dubie. Nam aliunde constat anceps tum hujus verbi, tum aliorum similium, natura in priori syllaba, quae vocali υ continetur. Vid. *Spitzner.* Prosod. Gr. 1. 60. Sic etiam λύε edidi Diall. Mortt. X, 10. cum omnibus Edd. prioribus convenienter. Lehm.

Ead. l. 14. Λαφυγγίζειν) V. AG. X. 180. Solan.

Pag. 190. l. 2. Λέξεων) Lege λεκτέων. Certe sic ratio postulare videtur, ut primo *res*, deinde *verba* accurate perpendantur ab iis, qui ad scribendum animum appellunt. Solan. Hinc tamen nihil video sequi vel ad damnandum λέξεων, vel ad λεκτέων magis commendandum. Omnino autem in his vocibus τῶν λέξεων ita offendo, ut eas ab aliena manu adjectas esse existimem, quo πρότερον illud satis explanaretur. Cum hoc enim Comparativo malim Genitivum illum, praeeunte *Gesnero* interprete, conjungere, quam cum Substantivo τὰς διανοίας, quam rationem *Solanus* praetulisse videtur. Lehm.

Ead. l. 3. Προπαρεσκ.) M. et *B.* 2. recte. In reliquis προπαρασκ. ut ipsa *Fl.* prave etiam Tyrannic. c. 21. scribit. Solan. Editt. vulgo male προπαρασκευασμένος· sed προπαρεσκ. corrigendum recte monuerat *Jensius* ad Hermot. c. 2. In quo facile obsecundavi, etsi vel decies alibi dixi, cur id interdum mutare neglexerim. Reitz.

Ead. l. 7. Οὐ μάλωπα) An θυμάλωπα; i. e. *torrem.* Guyet. Non valde spero, me assequi posse, quid haec sibi velint, cum jam tum vulgo ignoraretur. Equidem cum apud *Hesychium* inter glossas ac difficiliora referatur μάλ' ὦκα, quod interpretatur πάνυ ταχέως, cogitabam, an non hic quoque levissima mutatione legendum sit οὐ μάλ' ὦκα. Verum abjeci εὕρημα non magnum, cui repugnaret articulus τὸν et ἐοικότα. Nam illum quoque in τὰ mutare forte audaculum nimis videbitur. Gesn.

Ead. l. 12. Ὑπεράττικος) *Philostr.* in vit. Apoll. Thyan. c.

17. pr. *Λόγων δὲ ἰδέαν ἐκήσκησαν — οὐ κατεγλωττισμένην, καὶ ὑπεραττικίζουσαν.* Quod *Olear.* recte exponit adfectationem minimam Atticismi, et hoc *Luciani* aliisque ex ejusdem Rhet. praecept. aliisque adfert. Sed hoc facile erat; solet autem saepe in difficilioribus aberrare. Reitz.

Ead. l. 15. *Οἷον ἐκεῖνα*) *Ut illa te ostentantem audiens, quomodo putas optasse me terra obrui, cum scilicet existimares χιτώνιον* etc. Luciani sunt haec. Guyet. Vertebantur olim, *qualia sunt illa πῶς οἴει* etc. Sed pessime, ut *la Croze* etiam animadverterat. Reitz. Absoluta est, et parenthetica, interrogatio, *πῶς οἴει;* interjecta orationi tanquam exclamative, quo rei affirmatae vis augeatur. Simili elegantia sunt illa *πῶς γάρ; πῶς γὰρ οὐ;* de quibus alibi dictum. Lehm.

Pag. 191. l. 1. *Κατὰ γῆς δῦναι ἠὐχόμην*) Conf. infra Adv. Indoct. cap. 18. Solan.

Ead. l. 4. *Χιτώνιον*) *Χιτὼν* autem est *ἱμάτιον ἀνδρεικόν. Hesych.* Guyet. Conf. *Th. Mag.* Solan.

Ead. l. 7. *Μετοικικὰ*) Ne *Lucianus* ipse aut ejus larva peregrinum se prodat, lege *μέτοικα.* Solan. At cf. Bis Accus. c. 9. et *Plutarch.* Alcib. 5. Lehm.

Ead. l. 8. *Κατὰ γλῶτταν*) I. e. *ξενικοῖς* et inusitatis verbis scribentes. *Ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δὲ οὐκέτι ἐστὶ, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώττας καλοῦσιν.* Vorst. Hinc *Philostratus*, ut supra visum est hac Dissert. c. 17. *λόγων ἰδέαν κατεγλωττισμένην* vocat. Quod ex *Suida* et *Aristophanis* Scholiaste optime ab interprete enarratur p. 21. *τὸ πολλαῖς γλώτταις μεμιγμένον*, addito etiam *Eunapii* in eam rem loco, de Libanio p. 173. Solan.

Ead. l. 10. *Δοσιάδου*) *Dosiadae ara.* Sunt, qui exponunt et intelligunt Epigramma *Theocriti*, quod *βωμὸς* inscribitur, ac Troili epitaphium continet admodum obscurum. Coon. Lege *Δαισιάδου.* Exstat autem hodieque haec *Ara* inter *Simmiae Rhodii* opuscula. Ex hoc autem loco Scholiastam *Theocriti* emendare jubet *Meursius*, apud quem pro *Δωσιάδου* legitur *Ῥοδιάδου.* Lect. Att. p. 141. Scholiastes autem ille non comparet in Rom. nec in Lugd. Edd. Sed in Veneta an. 1543. quod idem *Meursius* monet. Vide epigramma apud *Kennet.* p. 44. Rhodium fuisse, liquet ex Scholiis ad *Ovum Simmiae.* Primus edidit *Salmasius*, atque eruditis Scholiis emendavit. *Plinius* IV, 12. de rebus Creticis *Dosiadem* nominat. Solan. (Ara quae *Theocrito* solet subjungi, nec *Theocriti* nec *Dosiadae* est, ut *Salmasio* ostensum. Loid.) *Suidae Δωσιάδης* et *Δωσίας. Δωσίδας* scribitur apud *Clem. Alex.*

in Πρωτ. Solan. *Cognati* notam ad hoc verb. in exemplari suo merito deleverat *la Croze*. Reitz.

Ibid. Ἀνόφρονος Ἄλεξ.) Quae hodieque superest, non sine majorum nostrorum ignominia, qui tot praestantioribus neglectis, talia nobis monstra asservarunt. Solan.

IN EUNUCHUM.

Pag. 193. l. 5. Ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν) Παροιμία ἐπὶ τῶν ἄγαν ὑβριστικῶς ἀλλήλοις χρωμένων. Sic apud Gallos *une charretée de paroles*. Bourd. Lycinus amico Pamphilo referens, quemadmodum contentioni duorum inter se Peripateticorum interfuisset, cum Pamphilus id vere ridiculum esse respondisset, ac oportuisse potius, ut rem placide inter se componerent; adeo, inquit ille, non placide rem inter se composuerunt, ut congressi integra convitiorum plaustra invicem in se effuderint, summo cum clamore et Stentorea voce. Sed potius Graeca ejus ponamus: οἵ γε ξυμπεσόντες, inquit, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, κεκραγότες, καὶ ὑπερδιατεινόμενοι. Dictionis hujus origo (Ἁμαξαι βλασφημιῶν) haud dubie ab illo antiquissimo apud Athenienses more petenda est, quo per pagos et vicos curribus insidentes, genio indulgendi caussa, scommata et convitia in quemlibet jaciebant: quemadmodum docet *Gyraldus* Dialogo de Poëtis VI. p. 324. Ed. nostrae. Antiquissimum hunc morem sua in lingua expresserunt quoque Latini, apud quos et *plaustra convitiorum* dicta reperias. Non raro in aliis loquendi formulis convenire videas Graecos inter et Latinos etc. Jens. Sequebantur hic in *Jensii* Lectt. Lucian. permulta variarum locutionum exempla, quas Graeci cum Latinis habent communes, 18 paginas implentia, a p. 272. ad 289. quae quia commentarii modum excederent, omittimus, curiosum lectorem ad libellum ipsum remittentes. Reitz.

Ead. l. 11. Ψηφοφορουῦντες ἦσαν) Ita videtur concepisse structuram *Gesnerus*, ut periphrasis sit, qualis apud *Herodian*, I, 8, 12. Κρατήσας ἦν ταῖς ὅπλοις, pro ἐκράτησε. Vel ap. *Nostrum* in Asin. cap. 30. Οὐ γὰρ ἦν καταβάς, et alibi non semel. Qui plura cupit, adeat fratris mei Belgam Graec. p. 402—3. Fateor itaque, eandem esse usitatissimam, deque ea, hoc *Luciani* similiter adducens, agit *Elsner.* ad Ev. *Luc.* I, 21. ubi καὶ ἦν ὁ λαὸς προσδοκῶν legitur, et cujus non sexcenta, sed sex exemplorum millia possent adduci: verum pristinus interpres aliter vide-

tur construxisse, vertens, *judices, qui cognoscebant, primates erant*; scilicet ἦσαν jungens cum ἄριστοι, non cum ψηφοφορούντες, quod nondum improbo; sed lectoris arbitrium facio, quam velit eligere: ambiguum enim videtur, sensu tamen parum discrepante. Reitz. Pristinus ille interpres, *Erasmus*, ita vertit, quasi scripsisset auctor: δικασταὶ οἱ ψηφοφορούντες ἦσαν οἱ ἄριστοι. Melius *Gesnerus* articuli absentiam respexit. Lehm.

Ead. l. 18. Συντέτακται) Imperator quis? M. Aurelius Antoninus, eo ipso, ut putant, anno, quo Athenis initiatus est, qui CLXXVI. Vid. *Dion.* LXXI. pag. 815. et *Philostr.* 563. Quamvis enim Antonino Pio id ex *Capitolino* tribuatur, (c. 11.) *Dio* id et *Philostratus* Marco vindicant; hic in *Theodoto* p. 291. ille p. 814. A. (vid. *Wotton* p. 169.) Quantum autem fuerit illud stipendium, vide statim hoc ipso capite, et cap. 8. Solan.

Ibid. Ἐκ βασιλέως) An M. Antonino Philosopho? Guyet. Ita ἐκ pro ὑπὸ infra Demon. c. 51. Et sic pro *unde*, vel *a quo* aliquid praebetur, *Arrian.* Exp. Alex. II, 1: ἡγεμὼν ἐκ βασιλέως Δαρείου καθεστηκώς. *Dionys. Perieg.* de situ Orb. vers. ult.

— ἀλλά μοι ὕμνων
Αὐτῶν ἐκ μακάρων ἀντάξιος εἶεν ἀμοιβή.

Sic ἐκ τινὸς παθεῖν pro ὑπὸ, *Long.* Past III. pr. *Herodian.* VIII, 8, 2. ἠγανάκτουν ὅτι ἄρα ἔχοιεν ἐκ συγκλήτου βασιλέας, quod vertitur, *gravabantur datos sibi a senatu principes.* Sed et ibi simul significare potest, *principes e senatorum numero datos.* Nam praemittitur, populum laetatum patriciis principibus. Reitz.

Ead. l. 19. Μισθοφορά τις) De salariis rhetorum vid. *Gronov.* P. V. 4, 11. p. 32. Μύριαι δραχμαί ex vulgari Romanorum computatione denarium drachmae aequantium sunt quadraginta millia H. S. s. 2000 floreni Rhenani. Quae turbae circa talem successionem ortae nonnunquam sint, suo exemplo docet *Eunapius* in Proaeresio p. m. 131. Gesn.

Pag. 194. l. 8. Δοκ. ψήφῳ τῶν ἀρίστων) *Philostratus* quidem Herodi eam potestatem a Marco, cum primum constitueretur, factam tradit p. 566. cum ipse Professorem Rhetorices Theodotum nominaret. At *Eunap.* in Proaeresio de philosophis, χειροτονοῦνται δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι etc. Solan.

Ead. l. 5. Κατὰ τὸν ποιητήν) Carmen est *Homer.* ex Iliad. x. *Virg.* L. XII. Aen. hoc ita interpretatus est:

— *Nec enim levia aut ludicra petuntur*
Praemia, sed Turni de vita et sanguine certant.

Cogn. Affert eundem locum *Cic.* ad Att. I, 1. f. Solan.

Ibid. Οὐδ' ἱερήϊον) Locum *Homeri* emendavimus, in quo *Erasmus* ἱερήϊον *porcellum* verterat, dum legit ἱείον. Bourd. Il.

X, 159. *ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην Ἀρνύσθην, ἅ, τε ποσσὶν ἆέθλια γίγνεται ἀνδρῶν.* Quae ibi laudat *Clarkius*, satis firmant interpretationem nostram *ἰφείου*, quam *porcellum* reddidere alii. Gesn. Etsi nihil interest, quomodo hic legas, *ἱερήϊον*, an *ἱερεῖον*, dicam tamen, cur Parisinae soli obtemperaverim, cujus lectionem non adnotarat *Solanus* noster. Recepi enim hoc, quia ex *Homero* est: at cum versus non sit, dices, ad rem, non verba, respexisse *Lucianum*. Verum quia illius imitatur dialectum in modo praemisso vocabulo *βοείη*· patet etiam alteram ad eandem esse formandam. Reitz.

Ibid. Μύριαι) Eandem cum *Luciano* summam tradit *Philostratus* in Theodoto Soph. pag. 566. *τοὺς μὲν Πλατωνείους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρίναι.* Erant quidem ante hunc Imperatorem Athenis Professores, sed non eo stipendio dotati. Idem p. 526. et nott. *Sueton.* Vesp. cap. 17. *Primus e fisco Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena constituit.* De Philosophis nihil. Nec satis assequor, quibus rationibus inducti viri quidam doctissimi errasse in re tam aperta velint utrumque. Aliam tamen summam tradit *Tatianus* p. 70. nempe *ἑξακοσίους χρυσοῦς*, quae summa quinta parte *Lucianeam* superat, si *Aristophanis Scholiastes* (p. 741.) valorem aurei justam assignavit. *Cressolius* summam a *Luciano* traditam 833 aureos Gallicos conficere ait, AG. X. p. 184. [Historia docet, stipendia Philosophis ab Antonino Pio ac M. Aurelio data fuisse. *Capitol.* in illius vita p. 21. C. *Rhetoribus*, inquit, *et Philosophis per omnes provincias, et honores et salaria detulit.* Simile quid Marcum quoque praestitisse, haud obscure indicat *Dio* (LXXI. p. 815.) *Ex quo*, ait, *factum est, ut magna multitudo se philosophari simulaverit, ut ab eo* (Marco) *locupletaretur.* Idem *Capitolinus* in hujus principis vita significat p. 32. C. Vide et *Galenum* progn. T. III. p. 460. Ed. *Bas.* 1538. *Dio.* LXXI. p. 814. A. Till. T. II. p. 682. Plura vero *Salmasius* not. ad *Capitol.* p. 72. de hoc *Tatiani* loco habet, ubi et *Dionis* locum citat; unde discimus, M. Aurelium ab Oriente redeuntem (circa A. C. 176.) cum Athenis degeret, magnos honores tribuisse Atheniensibus; atque *magistros Athenis* in omni scientiarum genere omnibus gentibus *constituisse, eisque annuum salarium tribuisse:* qui *μισθὸς ἐτήσιος* erant *μυρίαι δραχμαί*, ut observat *Salmasius*, allato etiam hocce *Luciani* loco. *Μυρίαι autem efficiunt monetae Romanae quadraginta sestertia, aureos vero quadringentos, at nostrae coronatos millenos. Tatianus tamen Rhetor, qui sub Imp. Marco floruit, et illa aetate vixit, qua Philosophis et Rhetoribus ab Imperatore constituta sunt salaria, paullo ampliorem*

eorum modum agnoscit. Nam ἑτησίους χρυσοῦς ἑξακοσίους eos in stipendium accepisse dicit; quae sexcentorum aureorum summa, non μυρίας δραχμὰς, sed μυρίας καὶ δισχιλίας continet. Quid igitur statuendum? An τετρακοσίους (mendam ei voci subesse oportet. L. πεντακ.) pro ἑξακοσίους, apud Tatianum corrigemus, ut hic numerus aureorum conveniat cum illis μυρίαις Luciani et Philostrati? — Sed nullis correctionibus opus. Puto enim, Lucianum et Philostratum in exprimenda illa summa, quae annua dabatur Rhetoribus et Philosophis, breviter ac rotunde μυρίας dixisse, cum tamen darentur μυρίαι καὶ δισχίλιαι. Sic majorem numerum expressisse contenti, minorem et excurrentem neglexerunt, ut rotunde loquerentur. Ita etiam optimos quosque auctores locutos, exemplis non paucis ad Suetonium firmabimus, ubi de hoc stipendio Rhetorum pluribus agemus. Μυρίαι δραχμαὶ talentum efficiebant. Vide *A. Gell.* I, 8. Drachma Attica, et denarius Romanus idem valebant. *Cic.* ad Att. XVI, 5. coll. cum *Dione* XLV. Vide etiam *Plin.* VIII. *Val. Max.* VI, 6. coll. cum *Strab.* V. — Greaves of the Denarius p. 54. *Dodwellus* diss. in *Irenaeum* p. 497. Valebunt illa nostrae Anglicanae monetae libras 375, aut circiter. (de summa *Tatiani:* probat enim, quae *Salmasio* placuerant.) *Casaubonus* not. ad *Suet.* Oth. 4. cum observasset ex *Suetonii* et *Taciti* collatione, *aureum unum* et *centum nummos* idem esse, locum Eumenii etiam emendat. Adde *Aristid.* Or. IX. T. I. p. 110. quae scripta est circa A. C. 178. V. pag. 107. et 118. *Just. Mart.* Apol. II. (in Ed. I.) pag. 55. C. *Philostr.* vit. Soph. p. 585. et 593. de voce ἄθλα B.] *Joh. Mass.* Exc. MSS. Solan. *Benedictus: decem millia nummorum.* Notavit frater optimus *G. O. Reitz.* rectius *d'Ablancourt.* et *Bos* de Ellips. *Drachmarum.* Reitz. Eadem ellipsis infra c. 8. Additur δραχμὴ Toxar. c. 33. et saepius. Conferri *Schaeferus* ad *L. Bos* p. 119. jubet De Merc. Cond. c. 20. Saturn. c. 8. Alexandr. c. 23. De Mort. Peregr. c. 9. ubi vid. Adnott. Addendus *Schaefer* ad *Long.* p. 387. et *Fischer.* ad *Weller.* III. a. p. 256. Lehm.

Ead. l. 8. *Τὸν ἕτερον*) Bini ergo cujusque sectae videntur fuisse. Solan.

Ead. l. 10. *Γελοῖον*) Corruptum arbitror, scriptumque a *Luciano γελοῖον ἤδη ἦν ἐκείνους.* Solan. Sic magis etiam impedirn locum, facile intelligitur. *J Scaligerus* in Classic. Journ. No. XXXII. p. 233. sic scribit: „Si *ἐκείνοις* retineamus, ejiciendum *ὡς*. Sed mihi videtur Lucianum (— us) scripsisse: — *ἦν, ἐκείνους, οὕτως* etc.“ Verum nec sic proficitur quidquam ad restituendum genuinum locum. Quodsi recte *Gesnerus* loci sensum tetigit, quod clare evincit totius colloquii via et ratio: dubium

vix esse potest, quin vitium in sola voce ὡς lateat, inque locum ejus vel εἰ μὴ, vel πλὴν, vel tale quid, substitui debeat. Veruntamen nihil decernam. LEHM.

Ead. l. 11. *Χρημάτων καταφρονεῖν*) *Εἰς Ἀριστοτέλην ἀποσκώπτει*, qui pecuniam efficit *μέρος τῆς εὐδαιμονίας*. BOURD.

Pag. 195. l. 2. *Τρίτον τι ἀγαθὸν*) Confer supra de Salt. §. 70. SOLAN.

Ead. l. 7. *Διοκλῆς — Βαγώας*) Nomina haec ut ficta esse credam, facit hoc posterius, quod omnium Eunuchorum commune est. SOLAN.

Ead. l. 8. *Βαγώας*) Barbara lingua significat *Eunuchum*; quin *Ovid.* de Amorib. servum puellae custodem *Bagoum* appellat: *Quem penes est dominam servandi cura Bagoum.* COGN. In libro Apocryph. *Judith*, c. 12. et 13. sic quoque vocatur cubicularius ducis Holophernis. REITZ.

Pag. 196. l. 6. *Μηδὲ τὴν ἀρχὴν θεμιτὸν εἶναι*) *Neque principio fas esse.* Quam potest, quaeso, sententiam habere illud ineptissimum *Benedicti* principium? Longe verius ac manifestius *Erasmus: nefas esse vel conari aut proponere Bagoam.* Hoc enim vult, prorsus esse nefas, eum id velle. GRON.

Ead. l. 9. *Ἱερῶν αὐτῶν*) Sunt, qui ex verbis Deut. XXIII, 1. idem apud Judaeos obtinuisse existiment. Sed errant. Vide, quid vir eximius *Humphr. Prideaux* ea de re afferat Hist. suae L. VI. Partis I. pag. 400. Ed. Angl. minoris. Gallicae vero T. II. pag. 265. SOLAN.

Ibid. Περιῤῥαντηρίων) *Vasa lustralia* vertit *Gesn.* in Dial. de Sacrif. c. 13. REITZ.

Ead. l. 11. *Ἀνςάντητον θέαμα*) Vid. *Thes. Gr.* II, 509. et Nostrum Amorr. c. 39. et Pseudol. c. 17. SOLAN.

Pag. 197. l. 8. *Ἀσπασία*) Milesia, Periclis praecipue amoribus nota: de qua et sequentibus consule *Menagium* in eo libro, quem *de feminis philosophis* edidit. *Lucianus* iterum meminit Imagg. c. 17. Duas agnoscit Scholiastes *Aristophanis* p. 396. quem sequitur *Suidas*. Quin ipse *Plutarchus* docet, posterioris, quae Cyri junioris concubina erat, verum nomen fuisse *Milto*, in v. Pericl. p. 301. SOLAN.

Ibid. Διοτίμα) Vid. *Menag.* De qua *Noster.* Imagg. cap. 18. SOLAN.

Ibid. Θαργηλία) Vid. *Lexic.* Diction. et *Plut.* Pericle 300. SOLAN.

Ead. l. 9. *Τις — Εὐνοῦχος*) *Phavorinum* hisce designat, qui et ipse Eunuchus cum esset, adulterii caussam dixit, teste *Philostrato* in Soph. vit. p. 489. (erat enim etiam Sophista Phavorinus) de quo vide Demon. Vit. cap. 13. et *Xiphil.* 257. B. in

Adr. et *Plut.* 1307. 2. f. Ubi autem legerit *Muretus* in adulterio deprehensum, nescio; nisi forte deceptus. Variar. Lectt. X, 11. Vid. not. ad c. 10. Solan.

Ibid. Ἀκαδημαϊκὸς) Pro Ἀκαδημιακὸς, recte; vid. supra 2. Ver. Hist. c. 18. et Piscat. cap. 48. f. Item infra Icarom. c. 25. f. Reitz.

Ibid. Εὐνοῦχος ἐκ Κελτῶν) Intelligit Arelatensem philosophum Phavorinum, de quo in vita Demonactis. Bourd. Vid. *Philostr.* vitt. Sophistarum I, 8. de *Phavorino* praedicantem, eum utriusque sexus participem natum, et ex viro ac muliere compositum fuisse. Et mox ibid. quod Gallus cum esset, tamen Graece loqueretur. Sed hermaphroditum fuisse, ex *Philostrati* descriptione colligendum dixeris; nisi ibidem Eunuchum illum vocaret, addens, mirandum, Εὐνοῦχος ὢν μοιχείας κρίνεσθαι. Videtur autem per jocum sic vocari, quod voce et glabritie Eunuchum referret; sive quod a natura esset sterilis, non castratus. Confer *Olearii* notas ad *Philostr.* qui *Luciani* aliquot loca ex Demon. et Eunuch. cum *Philostrato* comparat. Reitz.

Ead. l. 11. Εἴπερ ἦν καὶ τῶν ὁμοίων μετεποιεῖτο) *H. Valesius* ὁ μάταρ ad Excerpta e *Dione* notavit corrigendum εἰ περιῆν, et quidem peropportune. Sed quod mirari cogor, cum in nostris exemplaribus sic vulgo legatur, ut citavi; tum nosse oportet, egregium *Brissonium* libro II. de regno Persarum, ubi primus illustrat hunc *Luciani* locum, docetque, Phavorinum esse illum Academicum philosophum, non aliter producere hunc locum, quam prout emendat *Valesius*. Gron. Εἰ περιῆν L. et Ed. *Fl.* uti conjecerant *Valesius* et *Brissonius*. Ante an. Chr. 163. obiisse Phavorinum, ex *Galeno*, Progn. T. III. p. 455. colligit *Jo. Masson*, Exc. ined. Solan. Etsi casus *Valesii* certe conjecturae — nam *Brissonius* fieri potest, ut *Florentina* editione usus sit — egregie faverit, et per se quoque haud parum commendetur lectio, εἰ περιῆν non satis tamen caussae, opinor, fuit, cur a vulgari, eaque optima, lectione recederetur. Duas scilicet Diocles ponit conditiones, sub quibus celeberrimum illum eunuchum arcere se dicit a philosophia: *siquidem ille esset* (vere eunuchus); meminit forte sic dubitans in adulterio illum esse deprehensum; eodemque, opinor, pertinent, quae mox sequuntur, καί τινας — τοῦ σώματος. Altera conditio erat: *si similia sibi arrogaret*, i. e. philosophiae professionem cum salario, quam nunc petebat Bagoas. *Gesnerianam* enim interpretationem: *et eadem tractasset*, ut minus aptam, deserendam existimabam. De verbis εἴπερ ἦν etiam *Jacobsius* mecum consentit in Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 908. Lehm.

Ead. l. 13. Καὶ πρὸς) Mallem illud καὶ abesse, non modo

quia ab *καὶ τινας*, ad verbum inde duodetimum usque, duodecies repetitum *καὶ* legas; sed quia *καί τινας καὶ αὐτὸς* jam pleonasmus est, (qualis rursus c. seq. et saepe supra) et post *καὶ πρὸς ἐκεῖνον* non sequitur alius accusativus similis. Sed non solus est *Lucianus*, qui repetita hac conjunctione gaudet; verum et *Aelianus*, aliique; vid. modo *Ael.* L. III, 1. ubi in part. posteriore capitis singulis versibus incredibilem in modum repetitur. Sic et *Alciphr.* L. 2. ep. 1. duodecies *καὶ* habet intra 14 versus; licet alioqui non semper ita prodigus sit hujus conjunctionis. Reitz. Putidum esse munerare voces, et hinc ferre judicium, in eodem hoc *Reitzio* nostro jam alibi est a me notatum. H. l. si unum *καὶ* e duodecim illis salva et plena auctoris sententia abesse posset, minime id de eo contenderem, in quod *Reitzii* fastidium temerarium incidit.. Nam *καὶ* ante *πρὸς ἐκεῖνον* refertur ad Bagoam cum vi aliqua identidem significatum. Non in hunc Bagoam solum conjiciebantur ridiculi sermones, sed *etiam* in illum, Phavorinum, cui tantum modo auctoritatis in rem suam Bagoas tribuerat. Lehm.

Pag. 198. l. 5. *Παρελθεῖν — ἀξιῶν*) *Vorstius* pro *παρελθεῖν* in suo Codice rescripsit *παρελθὼν*, uti et in W. prius fuit, nunc autem *παραγγέλλειν*. Sed ne sic quidem sanus locus est. Ego in *ἀξιῶν* mendum esse suspicor, quod tamen in omnibus reperio, legendumque *ἄξιος*. Solan. *Jensius* in Ferculo literar. p. 155., ubi Codicis *Wittiani* varias lectiones recenset, sic tradit: „Pro *ἐπὶ φιλοσοφίαν παρελθεῖν* etc. in Ms. est *ἐπὶ φιλοσοφίαν παραγγέλλειν* etc. quae notabilis variatio meretur animadversionem. an *παραγγέλλειν ἐπὶ φιλοσοφίαν* est *profiteri se aptum ad philosophiam?* quemadmodum *H. Stephanus* notat *τὸ παραγγέλλειν* a *Plutarcho* dici de iis, qui honorem ambiunt candidati, et adeo sua nomina *παραγγέλλουσιν*, id est, profitentur, edunt etc.“ Non assentior. *Παραγγέλλειν* cum simplici accusativo muneris etc. quod quis ambit, non cum *ἐπὶ*, constructum illa est formula, quam dicit *Jensius*, frequens illa etiam in *Dionysio Halicarnassensi*. H. l. *παραγγέλλειν* nihil est, nisi elegans glossema. Nam *παρελθεῖν ἐπὶ φιλοσοφίαν* est, ut bene *Gesnerus* vertit, *profiteri philosophiam*, proprie quidem, *aggredi*, *accingi*, *ad eam*. In *ἀξιῶν* autem cave, ne cum *Solano* credas, mendum esse, corrigendumque *ἄξιος*. Rectissima *Gesneri* versio refutat satis superque istam *Solani* opinionem, ut nihil amplius addendum existimem. Lehm.

Pag. 199. l. 1. *Ἑρμείαν*) Vide *Suidam*, qui *Ἑρμίαν*, falsis rationibus ductus, scribendum contendit. Imperitabat is parti Mysiae sub rege Persarum; vide, quos ibi laudat doctissimus Editor, *Laërt.* V, 3. p. 114. D. et 116. E. et *Athen.* XV, 696.

Unde autem habuerit Bagoas, cultum ab Aristotele Hermiam, non satis constat: sed arripuisse videtur calumniam, de qua ibi *Laërtius*, et *Athenaeus* l. c. SOLAN.

Ead. l. 2. *Τοῦ Ἀταρνέως τύραννον*) In marg. *Ald.* 1. additum erat: *Vid. Suidam. Meminit et Strabo L. XIII.* Consule igitur illum p. 614. (vel 913.) ubi ait: *Ἀταρνεὺς δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Ἑρμείου τυραννεῖον, Atarneus est Hermeiae tyranni regia:* cujus historiam *Xyland.* dedit ante, in nott. ad *Strab.* REITZ.

Ead. l. 7. *Διαφθείρων*) At ne erres, Socrati vivo nemo hoc crimini dare ausus est. Vide supra ad Vit. Auct. cap. 15. SOLAN. Cf. tamen *Xenoph.* Memorabb. I, 1, 1. LEHM.

Ead. l. 13. *Οὗτοι*) Miror, quid hic in mentem venerit viris doctissimis *Vossio* et *Gott. Oleario*, cur de Phavorino hic sermonem esse somniarent. De Bagoa enim haec manifeste dicuntur. Vide hujus not. 6. ad *Philostrat.* de Vit. Soph. I, I. c. VIII, 1. Hic locus male intellectus *Mureto* etiam videtur caussam erroris praebuisse, de quo ad cap. 7. SOLAN.

Ead. l. 16. *Καὶ μοιχὸς*) Lege ὅτι, vel ὅτι καὶ μοιχός. SOLAN. Minime. Decepit *Solanum* falsa verborum, qua olim laborabant Editiones, distinctio: *εἰ δὲ μή, ψεύδονται οἱ* etc. Sed delevit jam *Reitzius* importunum comma post *μή*. Sic omnia patet optime procedere, sine ulla alia mutatione LEHM.

Ibid. *Ἄξων φησὶν*) Axo leges Solonis, ut patet ap. *Laërtium* in Pitt. et in Solon. Interpr. Apollinaris lib. 4. *Suid.* Scholiast. *Aristoph. Νεφελ. Pollux*, ut Rhetra Lycurgi. BOURD. Vide *Gell.* II, 12. VORST.

Ibid. *Ἀρθρὰ ἐν ἄρθροις*) *Κακέμφατον τοῦτο, καὶ ὃ φασιν οἱ ἰδιῶται, φύσιν πρὸς φύσιν.* BOURD.

Pag. 200. l. 12. *Τυχοῦσαν*) V. not. supr. ad Pisc. c. 17. REITZ.

Pag. 201. l. 4. *Ὀπύειν*) *Ὀπυίειν.* GUYET. Secutus sum scripturam Cod. W. et Ed. *Fl.* ac monentem *Guyetum*, quia sic recte scribitur, etsi futurum est *ὀπύσω* sine ι. Vid. *Aristophan.* Acharn. 254. In *Pollucis* Onom. V. segm. 92. *ὀπύειν* quoque est editum. Sed in Indice *ὀπυίειν* tamen expressum. REITZ.

Ead. l. 8. *Ἀνακόμπιμον ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐκπέμψαι τὴν δίκην*) *Que la cause fut renvoyée en Italie.* BOURD.

Pag. 202. l. 2. *Τὸν υἱὸν*) Athenis hoc scriptum est: vide fin. c. 12. Sed an inde uxorem duxerit, incertum. SOLAN.

IN DE ASTROLOGIA.

Pag. 203. *ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ*) Coll. et *Fl.* Reliquae Edd. *Ἀ — ας.* (Non est Luciani. *Kust.*) Immo vero Luciani foetus genuinus, uti et de Dea Syria. Solan. De libro, qui de Dea Syria inscriptus est, suo loco agetur. Nunc vero persuasissimum mihi est, hunc de Astrologia libellum nunquam a Luciano, nec juvene, nec sene, nec vigilante, nec dormiente, scribi potuisse. Adeo ineptissimis repletus est superstitionibus, adeo jejune, et insulse, scriptus, ut ne pro ironico quidem foetu haberi possit, quod placuerat olim interpretibus, Anglico *Thom. Franklino* et Francogallico *Massievio* Abbatis graviter repulsis a nostrate *Wielandio* vers. Tom. V. p. 246. et 263. Dubitavit de libri auctore *Gesnerus* in Epist. ad *Reitz.* Tom. I. hujus Edit. p. CLVI. Minus dubie *Belinus* et *Schmiederus* hunc libellum *Luciano* abjudicarunt. Lehm.

Ibid. ΑΣΤΡΟΛΟΓΙΗΣ) Sic infra recte c. ult. Solan.

Ead. l. 1. *Αὐτῶν ἀστέρων*) Libellus ad Astrologia scriptus est Ionica dialecto, quae tamen non ubique cernitur observata; quod sine dubio descriptorum socordia evenit. Sic statim cum initio, *οὐκ αὐτῶν ἀστέρων, οὐδ' αὐτοῦ πέρι οὐρανοῦ*, scribendum fuit *αὐτέων*, ut recte pag. 990. D. Ed. *Salm.* 991. E. 993. A. 995. A. Iterum *αὐτῶν* secus positum pag. 985. D. 886. C. 990. C. Ita *αὐτῷ* pag. 991. D. cum rectius pag. praeced. E. *αὐτέῳ*. Iterum *αὐτῷ* pag. 992. E. Sic *αὐτοῖς* pag. 986. E. pro *αὐτέοισι*, ut recte pag. 993. D. 984. E. 985. B. D. 995. B. Iterum *αὐτοῖσι* pro *αὐτέοισι* pag. 991. C. 993. E. Pari Ionismi neglectu existimo *ἀληθηλῆς*, scriptum pag. 984. A. pro *ἀληθῆτης*, ut pag. 490. A. Sic pag. 984. B. *ἀφίπετο*, et pag. 996. A. *ἀφιξόμενα*, pro *ἀπίκετο* et *ἀπιξόμενα*, ut recte observatum pag. 992. A. 994. A. et alibi. Similiter vitiose p. 989. E. legitur *ἑαυτοῦ*, pro *ἑωϋτοῦ*, ut recte Basileensis, et ubique alibi in hoc libello, ut p. 988. E. 994. A. B. Jens. Paginarum citationes hic in capita non mutavi, ut alibi soleo, quia ea aliaque ab *Jensio* non indicata suo loco partim sponte, partim *Jensii* monitu, ex Codd. correxi. Reitz.

Ibid. Αὐτέων) Sic Ionice scribi curavimus, quod in impressis, omnibus et M. hic et alibi neglectum est. Solan. *Αὐτέων* ubique correxi in hac Dissert. Vid. mox *αὐτέου* §. 16. et 22. ubi pluribus de Ionica hac scribendi ratione ago. Reitz.

Ead. l. 2. *Αὐτοῦ πέρι*) Cum saepe de corrigenda dialecto monuerint interpretes, mirabar, cur et hic *αὐτοῦ* intactum reliquerint. Et fateor, in singulari crasin hanc Atticam vel frequen-

tius reperiri ap. Ionas, si fides editionibus, quam cum ε interposito. Ita αὐτῇ in Leg. *Hippocr.* ac de Arte pr. αὐτῆς quoque et αὐτῇ et αὐτὴν ter quater occurrit, (ut mille alia omittam.) Item τούτου, τούτῳ et similia plus decies paucis pagiris. Sed et pluralia αὐτῶν, αὐτοὺς, τούτων, τούτους, τούτοισιν compluries. Verum cum et τουτέων, τουτέους, αὐτέων legas ibid. et alibi; veluti e. gr. de Arte p. 6. vers. fin. τούτων ac τουτέων in eodem fere commate; dixeris genuinum Ionismum in Nostro ubique restituendum, quia eum adfectare vult videri, ut postea non semel monere cogor. Interim hic nihil mutare sum ausus, quia deinde eodem modo constanter legi video, quoties demonstrative et ἐμφατικῶς *ipse* significatur, non relative: nam sic §. 10. αὐτῷ οὐρανῷ· §. 16. αὐτῆς ἀστρολογίης· §. 24. αὐτῇ τῇ μητρί. Reitz.

Ead. l. 6. *Μέμφομαι ὁκόσοι σοφοὶ* etc.) Ellipsis accusativi αὐτοὺς, vel πάντας. Sic *Epict.* Sent. 116. pag. 144. *Λυπούμενος ἐφ' οἷς μὴ ἔχει, καὶ χαίρων ἐφ' οἷς ἔχει,* pro ἐφ' οἷς, ἃ ἔχει. Alia similia vid. ad Amor. cap. 36. ubi οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν. Sed τῷ μέμφομαι ὁκόσοι similis est ellips. *Terentii* in Ad. II, 1, 43. *Minime miror, qui insanire occipiunt ex injuria.* Ubi quoque intelligendum relinquitur *illos*, veluti in phrasi, *mittere qui nunciet*, omitti solet, *aliquem.* Vid. *Vechn.* Hellenol. p. 68—71. Reitz.

Pag. 204. l. 2. *Ἀπίκετο*) Recte monuit *Jens.* ita corrigendum; confer infra c. 21. et 24. ubi Edd. adspirationem bene omiserant. Vid. *Herodot.* L. I. ipso princ. ubi vel quater una pag. ἀπικόμενος, ἀπικνέεσθαι etc. Reitz.

Ead. l. 5. *Μαντευομένοισιν*) In impressis est μαντευόμενοι· sensus et dialectus poscunt μαντευομένοισιν. Quod cum scripsissem, inspecto Cod. M. video in eo legi μαντευομένοις. Solan. Facile in re tam sperta morem gessi *Solano* ita corrigenti. Nec librorum fidem hic exspectandam censui. Etsi Ionismus ille miseram interdum cacophoniam parit, ut ap. *Hippocr.* Aphor. 20. Sect. II. ubi terminatio ista in σιν et σι tribus versibus decies ac ter occurrit, nimirum: *Ὁκόσοισι νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραί εἰσι, τουτέοισιν ἀπογηράσκουσιν ξηραίνονται. ὁκόσοισι δὲ νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ξηραί εἰσι, τουτέοισι πρεσβυτέροισι γινομένοισι ὑγραίνονται.* Reitz.

Ibid. Κατηγορέουσι) Lege *κατηγορέουσι*, uti et in M. emendatum esse video. In reliquis *κατηγορεῦσι*. Solan.

Pag. 205. l. 3. *Ὢν*) W. uti Dialectus poscebat. In impress. *οὖν*, quod commune est. Solan. Cum notatum reperissem, Cod. W. ὦν habere pro vulgato *οὖν*, nullus dubitavi id hic et supra recipere. Sic enim Ionas solere ὦν pro *οὖν* scribere, vid. apud

Maittair. de Dialect. pag. 84. Ideoque et sic dedi mox §. 5. etsi ibi nullus Cod. praeibat. Nam deinde §. 27. recte ὦν erat in P. REITZ.

Ead. l. 4. Ἄλλῃ μορφῇ) In Flor. Cod. ἄλλην μορφήν. BOURD.

Ead. l. 11. Ἐν δὲ) Corruptas censeo has voces. SOLAN. F. οἳ δέ. REITZ. Ἔτι δὲ maluit *J. Seagerus* in Class. Journ. No. XXXII. p. 233. Ego retinere satius duxi vulgatam lectionem, dum certiora corruptelae vestigia apparuerint. Fieri enim potest, ut libelli auctor, Ionismum maxime Herodoteum affectans, sic absolute, quamquam h. l. non aptissime, usus sit praepositione ἐν, vel potius formula ἐν δέ, quae significet: *in his*, vel *inter alia*. Cf. *Herodot.* III, 39.

Ead. l. 12. Οὐκ οὐνόματα, ὅκως ἐδόκεον, ἀλλὰ σημήϊα) *Non quae essent utcunque nomina, sed rerum signa, quemadmodum putabant.* Sic *Benedictus. Erasmus* vero: *non illis quidem utcunque visum est conflictis, sed quae notae rerum essent.* Non attingunt nucleum. Verte, *non nomina, sicut videbantur, sed signa* et indicia ejus, quid essent, quidque efficerent. Ἐδόκεον non refer ad Aethiopas, sed ipsas appellationes et nomina. Videbantur esse nuda nomina forte data, cum tamen sub illis laterent σημεῖα. GRON.

Pag. 206. l. 2. Μέζον) Recte pro μεῖζον. Et mox rursus μέζω, atque alibi. Vid. *Maittair.* de Dialectt. p. 113. Ed. *Haganae*, et pag. 133. REITZ.

Ead. l. 4. Μηνῶν) An μηνέων, ut supra? GUYET. Μηνέων scribi poscit Dialectus, non, ut in omnibus reperio, μηνῶν. SOLAN. In omnibus μηνῶν male reperi, quod mirum, quia uno versu superius tamen μηνέων recte habebant nonnullae. Quare non erat, cur *Guyetus* dubitaret. Ego saltem non dubitavi sic restituere. REITZ.

Ead. l. 6. Ἐμήσαντο) A μήδομαι. GUYET. Non addidissem, nisi ut appareret Scholiastae ἐμηχανήσαντο expositionem esse, non aliam lectionem. REITZ.

Ead. l. 8. Οὐδ' ἅμα) Corrige οὐδαμᾶ, ut infra §. 19. GUYET. Οὐδαμᾶ) In omnibus legebatur οὐδ' ἅμα. Ego mutavi. Quin mox pro κινεομένοισι, legendum censeo πλάνητες κινέονται. SOLAN. Lubens itaque huic et *Solano* auscultavi, atque in versione *haudquaquam* dedi; quod *Gesn.* qui *nec simul* ex vulgata reddiderat, non aegre feret; nam res est parvi, et vulgata tolerabilis: quam hic non mutassem, si quae litera fuisset mutanda; at cum in accentu tantum et spiritu consistat emendatio, *Luciani* sensum magis congruum reddens, non haesitavi id recipere, quod aliquanto melius visum. REITZ.

Ead. l. 9. Ἐν τοῖσι κινεομένοισι) Additicia videntur. GUYET.

Non puto hunc locum esse integrum, sed verba quaedam temporum injuria excidisse, cui rei occasionem dederit, quod post relativum ἐν τοῖσι sequeretur κινέονται, ac paucis interjectis κινεομένοισι, iisdem syllabis prioribus. Sexcentas in omne genus libris lacunas peperit talis cognatarum vel earundem vocum repetitio. Interpretationem interim dedi, non quam verba subjicerent, quippe quae non intelligebam; sed quam res ipsa postulare visa est. Gesn.

Ibid. Οἰκεῖα) Ὁποῖα lego. Guyet. Non inepte; etsi οἰκεῖα nondum rejicio, quia videtur respicere ad *coelestes domus*, in quibus illa animalia habitant, vel, quae zodiaco sunt propria. Reitz.

Ead. l. 12. Ἀπὸ τέων) l. e. ἀφ' ὧν. Guyet. Hoc nimis notum, et *Homero*, *Hippocrati*, aliisque Ion. dialecti scriptoribus satis frequens. Vid. Iliad. Ω, 387. ut alia mittam. Reitz.

Ibid. Ἱρὰ) Ita multis in locis emendandum fuit, ut Dialectus hujus libelli postulabat, et hic quidem ita in M. emendatum est. Solan. Male hic Codicem M. vel potius ejus correctorem recentiorem secuti sunt *Solanus* et *Reitzius*, et cum his etiam recentiores Editores. Minus etiam recte in sequentibus locis haud paucis nimium confirmatam scripturam ἱερὸς emendarunt sine ulla auctoritate vetere. Quid, quod mox lectio antiqua ἱρώτατον, si quid video, luce clarius ostendit, hunc Ionismum quasquam per hunc libellum ab auctore esse observatum. Quodsi enim ionice ei scribere placuisset, non ἱρώτατον, ut pro arbitrio exararunt *Solanus* et *Reitzius*, sed ἱρότατον ob syllabae primae quantitatem exhibendum erat. Atqui editoris non est, auctorem corrigere, sed ejus librarios. Ergo nec in hac voce scribenda ipsum libelli auctorem corrigendum existimavimus. Lehm.

Pag. 207. l. 5. Ὡς ἕκαστοι) Illa verbi ἔτυχε vel similis ellipsis post ὡς ἕκαστος non modo Attica est, et *Thucydidi* frequentata, sed Ionica quoque, v. g. *Herodot.* II, 40. Gesn. Distinctionem, quae post τἄλλα erat, sublatam retuli post ἕκαστοι, praeeunte *Solano*, qui jubet conferre Ver. Hist. I. cap. 15. ubi ille vulgatam ὡς ἕκαστοι tuetur et exponit. Reitz.

Ead. l. 6. Καὶ ὁ Ἆπις) Osiris rex Aegypti tandem in Deos relatus cum uxore sua Iside colitur sub imagine bovis. Cogn.

Ead. l. 10. Ἄμμωνος) Ammon Jovis epitheton, hoc est *arenarius*. Jupiter enim arietis specie in extremo Libyae arenoso colebatur. Ammonis oraculum erat olim, ut *Mela* scribit, fidei inclytae, ubi responsa oratione non dabantur, sed nutu et signis, ut scribit *Strabo*. Cogn.

Ead. l. 11. Εἴρητο) An ἤερτο, ab ἀείρομαι; Placet. Guyet. Εὔρητο placuit aliis, ut *Koenio* ad *Gregor. Cor.* p. 103. Ed.

Schaef. et *Belino*; qui quidem posterior V. D. etiam ἄρνα voluit pro ἠέρα, quum in Cod. Par. legeretur ἀέρα. Mihi vero in his nihil videbatur mutandum, quamquam dictionem vulgarem ipsam non omnino probem. Quid *Seagerus* sibi voluerit, conjiciens ἠρεῖτο, nondum intelligo. Deinceps idem hic V. D. haec verba sequi vult: καὶ τὸν Ἄμμωνα καὶ οὗτοι etc. Sed multo praestat, quod *Gesnerus* conjecerat, probatum illud etiam *Koenio* et *Bastio* ad *Gregor. Cor.* p. 103. *Schaef.* et *Belino*. *Solani* ratio, τὸν γὰρ Ἄμμ. etc. minus est simplex. LEHM.

Ibid. Παρὰ τὸν Ἄμμωνα) Angl. Cod. πρὸς τὸν Ἀμ. Caetera hujus dissertationis ex *Callimacho* et *Manilio* repetit in Cronüis. Plurima interpretor alibi, BOURD. Παρὰ) In A. P. et L. πρός. Neutrum placet. Debuit enim esse, ni fallor, τὸν γὰρ Ἀμ. καὶ etc. Vide Conc. Deor. 10. ubi ad cornua Jovis Hammonis alludit. SOLAN. Tenüi mutatione παρὰ mutandum in παρ' ὃ, quod cum sententia postulare videretur, in interpretando secutus sum. GESN.

Pag. 208. l. 1. Κριοπρόσωπον) Aliter *Q. Curtius*. GUYET. Vid. hunc L. IV. c. 7. §. 28. 24. Et in Ed. *Leidana* nummos capita Jovis Hammonis referentes facie humana, sed arietinis tamen cornibus praedita. REITZ.

Ead. l. 3. Δοκέει) An δοκέειν; ut infra de Dom. c. 17. intellecto ὡς, ut ὡς εἰπεῖν, pro *ut ita dicam*, nota formula. Sed vulgatam ideo non mutarim: nam et sic ibid. de Dom. cap. 4. pr. ὅ μοι δοκεῖ etc. Passim vero alibi sine articulo. Tamen ἐμοὶ δοκεῖν absolute positum hic magis placet, quia Graecismus est magis peculiaris. Sic *Aelian.* I, 17. Ὧν, ἐμοὶ δοκεῖν, ὁ σπουδαῖος οὐδέτερον ἐπαινέσεται. Idem XIV, 4. Τὴν ἀδοξίαν, ἐμοὶ δοκεῖν, ἐκεῖνος — φέρων. *Plutarch.* Themist. p. m. 113. F. ὡς addit, dicens: αὐτοῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, κατέλιπειν. *Aristoph.* Plut. 736. ὥς γέ μοι δοκεῖν etc. REITZ. De emendatione ne cogitandum quidem esse, patet e cap. 2. οὐ δικαίως, ἐμοὶ δοκεῖ, φρονέοντες. Cf. et infra c. 23. extr. LEHM.

Ibid. Ἀπίκετο) Non haesitavi sic rescribere pro vulgato ἀφίκετο, quod minus Ionicum. Et sic mox §. 16. ἀπίκετο recte Edd. habebant. Confer et §. 21. 24. et 29. REITZ.

Pag. 209. l. 2. Ἦν δέ ποτε Ὀρφέα ἴδῃς ἢ λίθοισιν ἢ χροιῇ μεμιμημένον) Uterque interpres: *vel saxo expressum*, quod profecto admodum est rude. Etsi enim id possit fieri, oportet tamen in his esse politiorem, et λίθον quoque gemmam vocat in Demonacte, et λίθων πλάκας λείας tessellas lapidum ad pavimentum in Amoribus. Intelligo, et intellexit haud dubie *Lucianus*, Orpheum ex opere Musivo, quales Mercurium, Cupidinem, Satyrum, Silvanum nuper protulit *Sponius*. GRON.

Ead. l. 8. Ἐν μέσῳ) Decrat ἐν in impressis, et ipso M. Solan.

Ibid. Ἴκελος) Etsi apud *Homer.* utrumque aeque frequenter invenitur εἴκελος et ἴκελος, posterius tamen recepi, quia magis Ionicum. Et sic *Hippocr.* aexcenties; vid. *Foës.* Oecon. Hipp. Reitz.

Ead. l. 5. Καὶ τῶν ἕκαστον) Sic omnes, nisi quod aliter interpungunt. Mihi N. L. (i. e. non liquet.) Solan. Ms. Reg. 3011. καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον. Bip. Vid. Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 210. l. 10. Ἄρνα χρύσεον θυέστῃ) Supra De Salt. cap. 43. Solan.

Ead. l. 13. Ἀντιδρομέουσι) W. In reliquis διαδρομ. minus apte. Solan. *Lobeckio* ad *Phrynich.* p. 591. verbum ἀντιδρομεῖν, a *Schneidero* expulsum, hic tamen locum suum tueri posse videbatur; quamquam facile cuiquam putat in mentem venire posse ἐναντιοδρομεῖν, aut ἰθυδρομεῖν. Lehm.

Pag. 211. l. 6. Δι' αἰθέρος) Conf. supra de Salt. §. 42. f. τοῦ κριοῦ τὴν διαέριον φυγήν. Reitz.

Ead. l. 8. Ἀλλά οἱ) I. e. ταύτῃ. Guyet. An etiam feminino genere usurpant οἱ, pro αὐτῇ; Solan. An pro αὐτῇ; *Solanus* ait. Cui respondeo, quidni? nam et sic *Homer.* Iliad. *B*, 515. — ὃ δὲ οἱ παρελέξατο λάθρῃ, *hic autem Mars accubuit illi virgini furtim.* Praecessit enim Ἀστύοχη παρθένος αἰδοίη. Iterum *Γ*, 387. de anu, quae Helenae lanam carpebat, — ἡ οἱ Λακεδαίμονι ναιεταώσῃ Ἥκειν εἴρια καλά. — Il. *Z*, 273. 4. — Ἀθηναίης — Καὶ οἱ ὑποσχέσθαι δυοκαίδεκα βοῦς ἐνὶ νηῷ. Sed quonam genere accipiendum Iliad. *A*, 200.? ubi praemittens, Θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς, μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω, pergit illico: Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δὲ οἱ ὄσσε φάανθεν, — *terribiles ei oculi apparebant*, i. e. certe Minervae oculi. Nam cum timeret Achilles, ipsius oculi non fuere terribiles. Alioqui possis aeque construere, *ei* scil. *Achilli* sic videbantur Deae oculi, ac *ei Minervae*, pro ejus Minervae, sic lucebant oculi. Reitz. Non aeque: manifesto οἱ ad Minervam referendum. Vellem etiam *Reitzius* in adhibendo accentu magis, quam et in hac nota, et in ipso Luciani textu, factum est, encliticam particulae οἱ naturam respexisset. Lehm.

Ead. l. 9. Ἑωυτοῦ) Servavi lectionem Ed. *Par.* quam recte se habere, vid. apud *Maittair.* de Dial. p. 116. Ed. *Haganae.* Sed et legere possis ἑωυτέου. Puncta vero diaereseos, quae in Edd. antiqq. in ϋ ponuntur, neglexi, quia iis nihil opus, nec ante in hac Edit. simili in casu addita sunt. In recentt. quibusdam *Hippocr.* Aph. Edd. Sect. I. Aph. 1. ἑαυτὸν editum est, ubi in vett. tamen recte ἑωυτόν. Sed et alibi non semel apud eundem in

hisce erratum est in Edd. ut ibid. Aph. 13. ubi vett. habent ἑωυτῶν, dedere ἑαυτῶν. Reitz.

Ead. l. 10. Χρεόμενος) An χρεώμ. vid. infra ad c. 29. Reitz.

Pag. 212. l. 3. Τάχα δὲ καὶ) Ed. *Reitz.* τάχα δὲ γὰρ, male. Sic, ut edidimus, est in *S.* et *Bas.* 4. quibus adstipulatur Ms. Reg. 3011. Bip. Nusquam in Edd. vett. reperi γὰρ pro καί. Dubium itaque non est, quin γὰρ in Ed. *Reitz.* error typorum habendus sit. Lehm.

Ead. l. 7. Αὐτέων) Non dubitavi sic edere contra Edd. omnes, quia Ionismus verus erat restituendus. Licet enim et in hoc pronomine contractio saepe inveniatur in Edd. aliorum auctorum Ionica dialecto utentium, (quod mox videbimus ad cap. 22.) tamen αὐτέων recte infra c. 22. Edd. atque alibi habebant, et sic *Herodot.* Euterp. pr. Et Clio I. pag. 4. f. Ed. *Steph.* etc. Ideoque non hic modo, sed ubique in hac Dissert. restitui, etiam ubi in variantt. lectt. id non monui. Reitz.

Ead. l. 11. Φαέθων) Hanc fabulam persequitur *Ovidius* lib. 2. Metam. *Plat.* Timaeo, *Arist.* L. IV. de mundo, *Lucret.* L. V. Cogn. Conf. etiam, si operae est, *Philostr.* Icon. I. XI. Reitz.

Ibid. Ἠελίου) Quo apud *Homerum* respiciat, nescio. Solan.

Pag. 213. l. 6. Βαλεῖν) Nihil mutavi, etsi βαλέειν scriptum suspicari licet. Vid. *Maittair.* p. 351. f. Conf. infra c. ult. ἡγεῖται. Reitz.

Ead. l. 8. Τὸ ἤλεκτρον) Conf. infra singularem *Nostri* de electro Dissertationem. Reitz. Et Dial. Deor. XXV. Lehm.

Ead. l. 13. Αἰνείην) De eo *Eustath.* in L. 2. Iliad. *Hom.* Hymn. Veneris. Cogn.

Ead. l. 17. Ἐπέβλεψεν) Vulgatam hanc deleverat *Solanus*, et lect. Cod. W. ἐπέβλεψαν substituerat. Non male profecto; quin et ego credo id verum esse: at quia vulgata quoque non incommoda, sed admodum usitata, nihil mutare sum ausus, ne novandi, (sive potius antiquandi) nimio studio teneri dicar. Reitz.

Pag. 214. l. 1. Ἴκελα) Quia Ionismus hoc requirebat, sic dedi contra Edd. Vid. supra §. 10. Reitz.

Ead. l. 7. Ἀπ') Ne quis credat, Florentinam hic prae ceteris sapere, meminerit, Iones adspirationem tam in appositione, quam in compositione, negligere, videatque testimonia apud *Maittaire* de Dialectt. p. 134. et praeced. Reitz.

Ead. l. 8. Ὁρέεσθαι) Hoc recepi, pro lectione Edd. prio-

rum ὁράασθαι, quia et ὁρέων non ὁράων scribitur constanter deinde c. 24. et alibi. Reitz.

Ibid. Διὸ δή μιν ἐσάναι λ. ὁ. π.) Sic infra in Saturn. c. 7. διὸ καὶ πεπεδῆσθαί με οἱ πολλοὶ εἴκασαν. Reitz.

Ead. l. 10. Ὁμήρου τοῦ ποιητέω) *Barth.* ad *Stat.* Theb. IV, 464. Ὅμηρον putide abundare dicit; sed optime reprehenditur a *Wessel.* ad *Diod. Sic.* IV. cap. 66, 33. ubi etiam Ὅμηρον τὸν ποιητήν. Iterum c. 75. Reitz.

Ead. l. 12. Τὴν σειρὴν τοῦ Διὸς) *Homer.* Iliad. Θ, 18. Solan. *Plato* Theaet. p. 119. A. τὴν χρυσῆν σειρὰν (Il. Θ, 19.) οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει καὶ δηλοῖ. ὅτι ἕως μὲν ἂν ἡ περιφορὰ ἡ κινουμένη καὶ ὁ ἥλιος, πάντα ἐστὶ καὶ σώζεται τὰ ἐν θεοῖς τε καὶ ἀνθρώποις κ. τ. λ. *Eustath.* p. 695, 9. Ed. Rom. cum haec retulisset, pergit: ἕτεροι τοὺς κύκλους τῶν πλανωμένων νοοῦσι χρυσέαν σειρὰν, ὧν ἀνωτάτω μὲν ὁ τοῦ Κρόνου κ. τ. λ. Βολὰς ἡλίου nondum inveni, nec observavit *Seberus.* Gesn. Cf. etiam *Lucian.* Diall. Deor. XXI. Lehm.

Ead. l. 14. Καὶ τὰς πόλιας) Urbes, vinea, chorus, in clypeo Achillis Il. Σ, 490. 560. 590. sed quas nescio, an ad astrologicas rationes traducere cuiquam praeterea in mentem venerit. Contra auctor noster omittit pluscula astrologica sine dubio, quae habet poëta v. 484. seq. Gesn.

Ibid. Πόλιας) Hujusmodi mysteria aliis enarranda relinquo. Solan.

Ibid. Ἀσπίδι Ἡφαίστου) Iliad. Σ, 495. Et mox vid. Odyss. Θ, 266. Solan.

Pag. 215. l. 1. Καὶ τὰ ἐμφανέα] Vertit *Gesnerus:* — *ipsa quoque manifesto* etc in quibus non tam *manifesto* cum *Belino* pro errore typographico habeo, ut sit pro *manifesta* scriptum, quam potius ipsius interpretis error esse videtur. Rectius, opinor, *Belinus: et les choses publiques*, vel, ut idem in textu magis explicat quam interpretatur: *et ce qui se passe en presence de tous les dieux.* Nota res est, quae h. l. significatur. *Homeri* locus est Odyss. VIII, 266. sq. Lehm.

Ead. l. 4. Αὐτέων) Cur hanc scripturam praeferam, vid. c. 1. et 17. Quis tamen in *Hippocr.* et *Herodot.* sic ubique rescribere ausit? ubi ἑωϋτοῦ quidem pro αὑτοῦ et ἑαυτοῦ et simil. est perpetuum; at in pronom. αὐτὸς, οὗτος et τοιοῦτος, crasis frequentius est expressa in Edd. etiam antiquis, quam per dialysin. Ita τούτοισι, non τουτέοισι, *Hippocr.* de Artic. S. VI. p. m. 92. vel sexies occurrit, iterum pag. 91. et 93. Τοιούτοισι iisdem pagg. et alibi perpetuum. Αὐτῷ p. 90. Et *Herodot.* I. p. 6. pr. Αὐτῶν ibid. Αὐτοῖσιν *Hipp.* l. c. p. 91. et vel centies alibi. Τούτοισι quoque *Herodot.* p. 8. D. p. 10. pr. et 11. B. Τούτων

idem p. 3. 4. et 7. *Τούτῳ* p. 4. Alia exempla, ubi terminatio eorundem pronom. sit *ἑων* et *ἑοισι*, pro *ὧν* et *οἷσι*, vid. apud *Maittair.* de Dial. p. 117. *Τουτέων* autem et *αὐτέω* apud *Hippocr.* rursus Aph. 3. S. I. etc. Reitz.

Ead. l. 6. *Ἀλλὰ σύγ'*) Vid. *Homer.* Il. *E*, 429. et 430. Solan.

Ead. l. 9. *Μαντηΐῃσιν*) M. Suspicabar aliud mendum subesse; nam mox singulari numero effert: sed videtur de Astrol. cogitasse. Solan.

Ead. l. 10. *Πόλιας*) Vide, quae de urbibus auspicato condendis observavit vir sine honore non nominandus *Ez. Spanhemius* ad *Callim.* Hymn. Apoll. v. 55. Solan.

Ead. l. 11. *Φόνους ἐρ.*) *Jensius*, *εἰρ* — ad *Ἑρμ.* cap. 71. Sed quid de *φόνους* statuendum? Ego *πολέμους* voluisse suspicor; vide *Tatian.* p. 73. et *Ez. Spanh.* ad *Callim.* et quos ibi laudat vir illustr. *Plat. Νομ.* V. *Virg.* Aen. V, 755. *Thucyd.* III, 235. Ed. *Wechel.* etc. Solan. Obsecutus forem *Jensio* in Hermot. monenti *εἰρ.* hic legendum, si in alio *Luciani* Dialogo id faciendum praecepisset: at cum Ionibus maxime proprium sit augmenta tam temporalia, quam syllabica, negligere, ut *ἀμείψατο*, *ἠγάζοντο*, *ἕλεν* etc. apud *Herodot.* et *Aret.* plus centies, ideo vulgatam omnino servandam censeo. Vid. saepe jam laudatum *Maittair.* de Dial. p. 124—5. Reitz.

Ead. l. 12. *Πρὶν ἂν δὴ παρὰ μάντεων ἀκοῦσαι*) De more oracula in condendis urbibus consulendi, aliisque circa idem negotium ritibus, vid. *Spanh.* in nott. ad *Callim.* p. 80. Reitz.

Ead. l. 15. *Καὶ δράκων*) Conf. historiam Danielis de dracone Babylonio numinis instar culto, sed objecto bolo medicato ab ipso interemto, quae in vulgata reperitur c. ultimo Danielis. In versione Lutheri autem libris apocryphis adnexa est. Adde *Spanhem.* ad *Callim.* p. 394. nummosque draconibus inscriptos ab eodem prolatos ad *Aristoph.* Plut. v. 732. pag. notarum 262. Adde et Schol. *Aristophanis*, et *Macrob.* Sat. I, 20. Ac *Meibomium* in jusjur. Hippocr. p. 33. Reitz.

Pag. 216. l. 3. *Ἱρώτατον*) Recte hic Cod. W. *ἱρ.* Peccant ubique impressi in hac voce. Solan. Non *ἱρώτατον*, sed *ἱρότατον*, *Jensius* Ferc. liter. p. 157. tradit in Cod. W. legi, idque haud dubie rectius, quam, quod *Solanus*, *Reitzius* et recentt. satis inscite dederunt. Verum Ionismi nec h. l., nec supra c. 7. nec aliis hujus libelli locis, in voce *ἱερὸς* scribenda rationem esse habendam existimo. Cf. Varr. Lectt. ad c. 7. Lehm.

Ead. l. 6. *Ὄφρα ἴδῃ νέκυας* etc.) *Homer.* Od. *Λ*, 93. Solan.

Ead. l. 14. *Λυκοῦργος*) Plemilunium magna superstitione antiquis colebatur; et in eo mulieres partu facilius levari, scri-

bit *Plutarch.* Praelium Lacedaemonii ante plenilunium ex Lycurgi praecepto non inibant. *Erasm.* in Adag. *Acesagei lupo.* Coen.

Pag. 217. l. 1. *Νόμων*) Hujus exemplum insigne habes apud *Herod.* VI. Solan.

Ead. l. 6. *Ἀμαθίας*) In summam morum immanitatem efferati sunt, quod caeteris omnibus amplectentibus astrologiam, caeterasque liberales disciplinas, quarum cultu mansuescunt hominum ingenia, soli contemserint, neque fecerint ipsa luna antiquiores. *Serv.* in 2. Georg. Coen.

Ead. l. 13. *Ὥραν*) Sic cum tenui scribendum, quamvis in libris nostris hic cum aspero exstet; vid. De Dea Syr. c. 19. Solan. Recte *Solanus* spiritum asperum in tenuem mutavit. Quamvis et adspirate editum in *Alciphr.* l. 1. ep. 27. *Σὺ δὲ εὐδαίμων ὥραν ἔχεις ἐμοῦ*: et *Bergl.* quoque ex *Herodot.* I. Segm. 4. adferat, *μᾶλλον ὥρην ἔχειν ἐρασθέντα*. Nam praestat observare differentiam, quam Grammatici tradunt inter *ὥραν curam*, et *εἶραν* sive *ἄραν, horam, pulchritudinem*; licet adfirmare nequeam, antiquitus eandem observatam. Reitz.

Pag. 218. l. 12. *Πρηγμάτων*) *Πραγμ.* hic habebant omnes, quas vidi Edd. etsi cap. 24. recte *πρηγμάτων* exaratum erat. Et miror, neminem Commentatorum monuisse, id quoque ad Ion. dialect. formandum. Sed forsan et ego praetermisissem, ni monuisset frater *G. O. Reitzius*. *Πρηγμάτων* autem postulare illam dialectum qui nescit, adeat *Hippocratem* mille locis, et *Maittair.* de Dialect. p. 100. et 101. Reitz.

Ibid. Χρεμένους) Quia supra §. 15. sic scriptum erat sine varietate, et Cod. W. etiam hic ita praeferat, hoc servavi, magis ut sibi similis redderetur scriptura, quam quod contendam sic necessario scribendum: utrumque enim satis crebro apud Ion. Dialect. scriptores occurrere vid. apud *Maittairium* de Dial. p. 121. et 131. Et cum *ἐχρέοντο* quoque hac Dissert. Luciani §. 7. habuimus, tanto magis vocalem brevem et hoc loco praetuli, Reitz.

Ead. l. 13. *Ἀφιξόμενα*) *Id utilitatis*, ait auctor, *affert Astrologia, τὰ μὲν ἐσθλὰ εἰδότας ἀφιξόμενα, πολλὸν ἀπόχρωσθεν εὐφρανέει, τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα, εὐμαρέως δέχονται· οὐ γὰρ σφισιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται*. In Edd. novissimis praetermissa est vox *ἀγνοέουσι* (quam *Bas.* et *Ald.* servant) in primo loco; cujus tamen omittendae nullam video causam satis idoneam; quamquam in expositione horum video haesitasse magnos viros. Ita autem intelligenda haec arbitror: nimirum dixerat Noster, fieri non posse ex malis bona per Astrologiam; id tamen ex Astrologia utilitatis redundare: *Bona quidem*, inquit, *eos, qui ea norunt futura, multum in antecessum delectant: at ea, quae igno-*

rantibus cenſentur mala, triſtia, calamitoſa, illi (qui nempe χρέωνται τῇ ἀστρολογίῃ, ut praecessit) *aequo accipiunt animo: neque enim illis ignorantibus eveniunt.* Statim quoque pro vulgato ἡγεῖται mirum, ni auctor hic ἰωνίζων scripserit ἡγέαται ut §. 3. περιπέαται, et ἀπηγέηται §. 22. Jens. Ἀπιξόμενα) Sic dedi pro vulgato ἀφιξόμενα, ut Ionismus appareret. Nam recte adspiratio omissa erat supra c. 21. et 24. Conf. *Herodot.* ipso prine. ubi ἀπικομένους et ἐξαπικνέεσθαι ter, quater occurrit, ac deinceps millies. Reitz.

Ead. l. 14. *Τὰ δὲ φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· οὐ γὰρ σφισιν ἀγνοέουσιν ἐπέρχεται*) Sic commode Graeca concinnavit *Benedictus.* Sed non bene his etiam apparavit Latina: *Quae vero non imprudentibus accidunt, facile accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Quae profecto, ut magnam partem sunt imitatio versionis *Erasmi*, ita exprimunt penitus ordinem verborum in Basileensi exhibitum, *τὰ δὲ ἀγνοέουσι φαῦλα εὐμαρέως δέχονται· οὐ γάρ σφισι ἐπέρχεται.* De quo si vere pronunciare licet, totum plane alienissimum, immo contrarium est menti auctoris, et hinc idem censendum de *Benedicti* versione, qua longe accommodatior illa *Erasmi: mala vero facile, cum non imprudentibus venerint, accipiuntur. Neque enim in illos irruunt.* Hic haereo, qui nescio, quae sit scriptura vetus in Codicibus Mss. Unde et pater Ed. Basileensi in voce ἀγνοέουσι adscripsit *περιοέουσι*, optime ad sententiam Luciani, sed longius ab vulgata lectione discedens. Si, quod edidit *Benedictus*, exstat in scriptis, opinor verissime sententiam auctoris sic exprimi, *adversa autem facile excipiuntur: non enim imprudentibus superveniunt* etc. Gron. *Τὰ δὲ φαῦλα ἐ. δ.* recte M. *Fl. S.* et *Amst.* Reliquae Edd. ἀγνοέουσι prave post τὰ δὲ, ponunt. Solan.

Pag. 219. l. 1. *Ἡγέαται*) Ita cum *Jensio* credidi legendum pro vulgato ἡγεῖται etsi contractio in similibus verbis non semper videtur respui ab Ionibus. Sic in *Hippocr.* Mochlico p. m. 113. ὁμολογείτω legitur. Ac de Articulis p. 91. μυθολογοῦσι. Item γνοῦνται ibid. et multa similia alibi, quae per dialysin quoque more Ionico potuissent scribi, quaeque propter frequentiam immutare non ausim. Verum cum dedita opera Ionismum hic adfectet Lucianus, omnia ad illum erunt accommodanda, quaecunque possunt. Maxime, cum supra quoque — ἔαται non εἶται dederit. Alioqui et ex *Herodot.* in quo dialyses frequentiores sunt, non absimilia vulgatae proferre possem, ut ex L. II. sive Euterp. p. 104. Ed. *Steph.* C. ἀναισιμοῦνται. Sed in quibusdam tantum verbis contractionem habent Iones, in quibusdam nunquam. Conf. supra §. 19. βαλεῖν, ubi et βαλέειν potuisses conjicere. Reitz. Non constare sibi hunc scriptorem in affectan-

do Ionismo, facile animadverti potuit, si quis legens in eam rem attenderit. H. l. ἥμισυ saltem e Cod. 3011. rescribendum putabam, ut *Belinus* quoque censuit, et *Schmiederus* fecit. Lehm.

IN DEMONACTEM.

Pag. 220. *ΔΗΜΩΝ.* Demonactem quendam Cyrenaeis dedisse leges, tradit *Theodoret.* 9. Curat. Gr. affect. apud Fabricium in Legislatorum catalogo. Quid in mentem venerit viro doctissimo *Philostratum* pag. 556. enarranti, cur hunc libellum *fabulam* vocaret, nothumque esse putaret, mirari tantum possum, nihil aliud. Nollem factum. Excidit hoc V. Cl. alia agenti. Hujusce vitae meminit *Eunapius*, ut a *Luciano* scriptae p. 12. 13. Locum integrum in testimoniis de *Luciano* exhibemus. At alibi vir clar. suspicatur *Pseudonymum esse Lucianum: cum enim nihil sacrum profanumve intactum reliquerit, nomen omnibus lectoribus prostituere voluisse non putat.* Deinde alibi *Samosatensem* se dicit, alibi *Patrensem.* (fin. praef. ad vit. Soph.) Serione haec refutanda? Annos prope centum vixit c. 63. Non ultra Marci tempora videtur pervenisse! certe quod id suadeat, nihil in hac vita, nisi quid forte me latuit, conspicitur. Natus ergo circa annum Chr. XC. Cum ei Epictetus jam senior auctor fuerit, ut uxorem duceret c. 55. Fieri hoc potuit circa an. Chr. CXXV. vel CXXX. Demonacte fere quadragenario. Solan.

Ead. l. 1. *Ὁ κατ' ἡμᾶς βίος*) Sic *οἱ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωποι, homines nostri. Herodian.* I, 14, 7. Et I. c. ult. f. Et *κατὰ τὸ αὐτὸ, eodem tempore, Aelian.* XIV, 8. pr. Reitz.

Ead. l. 3. *Ὑπερφυᾶ*) Recte, et magis Atticum, quam *ὑπερφυῆ.* Sic *Alciphr.* II. p. 270. Et *Noster* supra *εὐφυᾶ*, Alex. c. 5. ac de Salt. §. 74. Reitz.

Ead. l. 4. *Βοιώτιον Σώστρατον*) Hujus fortasse meminit in Dial. Mort. et in Alexand. Pseudoman. Sostrati cujusdam Sicyonii *Pausan.* memimit in Eliac. I. 2. Cobet. Vid. omnino *Hemsterhusius* in praefatione *Pollucis* pag. 29. Gesn.

Ibid. Σώστρατον) Magnificentiora sunt, quae de hoc mox praedicat, quam ut idem cum eo, de quo in Dialog. Mort. XXX. et Alexandri vita cap. 4. loquitur, putandus videatur; vid. quae nos ad priorem illum locum adnotavimus. Meminit hujus sub eodem Herculis nomine *Philostratus* in Herode p. 552. Conveniunt enim Herculis nomen, patria Boeotia, Parnassus, vires immensae, omnia. Nisi quod de latronibus nihil *Philostr.* De

operibus enim, quamvis diserte non dicat, satis ex eo intelligitur, quod tali viro opus fuisse dicit Isthmum perfodituro p. 552. *Herodis Herculem*, teste *Philostrato*, vocabant, quia ab Herode in epistola longiore celebratus fuerat, ex qua omnia sua habere *Philostratus* videtur, 16. *Agathion* etiam a rusticis vocabatur, ut p. 553. docemur; *Sostratus*, quod miror, nunquam illic dicitur. Optime monuerat *Hemsterhusius* Praef. ad *Pollucem*. p. 29. eundem virum *Philostrato* et *Luciano* describi. Quod miror a docliss. *Philostrati* interprete, dum se enarrat, non ulterius arreptum, contentumque esse dixisse, *eundem esse patere putat, ex collatione*; non ipsum rem per se liquidam inspexisse. SOLAN.

Ead. l. 8. Ἐπὶ μήκιστον) Diu cum Demonacte vixit Lucianus, qui sub Nerone jam notus ad centesimum ferme annum vitam produxit, c. 3. et 63. SOLAN.

Ibid. Περὶ — Σωστράτου — ἐπίπονος εἶναι) De Demonacte scripturus Noster, ait se singulari libello scripsisse de Sostrato quodam, ubi magnitudinem ejus, ingens robur, omnemque victus rationem descripserit. Qui libellus hodie λαμπρὸν φάος ἠελίοιο non adspicit, et in caeterorum aevi veteris monumentorum, quae vel hominum, vel temporis iniquitas nobis invidit, numero censendus. Sed valde mihi suspecta est hoc in loco illa ἐπίπονος εἶναι; in qua dictione nihil equidem video, quod eam commendare possit. An, qualiscunque ille lectus fuerit, decumbenti et fesso, horridaeque ac asperae vitae assuefacto, potuit esse molestus? Posset minima mutatione legi ἐπίπονος, ut Sostratus intelligatur decubuisse in velleribus; posset quoque ἐπίπεδος· id enim videtur *Noster* velle, eum humi cubuisse; idque caeteris, quae praedicat, optime convenit. Nullus equidem dubito, quin corrigendum sit, ἡ ἐπὶ πόας εἶναι; *cubile in gramine*. Plane enim ita *Noster* locutus fuerat in Necyomantia, c. 7. εἶναι δὲ ὑπαίθριος ἐπὶ τῆς πόας. Et sic *Homerus* Il. Π, 235. χαμαιεύνας habet. Latini dixerunt *humidormitiones*; vide *Is. Casaubonum* ad *Suetonii* Iulium 72. IAHN.

Pag. 221. l. 1. Πέντε πήχεις μοι) Non exigua haec jactura existimanda est. In eo enim libro ad historiam illius aetatis illustrandam multa fuisse, nullum dubium est. SOLAN.

Ibid. Μέγεθος) VIII pedes, teste *Philostrato* l. c. SOLAN.

Ead. l. 9. Ὕπαιθρος) Vid. *Plut.* 483. f. *Noster* Necyom. cap. 7. ὑπαίθριος scribit. SOLAN. Et sic rescribendum censuit *Belinus*. Sec nec ὕπαιθρος damnandum esse, probatorum scriptorum exemplis ostendit *Lobeckii* nota ad *Phrynich.* p. 251. sq. LEHM.

Ead. l. 8. Ἐπίπονος) Vide *Jensium*. De diaeta agresti *Phi-*

lustrat. l. c. Solan. An *ἐπὶ πόας*; adscripserat *Gem.* Reitz. *Ἐπίγειος* vult *Belinus.* Bip. Vix me continui, quin probabilissimam *Jensii* et *Gemeri* conjecturam, *ἐννὴ ἐπὶ πόας*, quam hic etiam in versione expressit, in textum reciperem. Ceterae autem vel *Jensii*, vel *Belini*, conjecturae ejusmodi sunt, ut facili opera totidem aliae non minus probabiles iis addi posse videantur. Omnino autem et ego *ἐπίπονος* non genuinam lectionem esse censeo. Lehm.

Ead. l. 6. *Περὶ δὲ Δημώνακτος.*) Ut de Demonacte loquatur, aequum esse ait, primo ut is sua opera memorabilis fiat apud optimos etc. Fere sic *Livius*, rerum Romanarum texturus historiam, in Praef. *Juvabit rerum gestarum memoriae principis terrarum populi, pro virili ut me ipsum consuluisse.* Jens.

Ead. l. 8. *Καὶ — πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες*) Interpres: *et ad philosophiam respicientes. Πρὸς φιλοσοφίαν ὁρᾶν, philosophiae operam dare*, non est Graeca locutio: sed scribendum *πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμῶντες*, ut paullo post *πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν.* Graev. Sic et *πρὸς τὰ κάλλιστα ὁρμᾶν.* Somn. extr. et similiter saepius. Sed *ὁρᾶν πρὸς φιλοσοφίαν* quum sit *respicere ad philosophiam*, nullo modo id exprimit, quod *Lucianum* voluisse probabile est. Haud dubie igitur *ὁρμῶντες* scripsit auctor, licet omnes libri *ὁρῶντες* exhibeant. Lehm.

Ead. l. 12. *Ἦν δὲ τὸ μὲν γένος Κύπριος, οὐ τῶν ἀφανῶν, ὅσα εἰς ἀξίωμα πολιτικὸν καὶ κτῆσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντων τούτων ὑπεράνω γενόμενος, καὶ ἀξιώσας ἑαυτὸν τῶν καλλίστων πρὸς φιλοσοφίαν ὥρμησεν*) Vertenda sunt: *Erat itaque Demonax genere Cyprius, non obscuro loco natus, quod quidem ad dignitates civiles, et facultates attinebat. Despectis nihilominus his omnibus, cum pulcherrimis se rebus dignum judicasset, ad philosophiam animum appulit. Ὑπεράνω γενέσθαι* non est *excelsiorem fieri*, ut interpretes transtulerunt, sed *despicere, contemnere. Laërtius:* καὶ τῆς τῶν πολλῶν δόξης ὑπεράνω γίνεσθαι, *vulgi laudes et gloriam contemnere. Plutarchus* in apophthegmate Agesilai: *ἐγὼ γάρ μοι δοκῶ τῶν τοιούτων βούλεσθαι ὑπάνω εἶναι, ἢ τὴν εὐανδροτάτην τῶν ἀντιτεταγμένων πόλιν κατὰ κράτος ἑλεῖν, malo me vincere contentu talium rerum, quam praepotentem hostium urbem vi capere.* Pro his dixit *Lucianus* statim *ὑπερεῖδε τῶν ἀνθρωπείων ἀγαθῶν.* Graev.

Ead. l. 13. *Οὐ μὴν ἀλλὰ*) Sic *οὐ γὰρ ἀλλὰ*, de quo vid. *Jens.* not. ad Vit. Auct. *Οὐ μὴν ἀλλὰ* simpliciter vertitur, *igitur*, in *Plutarchi* Num. p. 60. E. Scholiast. *Aristoph.* ad Nub. v. 71. *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Διόνυσόν ἐστι τις ἑορτή* etc. pro, *sed et*, vel *praeterea. Nihilominus. Verumtamen, Bergl.* ad *Alciphr.* II, 253. Reitz.

Ead. l. 14. Ὑπερόπτης γενόμενος) Non indignabuntur manes *Graeviani*, huic monito vari aumui non obtemperatum, sed mansum in propria verborum sententia. Nobilitas, divitiae, intercedebant instituto Demonactis; *ille superior fuit his impedimentis.* Sic etiam res habet in reliquis. Poterat etiam *contemtus* hic locum habere; quae enim *facile superamus*, *contemnimus*. Sed, nihil omnium nos cogit, ut a verborum proprietate, et formali, quam vocant, significatione hic recedamus. Gesn.

Ead. l. 16. Ἀγαθοβούλου) Hunc *Eusebius* anno Chr. CXX. floruisse, in Chronico auctor est. De eodem rursus *Noster* De Mort. Peregr. c. 17. quem locum vide. Solan.

Ibid. Δημητρίου) Cynicus is, de quo legimus in *Apollonii Tyanei* vita IV. cap. 25. p. 163. Quod autem πρὸ αὐτοῦ addit, non Demonactem, ut putavit *Vorstius*, respicit, qui τῶν ideo inserendum arbitrabatur; sed Agathobulum Demetrio juniorem fuisse indicat. Vid. Hipp. cap. 2. similem phrasin, et De Salt. c. 63. unde, Neronis tempore vixisse hunc Demetrium, constat. Consule *Diog. Laërt.* V, 84. p. 161. A. Hujus *Phavorinus* honorifice in scriptis suis, teste ibidem *Philostrato*, meminerat. Solan.

Pag. 222. l. 2. Τιμοκράτει) Vid. Alex. c. 57. et Salt. c. 69. De eo *Philostr.* p. m. 265. (536.) τῆς δὲ γλώττης εὐφόρως εἶχε, καὶ σφοδρῶς, καὶ ἑτοίμως. Circa an. Chr. 130. floruisse traditur in Chronol. Sophist. *Philostr.* Quae si vera sunt, aut alium Timocratem denotant, aut hic etiam longaevus fuit. Vid. De Salt. cap. 69. Sed errat Chronicon: nam de hoc ipso haud dubie sermo est. Solan.

Ead. l. 8. Ἀλλ' ὁ γὰρ Δημώναξ) Lege omnino ἀλλ' ὅ γε Δή. Solan. Hon assentior *Solano*, vim harum particularum conjunctarum ignoranti, qui et supra De Merc. Cond. c. 1. pro ἀλλὰ γὰρ, ἀλλά γε rescribendum putaverat. Vid. ibi Adnot. Tom. III. p. 626. sq. Indicat ἀλλὰ γὰρ declarationem rei praecedentis, et respondet Latinorum *Sed enim*. Lehm.

Ead. l. 11. Ἀνίπτοις γε ποσί) Neutiquam inexercitatus, neque rudis: quo proverbio etiam usus est in Rhetor. praecept. Coun. Vide Paroemiog. Bourn. Ἀνίπτοις γε L. *H. B.* 2. *Fr. Par.* quod cur mutarit *S.* Ed. feceritque ἀνίπτοισι π. nulla ratio erat. Solan.

Ead. l. 12. Ἤιξεν) Sic mutavi; minus placebat enim, quod omnes libri nostri hic praeferunt ἦξεν. Vid. et Fugit. c. 6. ubi itidem plerique impressi errarunt. Et confer notam *T. Fabri*, et nostram ad De Mort. Per. c. 37. Solan.

Ead. l. 15. Ἅμα τῷ δακτύλῳ) Sic supra Quom. Hist. c. 4. f. Hoc vero *Luciani* adducit *Elsner.* ad Evang. *Matth.* XXIII, 4. ubi, τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν, οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά. Tum etiam

ex *Iul.* Orat. 6. p. 200. γενέσθαι δὲ τραγῳδὸς μηδὲ ἄπορος, φασὶ, τῷ δεκτύλῳ. Reitz.

Ibid. Καὶ τὸ σῶμα δὲ) Illud καὶ δὲ, quod frustra alibi suspectum fuit commentatoribus, vidimus supra de Salt. §. 10. §. 12. et 13. Item 1. Ver. Histor. cap. 15. Alexand. cap. 41. etc. Adde modo laudatum *J. Elsner.* ad Evang. *Joan.* XV, 27. in quo habemus, καὶ ὑμεῖς δὲ μαρτυρεῖτε. Quod is convertit, *et vos itidem*, aut, *quin et vos testabimini*, aliaque ex *Xenoph. Thucydid. Arrian.* hoc *Luciani* testimonio non omisso, adducit. Reitz.

Pag. 223. l. 5. Ἐς τοῦτο) Non dubito, quin legendum sit ἐς ταὐτὸ, sic certe interpretatus sum. Gesn. Quod *Gesn.* conjecit, id *Solanus* quoque sic emendaverat: et quia necessaria est emendatio, vel sine Codd. auctoritate ita edidi. Reitz.

Ead. l. 8. Οὐ παραχαράττων τὰ) Dicit, Demonactem imitatum esse Socratem, et frugalitate Diogenem, οὐ παραχαράττων τὰ ἐς τὴν δίαιταν, ὡς θαυμάζοιτο, καὶ ἀποβλέποιτο ὑπὸ τῶν ἐντυγχανόντων, ἀλλ' ὁμοδίαιτος ἅπασι. Vertunt: *Non tamen adulterabat ea, quae ad victum pertinebant, admirationis emerendae gratia, utque ab iis respiceretur, quibuscum versabatur; verum communi cum aliis vivendi ratione utebatur.* Παραχαράττειν τὰ εἰς τὴν δίαιταν, *non est adulterare, quae ad victum pertinent*, sed *non mutare vivendi rationem, non recedere a communi vivendi genere.* Josephus V. ἀρχαιολογίας, Παρέβαινε δ' ἤδη τὰ πάτρια, καὶ τὴν οἰκείαν δίαιταν παρεχάραττε ξενικῶν μιμήσει ἐθισμῶν, *ejurabat patrios mores, domesticosque ritus antiquabat, imitatione peregrinorum morum.* *Ruffinus* sic vertit: *Transcendebat jam leges patrias, et edicta propria requirebat mores imitando peregrinorum.* *Synesius*: καὶ τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηροὺς τοὺς καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντας, *ut nummos divinam doctrinam mutantes.* Graev.

Ead. l. 12. Σωκράτους εἰρωνείαν) Hinc Socrates dictus εἴρων: utebatur enim, ut ait *Cic.* I. de Off. libenter ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant. Coon.

Ead. l. 16. Παντοίους) Alio sensu usurpare solet. Vid. Dial. Mortt. 21. Solan.

Pag. 224. l. 2. Οὐδεπώποτε) Id plus esse, quam οὐδέποτε, vid. supra in verbis *Diog. Laërt.* ab *Solano* prolatis ad 2. Ver. Hist. c. 18. Reitz.

Ead. l. 9. Οὐδενὸς ἐδεῖτο] *Nullius rei indigebat*, vertit *Gesnerus*. *Obsopoeus*: *nullius in rebus suis egebat auxilio.* Habebat itaque hic οὐδενὸς pro masculino, nec aliter *Belinus*, qui etiam ineptam judicat alteram interpretationem. Mihi non adeo inepta esse videtur, ut eam rejiciendam putem. Non enim omnino dicit auctor, nullius rei indiguisse Demonactem,

quo sane nihil foret ineptius. Sed contextus omnis ducit eo, ut intelligas παρ' ἄλλων in suam rem, in suum commodum, non opus habebat alieno subsidio. Neutrum autem esse οὐδετερος, satis, opinor, certe ex opposito τὰ ἐλάττω colligi potest. Lehm.

Pag. 225. l. 5. *Τὰ μέτρια*] Justius h. l. *Belintis* interpretem Latinum recentiorem reprehendit, intelligentem τὰ μέτρια de *mediocribus tributis*, quae ab h. l. prorsus aliena sunt. Verum nec ipse recte explicat: *servir sa patrie par des choses modérés, par la modération*; quae nimis est contorta sententia, cui etiam articulus gravissime adversatur. Nihil τὰ μέτρια aliud est, quam μετρίως, *tranquille ac modeste*, ut *Obsopoeus* bene, quamquam amplius justo, reddidit. Τὰ πολιτικὰ est *civitatis rebus consulere*, quacunque demum ratione. Lehm.

Ead. l. 9. (Οἰκεῖον) *Homo sum, humani nihil a me alienum puto. Terent.* Solan.

Ibid. Πλέον δὲ, ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν ἐδόκουν αὐτῷ ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν) Sic distinguendum opinor. Vulgo junctim haec leguntur, συνὼν ἑνίοις αὐτῶν μόνοις ἐξιστάμενος. Interpres hic iterum turpissime sese dat, vertens: *plus autem, minusve laetabatur, eorum solummodo consuetudinem devitans, quotquot illi videbantur propter spem obsequii delinquere.* Nihil insulsius, si Graeca spectes, et mentem scriptoris. Verto: *plus autem minusve laetabatur, conversans cum quibusdam eorum*, (quibuscum nempe versabatur: versabatur autem cum omnibus, non omnium tamen usu peraeque delectatus) *iis solis se abstinens, quotquot ei viderentur supra omnem spem emendationis delinquere.* Eos devitabat Demonax, de quibus nulla morum emendatio sperari poterat; qui erant ἀνήκεστοι· et, ut Belgae dicimus, *daer geen salv meer aen te smeren was.* Jens. Distinguenda mihi quidem videntur verba hoc modo: πλέον δὲ ἢ ἔλαττον ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις αὐτῶν, μόνοις ἐξιστάμενος, ὁπόσοι ἂν etc. h. e. *plus vero minusve delectabatur consuetudine quorundam ex iis, devitans solos, quicunque.* Quemadmodum hic *Lucian.* ἔχαιρε συνὼν ἑνίοις, ita *Xenoph. K. Π.* II, 15. ἥδομαι συνὼν τούτῳ. L. Bos. Distinctionem a *L. Bos* propositam sum secutus, pristinam abolendo. Reitz.

Ead. l. 11. Ὑπὲρ τὴν τῆς θεραπείας ἐλπίδα διαμαρτάνειν) *Benedictus*: *propter spem obsequii delinquere*, ex *Obsopoeo*, qui largius: *propter spem exhibiti obsequii delinquere.* Mirabiles versiones. Intellige *supra spem emendationis delinquere.* Gron.

Ead. l. 12. Μετὰ Χαρίτων καὶ Ἀφροδίτης) Conf. *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 180. ibique not. *Bergleri.* Reitz.

Ead. l. 13. Κώμωδὸν) *Eupolis.* Vid. fragmentum allatum in

notis ad Nigrin. c. 4. Solan. Imo c. 7. Nigrin. Tom. I. p. 256. huj. Edit. Lehm.

Ead. l. 14. *Τὴν Πειθὼ τοῖς χείλεσιν* etc.) Utitur et *Alciphr.* I. ep. 38. pag. 178. f. *ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ Πειθώ.* Ad quae verba *Bergler.* haec *Luciani* aliaque adferre non est oblitus. Reitz.

Ead. l. 16. *Κρειττόνων*) Verte *ex Diis.* Kuster. Vid. Pro Merc. Cond. c. 8. Solan.

Pag. 226. l. 1. *Οὐ μεῖον τοῦ παρὰ τοῖς πλήθ.*) Delendum censeo illud *τοῦ*, cum sententiam obscuret. Solan. Non satis haec intelligo. Si *τοῦ* absit, *μεῖον* respiciet ad amorem et admirationem, de qua modo dictum: si retinendum est, excidisse nomen Socratis dicam. Interim verti, ut verba jacent. Gesn. Elegantem et verissimam hanc *Gesneri* conjecturam dicit Censor Edit. *Reitz.* in Novv. Actt. Erudd. a. 1745. p. 254. *Belinus* etiam pondus aliquantum accedere sibi censet eo, quod mox in c. 3011. pro *ἅπερ κἀκεῖνοι τότε* legatur *ἅπερ κἀκεῖνον οἱ τότε*, quo satis clare indicetur nomen Socratis supra jam fuisse nominatum. Sic etiam *J. Seagerus* profitetur se, nondum lectis *Gesneri* notis, conjecisse. Sed postea vidit scilicet pro *τοῦ* modo rescribendum esse *του* sine accentu: *non minus odium sibi conciliavit, quam quivis alius.* Nimis profecto simplex remedium, cui nimis graviter refragatur Pronominis *τὶς* natura et usus. Mihi nihil certius esse videtur, quam excidisse aut ipsum Socratis nomen, aut verbum, quod virum illum significaret. Quamquam non propterea in sqq. *ἅπερ κἀκεῖνον οἱ τότε* reponendum existimem. Lehm.

Ead. l. 4. *Οὔτε θύων ὤφθη πώποτε*) Contrarium docet *Xenoph.* in Memorab. L. I. p. 570. 571. Ed. *Basil.* Sed cum Socrates de facultatibus exiguis exigua sacra faceret, nihilo se putabat minus praestare, quam illos, qui de magnis opibus multas et amplas hostias caederent. Reitz.

Ead. l. 5. *Ταῖς Ἐλευσινίαις*) Scilicet *τελεταῖς.* Guyet. Idem intelligunt *Fischerus* ad *Weller.* T. III. 1. p. 263. et *L. Bos* de Ellipss. p. 464. Sed *Schaeferus* ad h. l. mavult *θεαῖς* suppleri; plene enim legi *Alciphr.* II. ep. 3. in. *μὰ τὰς Ἐλευσινίας θεάς.* Lehm.

Ead. l. 7. *Ἀναλαβών*) Forsan *ἀναβαλών* certe Nostro *ἀναβολὴ* eo sensu frequens. Solan. Non opus est mutatione. *Ἀναλαμβάνειν σχῆμα δουλοπρεπὲς* vide Somn. c. 13. et similia haud raro. Lehm.

Ead. l. 11. *Οὐδὲ γὰρ δεῖσθαι*) *Minuc. Fel.* Octavio. Bourn.

Pag. 227. l. 11. *Ἀπὸ Φαβωρίνου*) De quo *Philostrat.* lib. I. Sophistar. Cogn. *Φαβωρῖνος* Latine scribendum *Favorinus*, (non *Phavorinus*) ut jam pridem monuit *Jensius*: est enim Romanum

nomen a *favor*, ut *Censorinus*, a *Censor* etc. *Olearius* ad *Philostr.* Vit. Sophist. I. §. 8. p. 489. REITZ.

Ead. l. 13. Καὶ μάλιστα τῶν ἐν αὐταῖς μελῶν) Sic haec verba bonus *Obsopoeus* interpretatus est, quasi hoc loco μελῶν de membris accipiendum esset. Infeliciter certe, ne dicam ridicule. At tu verte: *et maxime in illis carmina fracta et minime generosa.* PALM.

Pag. 228. l. 1. Ἐγκειμένου δὲ τοῦ σοφιστοῦ) Male interpres: *instante vero quodam Sophista.* Vertendum: *instante vero Sophista*, hoc est, Favorino. MENAG.

Ead. l. 3. Ὄρχεις ἔφη) Spado fuit Favorinus. MENAG. Quia Eunuchus Phavorinus, (vid. Eunuch. No. 7.) et ejus orationes molles, ut supra visum est, plurimi in eam rem joci jacti sunt et ab aliis. Vid. *Philostr.* pag. 541. et *Nostrum* Eunuch. c. 7. SOLAN.

Ead. l. 6. Αὐτοῦ) P. L. et Ed. *J.* Reliquae αὐτῷ, nisi quod *B.* 2. αὐτῷ fecit. SOLAN. Αὐτῷ etiam B. 1. et 3. exhibent, genuinam haud dubie lectionem, cum qua etiam eae editiones, quae αὐτῷ habent, quodammodo conspirant. Παρ' αὐτοῦ foret vel *sua sponte*, vel *ex aere suo, suis sumtibus.* Sed παρ' αὐτῷ est illud, quod Auctor voluit, *secum, apud se, tacite.* LEHM.

Ead. l. 9. Αὐτὸς πώγωνα οὐκ ἔχων) Ἀγνοείως γὰρ τοῦ προσώπου καὶ γηράσκων εἶχεν, inquit de eo *Philostratus* de vit. Soph. L. I, VIII, 1, p. 489. SOLAN.

Ead. l. 10. Σιδωνίου) Quis ille Sophista fuerit, nescio; certe apud *Philostratum* frustra quaesivi SOLAN.

Ead. l. 15. Ἐπὶ τὴν Ποικίλην) Anglic. ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ. BOURD. Ἐπὶ τῇ Ποικίλῃ A. P. et L. unde etiam reliqua aliter interpungenda esse discimus. Reliqui ἐπὶ τὴν Ποικίλην. SOLAN.

Ead. l. 17. Πύθωνος) De hoc nihil apud alios reperio, neque mirum. SOLAN.

Pag. 229. l. 1. Εὐπαρύφων) Iterum infra §. 41. SOLAN.

Ead. l. 4. Ὅτι περαίνῃ) Legendus *Flor. Christian.* ad εἰρῃ. *Aristoph.* BOURD. Narrantur plures in ea voce joci apud *Diog. Laërt.* Mened. p. m. 65. A. et B. et Arces. 104. F. V. *Muret.* Var. Lect. XI, 11. SOLAN. Nescio, an habeat Latina lingua vocabulum amphibolliae huic exprimendae aptum, nec vehementer quaerendum putavi: περαίνειν est dialecticum, significatque, ut Latinum *efficere*, concludere aliquid et demonstrare ex sumtis quibusdam. Vid. *Kuhn.* ad *Diog. Laërt.* 7, 45. et quem laudat *Sextum Empir.* Math. 8, 436. Inde est ἀπέραντος λόγος, qui non recte concludit, ap. eundem *Sextum* Math. 8, 429. et 10, 96. Sed περαίνεσθαι etiam obscoenum est, ut *confici* Latinorum. Vid. *Diog. Laërt.* 2, 127. et 4, 34. GESN.

Ead. l. 7. Καὶ γὰρ ἄνδρα ἔχεις) Vertitur: *etenim virumne habes?* pro *et sane virum habes:* hanc vim habet τὸ καὶ γάρ. LA CROZE.

Ibid. Ἄνδρα ἔχεις) Dixi ad illud *Petron. quaeque virum quaerunt.* BOURD.

Ead. l. 8. Ἐσθῆτα — ἀνθεινὴν) Innuit hisce *Lucianus*, solis ludorum victoribus id concessum. Vid. quae supra ad Nigrin. c. 8. a me sunt annotata. SOLAN.

Pag. 230. l. 3. Δακτύλιον) De hac dictione alibi. BOURD. Notae *Bourdelotianae* adscripserat *la Croze.* Semper alibi: *Voila bien des* alibi *forains.* Indicat vir cl. idem, quod *Hemsterh.* T. I. ad Nigrin. ait, *Bourdelotio* solemne esse tractationem eorum, quae nescit, alio remittere. REITZ.

Ead. l. 9. Ὀνώρατον) Latinum nomen esse, certum est; aspirare tamen nolumus, ut scripturam veterem, qualem in libris reperi, repraesentarem. Nisi forte conjectura editoris *B.* 2. uti malis, qui Ὀνώκρατον fecit. SOLAN. An fuit οὐχ Ὀνώρατον, Latinum nomen, *Honoratum?* GESN. Est sane illud. Et salvo spiritu leni, qui etiam particula οὐχ plus, quam satis est, confirmatur, de nomine illo Latino intelligi potest. LEHM.

Ead. l. 10. Ἀρκεσίλαον) Ridet hoc nomine pellem ursinam, quam ille gestabat; nec illa opus est mutatione, quam Ed. *Par.* excogitavit. Certe sic jocus peribit, quo ad philosophum celebrem inter Academicos etiam respicitur, de quo *Diog. Laërt.* IV. pag. 109. SOLAN. Frigida, nisi quid me fugit, ad primam syllabam nominis, cum ἄρκτῳ convenientem allusio. Sed sunt pluscula ex hoc genere, quo delectabantur non Graeculi modo, sed Graeci, et ipse Socrates. Certe in Cratylo multa sunt frigidiora etiam. GESN. *Ablancurtius, Arcesilas* vel *Arctesilas;* nam ἄρκτος significat *ursum.* Et sic supra in Alex. vidimus ἀρκεῖος et ἀρκτεῖος. Quare si *Par.* Ed. hic Ἀρκτεσίλαον pro suo Ἀρκτησίλαον dedisset, non video, cur jocus periisset. Ἀρκεσίλαος apud *Diog. Laërt.* sine τ compluribus locis scribitur. *Persius* vero Sat. III, 79. *Arcesilas.* At in nomine ficto quis dixerit, praestetne Ἀρκτεσ— ab Ἀρκεσ—; REITZ. Praestat Ἀρκεσίλαος, ob allusionem ad philosophum illum Academicum, qui Ἀρκεσίλας quidem passim, nusquam vero Ἀρκτεσίλαος, vel Ἀρκτεσίλας, appellatus est. LEHM.

Ead. l. 13. Μήτε ἐλπίζοντα, μήτε δεδιότα) Conf. supra Alex. c. 8. SOLAN.

Pag. 231. l. 3. Οὐ κυνᾷς) Deleo frigidam illam, immo absurdam interrogationis notam, quae libros ferme omnes insidet, et versionem ipsam postremam foedarat. SOLAN. Haec ante sic male interpuncta legebantur: οὐ κυνᾷς; — οὐκ ἀνθρωπίζεις; etc. REITZ.

Ead. l. 4. *Καὶ μὴν καὶ γυνὰ τ. π. τῶν ἀντιπόδων διαλεγόμενον*) *Tzetzes.* in Chiliadibus. MENAG. Notavit idem *Gyget.* REITZ.

Ead. l. 5. *Περὶ τῶν ἀντιπόδων*) Ridet itaque eorum sententiam, qui — uti et Navig. cap. 44. Riserunt etiam Patres multi; (vid. *Rittersh.* p. 45.) unde hoc saltem discere licet, cavendum viris bonis, ne dum, quae non intelligunt, vituperant, risum et jocum peritioribus praebeant. SOLAN.

Ibid. Ἀναστήσας) H. e. postquam excitasset, (Physicum illum) non vero *surgens*, ut habebat versio. L. Bos.

Ead. l. 10. *Θαυμάζω*) In omnibus *θαύμαζε* legitur; quo quid absurdius dici potest? Nisi forsan *θαῦμά γε* a prima manu fuerit. SOLAN. *Θαυμάζω* voluisse legere *Solanum*, ex ejus nota video; licet ipsum contextum non mutaverit: sed quia deinde rectius conjicit, etiam *θαῦμά γε* legi posse, ideo vulgatam intactam reliqui. REITZ. Nihil mutandum censeo. *Μὴ θαύμαζε* vulgaris est locutio, cujus sensus non grammatice urgendus. Vult omnino: *nihil mirum, non hoc mirandum, quod dicis.* LEHM.

Ead. l. 15. *Ἡρώδης*) *Atticus.* Hujus Herodis *Gellius*, *Spartianus*, *Pausan.* et alii meminere, et *Philostr.* in Sophist. COCH. Notissimus hic ex *Philostrato*, *Gellio* et aliis. SOLAN.

Ibid. Πολυδεύκη) Atqui *J. Pollux* Onomastici auctor annos vixerat LVIII, teste *Philostrato* in ejus vita p. 593. et *Suida.* Cumque *epithalamium* Commodo Crispinam ducenti scripsisse tradatur a *Suida*, post an. Chr. 178. mortuum oportet statuamus. (v. *Dio* LXXI. p. 814. et *Capitol.* Marco p. 134. A.) Immo *Philostratus* ad Commodi ipsius imperium deducit, cum tradit, eum suggestu Athenis ab eo donatum: Soph. p. 593. Verissimum igitur est, quod a doctissimo *Philostrati* interprete acute observatum esse video, alium Pollucem intelligi, eumque aut servum, aut libertum Herodis, ut vult ad p. 558. aut certe alumnum discipulumve, cum inter *τροφίμους*, quos impense amaverat, ibi recenseatur. De luctu ejus vide omnino *Philostratum* in voce Herod. pag. 558. ubi et statuas venantis posuisse ait, quod huc facere existimo. SOLAN.

Ead. l. 16. *Ὄχημα — ὡς ἀναβ.*) Locum hunc mire illustrat *Philostrati* locus p. 558. ubi de hoc ipso Polluce cum Achille et Memnone, quos impense Herodes amaverat, verba faciens, scribit: *εἰκόνας γοῦν ἀνετίθει σφῶν θηρώντων, καὶ τεθηρακότων, καὶ θηρασόντων. τὰς μὲν ἐν δρυμοῖς, τὰς δ' ἐπ' ἀγροῖς, τὰς δὲ πρὸς πηγαῖς, τὰς δὲ ὑπὸ σκιαῖς πλατάνων, οὐκ ἀφανεῖς, ἀλλὰ ξὺν ἀραῖς τοῦ περιόψοντος, ἢ κινήσοντος.* SOLAN.

Ibid. Ζεύγνυσθαι αὐτῷ) An *Πολυδεύκει*; GUYET. *Belinus* legit *αὐτῷ* adspirate. BIR. Loci ratio flagitat, ut *ipse* Herodes

sub αὐτῷ cogitetur, non Pollux; qui, si quid video, per ἐκείνῳ significatus fuisset. Neque mihi *Gesneri* vertendum erat *illi*, sed *ipsi* — vitium tractum, opinor, ex *Obsopoei* versione — neque cum *Belino* corrigendum αὐτῷ, cum ipsum illud αὐτῷ rectissime sit adhibitum. Ceterum singularem hanc Herodis lugendi rationem politissime exposuit *Wielandius* vers. Tom. III. p. 244. sq. LEHM.

Pag. 232. l. 1. Δεῖπνον παρασκ.) Idem aliis verbis infra §. 33. ὡς ζῶντας ἑστιᾶν. Sed in *Act. Apost.* X, 10. καὶ ἤθελε γεύσασθαι· παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτόν. Ad quae verba *Elsn.* hoc *Luciani* aliudque ex Catapl. aliisque adfert, qui probet παρασκευάζεσθαι esse *parare quid in prandium*. REITZ.

Ead. l. 6. Ὁ δ' αὐτός) *Vorstius* τῷ δ' αὐτῷ· sed frustra, cum constet Herodi filium unicum fuisse, quem superstitem reliquit. Vid. *Philostr.* p. 558. De eodem credo *A. Gellium* loqui XIX, 12. SOLAN.

Ead. l. 7. Τὸν πενθ.) *Philostratus* tradit, unicum ei fuisse filium, qui patri superstes fuit, p. 558. Sed idem de Polluce aliisque duobus ita loquitur, quasi ab eo fuerint adoptati, cum ait, ὡς ἴσα γνησίοις ἐπένθησε. Ego itaque horum unum hic intelligendum existimo, *Philostratus* autem, qui aliorum dicta eam in rem memoriae mandavit, Demonactis nullibi meminit. SOLAN.

Ead. l. 9. Τρεῖς etc.) Vide *Juliani* Imp. Epist. XXXVII, ubi similem habes de Dario et Democrito narrationem. SOLAN.

Ead. l. 19. Ἀσκληπιεῖον) V. Hermot. c. 37. et *Suid.* SOLAN.

Pag. 233. l. 3. Ἀπαιδεύτους) Forsan ἀπαιδεύτως. SOLAN.

Ead. l. 7. Ἀγαθοκλέους) Peripateticus hic, de quo nihil invenio. Alium Agathoclem Stoicum alibi memorat Icarom. cap. 16. Cynicum alium Toxar. c. 12. et f. Alium medicum Catapl. c. 6. SOLAN.

Ead. l. 10. Κεθήγου δὲ τοῦ ὑπ.) Anno Chr. CLXXII. Cethegum Consulem invenio. SOLAN.

Ead. l. 11. Πρεσβεύσων τῷ πατρὶ) An et apud alios hoc sensu inveniatur, dubito, Graecos scilicet, nam Romanis familiare est. SOLAN.

Ead. l. 13. Ἐπειδὴ τῶν ἑταίρων τις ὁρῶν ταῦτα, ἔλεγεν αὐτὸν μέγα κάθαρμα εἶναι, Μὰ τὸν Δί', ἔφη ὁ Δημώναξ, οὐδὲ μέγα.) Sic legendum. Vulgo ὦ Δημώναξ, male: ipse id dixit Demonax. Scilicet enarrat *Lucianus* multa, quae Demonax vario tempore, tempestive de quibusdam vel hominibus vel rebus dixerit responderitve: inter alia etiam hoc; nimirum cum Cethegus quidam consularis multa ridicula et diceret et faceret, ac aliquis

sociorum magnum eum esse scelus diceret, ajebat Demonax, *Ne magnum quidem*, scilicet eum esse scelus. JENS.

Ead. l. 14. *Ὁ Δημώναξ*) Sic *B.* 2. recte. Reliqui libri ὁ, prave, SOLAN. Non omnes reliqui: nam *A.* 2. et *B.* 3. recte habent *ὁ Δημ.* LEHM.

Ibid. Οὐδὲ μέγα) Illud *οὐδὲν μέγα* vide apud *Diog. Laërt.* 148. C. *nihil mirum.* Et apud ipsum *Nostrum* Philops. c. 16. *οὐ μέγα. Θαῦμα* scilicet, vel simile quid subintelligitur. Hoc autem dicto haud dubie patrem hujus petit; quasi diceret, nec mirum est, tali patre ortum tam stultum esse filium. SOLAN. Hanc explicationem admodum contortam ratus *Belinus*, admisit tamen *Solani* lectionem *οὐδὲν μέγα*, ita reddens: *En vérité, je ne vois en lui rien de grand.* Verum sic multo gravior et elegantior est vulgata lectio *οὐδὲ μέγα.* Voluit enim Demonax, Cethegum non solum non virtutibus magnis excellere, sed ne in vitiis quidem ac sceleribus esse magnum: pusillum ejus animum significat et ridiculos (*καταγέλαστα* supra) mores ac sermones. LEHM.

Ead. l. 16. *Μεταπέμπτος*) *Capitolinus* in Antonino Pio cap. 10. *cujus avaritiam etiam in mercedibus notavit.* (vide *Casaubonum* ad eum locum notas.) Hinc est, quod *eum* hic Demonax *auro agmine suo aureum vellus petere ait*; joco duplici: alludit enim etiam ad alium Apollonium, cujus Argonautica nota. SOLAN.

Ead. l. 17. *Ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος*) Interpr. *ut regis esset praeceptor.* Pro *regis* potius repone, *Imperatoris.* Imperatores autem Romanos Graecis scriptoribus *βασιλεῖς* appellari, res est nota. Infra pag. 247. recte haec verba transtulit, *ὁ βασιλεύς με τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ τετίμηκεν, Imperator me Romanorum civitate donavit.* VITRING.

Ibid. Προσέρχεται, ἔφη, ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ οἱ Ἀργοναῦται αὐτοῦ) Jocus est in voce *Argonautae.* Nam Apollonium et ejus discipulos insimulabat avaritiae, utpote qui Romam cum magistro ad Imperatorem ibant, ut divites ibi fierent, sicut Argonautae ad vellus aureum, de qua expeditione exstat egregium poëma omnibus notum *Apollonii* alterius, ad quod alludit. PALM.

Pag. 234. l. 1. *Ἀπολλώνιος* etc.) Alludit ad alium *Apollonium*, cujus *Argonautica* hodieque exstant. SOLAN. Dubitat *Cresollius* Theatro Rhett. 4, 11. extr. utrum hoc laudis caussa dixerit Demonax, tanquam florem Graeciae, an exprobrandae pigritiae, ut Latinus poëta, *Non nautas puto vos, sed Argonautas* (*Martial.* 3, 67.); sed mihi simpliciter respicere videtur ad stuporem Imperatoris, *oviculae*, et avaritiam inhiantium aureo ipsius velleri philosophorum etc. Tanto autem facilius hoc in

mentem venire illi poterat, quod *Apollonii* Argonautica nota sunt. Gesn.

Ead. l. 8. Ἀλλ' ὡς πάντα) Ut enim nihil fit in philosophia ista, ita nihil perit. *Hippocr.* de Diaeta 1, 5, 13. Heraclitica ratione, Ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἁπάντων χρημάτων, οὐδὲ γίνεται, ὃ τι μὴ καὶ πρόσθεν ἦν. ξυμμισγόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀλλοιοῦται κ. τ. λ. Gesn.

Ead. l. 5. Ῥηγίλαν, καὶ Πολυδεύκη) Ῥηγίλλαν καὶ Πολυδεύκην. Marchi. Recte vidit *Marcilius*, in his verbis, οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς Ῥηγίλαν καὶ Πολυδεύκη, legendum esse Ῥηγίλλαν. Regilam enim nemo novit, nemo illius mentionem fecit. Regilla vero fuit uxor Herodis Sophistae, uti constat ex *Philostrato*, et inscriptione antiqua, quam illustravit *Salmasius*. Graev. De Herode et Rhegilla uxore fuse *Salmasius* ad Rhegillae inscriptionem ab eo editam. Herodem *Attici* a Graecis dictum ex *Philostrato* observat, quem Romani Herodem *Atticum* vocabant, ut in Torquato et Attico Coss. pag. 90. Duas filias amisit ex IV liberis (Inscr.) Apud *Philostr.* p. 558. leguntur tantum tres. Praegnantem mortuam cum foetu, post mortem uniua filiae, conjicit *Salmas.* pag. 96. Vid. *Salmas.* ad *Spartian.* p. 77. *Sponii* Miscell. p. 321 — 7. Non ante annum Chr. CLX. obiisse constat. Vid *Ja. Mass.* Exc. ined. ad *Pausan.* Theatrum ei exstruxit, de quo *Philostratus* in vita ejus p. m. 551. Ipse Herodes ὡς ὑπερπενθῆσαι ἀποθανοῦσαν, ait ibid. 556. et paullo post, παρῆν αὐτῷ πονήρως διατιθεμένῳ τὸ πένθος. Inscriptiones has Herodis iterum prodiisse audio Londini an. 1722. cum selectis *Casauboni* et *Salmasii* notis, novisque editoris *Maittairii*, inter Miscellanea Graecorum aliquot scriptorum carmina. Solan.

Ibid. Πολυδεύκη) Vide supra ad c. 24. Solan.

Ead. l. 6. Ἑστιᾶν etc.) Heroibus id quotannis publice fiebat. Vid. Macrob. c. 21. *Thucyd.* III. p. 58, 2. V. c. 11. VII. c. 11. *Plut.* in Timol. 464, 2. et *Plat.* 353, 2. Privatis etiam licuisse, si cui tantae suppeterent facultates, suis parentare ad eundem modum, probabile est. Quae autem filii parentibus mortuis praestare legibus Atticis tenebantur, semel fieri satis erat. Vide *Potter.* 164, 2. Orationem tamen funebrem quotannis iteratam idem opinatur 247. De inferiis istis vid. Charon. c. 22. Solan.

Ead. l. 7. Προῤῥήσεως) Ergo integra ea non est, quam habemus Alex. c. 38. Solan.

Ead. l. 10. Εὐμόλπου) Dico alibi. Bourd. Insignis ea de re est *Euripidis* locus, interpretibus non satis intellectus in Rheso 941. Ibi enim de Athenis agitur, quamvis *Barnesio* aliter visum fuerit, qui Thamyrim intelligit. Solan. Anacharsin quo-

quae Scytham, quamquam solum barbarorum, Eleusiniis fuisse initiatum, testatur ipse *Lucianus* noster Scyth. c. 8. Tom. IV. p. 159. ubi vid. *Solani* Adnot. p. 525. Lehm.

Ead. l. 15. *Συνεβούλευσαν ἀσκεῖν, καὶ γυμνάζεσθαι*) *Benedictus: suasit, ut exercitationi incumberet. Obsopoeus: ut frequenti exercitio incumberet.* At quis negare audet, saepius id ab illo factum? Sed praeclarus lusus est in Graecia, quae non tam suadent exercitium vel exercitationem, quam manuarias ea corporis, non animi et ingenii probationes. Sic in Amoribus de Callicratide, *ἦν δὲ καὶ τῷ σώματι γυμναστικός.* Et rursus notabili distinctione, *πᾶσι δὲ τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς μαθήμασι λιπαρῶς διαθλήσας, ἐπειδὰν ἡ διάνοια τῶν ἐγκυκλίων ἀγαθῶν κορεσθῇ, τὸ σῶμα ταῖς ἐλευθέραις ἀσκήσεσιν ἐκπονεῖ.* Gron.

Pag. 235. l. 1. *Καὶ μάντιν δέ ποτε εἰδών*) Scribendum *ἰδών*: quod sequiores depravarunt, cum primae Edd. recte habeant. Jens.

Ead. l. 6. *Ἐνόπλιον αὐτῷ μάχην*) Vid. supra De Salt. cap. 8. Solan.

Ead. l. 7. *Πρὸς πάσταλον*) Idem voluit *Theophrastus*, si ejus quidem foetus est, cap. *Π. ὀψιμαθίας*, pag. 7. B. cum ait, eum *καὶ μακρὸν ἀνδριάντα παίζειν.* Solan.

Ead. l. 12. *Στῆσον — τὴν σποδὸν*) In Ed. *Blancard. Th. Magistri τὸν σποδὸν* male legitur, ubi is sub verbo *ἵστημι* haec *Luciani* adfert, ac verbum id recte exponit *ζυγοστατῶ*. Et hoc sensu ap. LXX persaepe, ut *Esdr.* VIII, 25. *καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ χρυσίον.* Verum apertius 2. Reg. XIV, 26. *καὶ πειρόμενος αὐτὴν ἔστησε τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ διακοσίους σίκλους.* Alibi plene *ἔστησεν ἐν ζυγῷ* vel *σταθμῷ*, ut *Job.* XXXI, 6. *Esai.* XLVI, 6. etc. Reitz.

Pag. 236. l. 3. *Πρόβατον*) Sotades ap. *Stobaeum* idem dixit.

Εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς θνητὸς ἄκουσον.
Ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγματίῳ (γρ. κρατεῖς) κρατῆ περισσῷ.
Ἂν εὐϊματῇς, ταῦτα πρὸ σοῦ προβάτιον εἶχεν.

Vid. *Grotii* Flor. p. 115. Solan.

Ead. l. 6. *Ὑπὲρ πατρίδος αὐτὸ πείσεσθαι ἔμελλον*) Non inepte ad sensum transtulit *d'Ablancourt: il ne s'agit pas*, dit-il, *de mourir pour sa patrie.* Quasi diceret: nam, si id ageretur, satis patientem ac fortem me praebuissem, nunc nolo esse male fortis. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἀδμήτῳ*) Frustra hominem usque adeo obscurum quaesieris. Solan.

Ead. l. 11. *Οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν*) *Quod referre non fuerit deterius.* Sic habet versio. Verum tu Latine potius dicas: *quod referre ab re non fuerit alienum.* Sic *Lucian.* noster in

Dipsad. c. 6. Et *Aristoph.* Equit. p. 290. Vrtring. Cf. supra c. 14. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἰδὼν δέ τις ἐπὶ τῶν σκελῶν αὐτοῦ, οἷα τοῖς γέρουσιν ἐπιεικῶς γίγνεται*) *Benedictus: cum vidisset quispiam eum cruribus innixum, prout accidere solet senibus.* Quod tantum abest, ut soleat accidere, ut sit inauditum. Et omnes homines quoque cruribus innituntur. Denique quasi legisset *αὐτόν.* Longe melior *Obsopoeus: cum vidisset quispiam crura ejus tarda et turgida, qualia fere senibus fieri consueverunt.* Poterant ista epitheta secure omitti, cum ex seqq. videantur intelligi nescio qui livores. Gron.

Pag. 237. l. 4. *Ὁμότιμον σαυτοῦ τὸν δοῦλον*) Uterque interpres: *servo tuo similem te.* Cur igitur *Lucianus* non dixit, *ὅμοιον σαυτὸν τῷ δούλῳ*; Sed facetissime alludit ad *διαμαστίγωσιν* Lacedaemoniam, de qua tum plurimi alii, tum *J. Meursius* in Graecia feriata, et ipse *Lucianus* de Gymnasiis cap. 38. Per quam fiebat, ut idem honor videretur contingere servo, si ab domino verberaretur, qui solebat contingere liberis ac dominis. Gron. Tum quia ingenuos Lacedaemonii virgis caedere solemne habebant, (vid. Icarom. c. 16.) tum quod servile ingenium in servum saeviendo prodebat. Solan. Vertebatur: *desine servo tuo similem te ostendere.* Sed frater *G. O. Reitz.* bene animadvertit, vertendum, *servum tui similem.* Reitz.

Ead. l. 5. *Δανάης δέ τινος πρὸς τὸν ἀδελφὸν δίκην ἐχούσης, Κρίθητι, ἔφη, οὐ γὰρ εἶ Δανάη ἡ Ἀκρισίου θυγάτηρ*) Jocus sane frigidus ex nomine Acrisii, quasi *Ἀκρίσιος ἄνευ κρίσεως.* Nisi fortean dixit, non enim es Acrisii filia, intelligi volens, non enim es turri clausa, ut Acrisii filia, sed prodire potes. Aut, Procede in publicum litigatura: non enim metus, ne quis tam deformem Jupiter te rapiat. Marcil.

Ead. l. 6. *Κρίθητι*) Vid. *Suid.* v. *ἀκρισία*, et *Δανάη.* Solan.

Ead. l. 9. *Τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἀντὶ δὲ τῆς βακτηρίας ὑπέρογκον κεκραγότα*) Melius, *τρίβωνα μὲν καὶ πήραν ἔχοντα, ἔτι δὲ τὴν βακτηρίαν ὑπέρογκον, κεκραγότα* etc. nempe *Κυνικόν.* Marcil. Haec, ut leguntur, sunt nive frigidiora, et ne micam quidem salis habent. Sed unius voculae emendatione patebit facetus satis jocus. Lego igitur *ἐπὶ τῇ βακτηρίᾳ*, non vero *ἀντὶ τῆς βακτηρίας.* Jocus est, quod Cynicus ille innixus baculo, quod gestamen erat Cynicorum, contenta voce clamans, se esse Antisthenis, Cratetis et Diogenis, et eorum sectae imitatorem, a Demonacte irrisus est et subsannatus. *Imo* (inquit) *Hyperidis videris esse discipulus.* Ludens in voce *Ὑπερίδης*, quam ab *ὑπερείδω* fingit derivari, quod est *innitor*, eo quod innixus erat baculo.

Hyperides autem fuit rhetor Atheniensis celeberrimus: forte fuit etiam philosophus ejus nominis, de quo tamen nihil legi. Palm. Ego omnino pro *ἀντὶ* legendum censeo *ἄνευ*, quam emendationem confirmabit Scholium. Solan.

Ead. l. 10. *Τπέρογκον κεκραγότα*) Eam sententiam esse hujus loci, quam in versione dedi, certus sum: hoc est, *ὕπερον*, *pistillum* pro clava habuit hic Cyniscus. *Τρίπηχυ* fuisse nonnunquam, h. e. *trium cubitorum*, hoc instrumentum, docet *Hesiodus Ἔργ.* f. 423. ubi vereor, ut figura antiqua antiquum *ὕπερον* cum suo *ὅλμῳ* recte expresserit: quam alioquin machinationem in hodierno civium suorum Hungarorum usu esse, docuit me Collega optimus *J. A. Segnerus*. Nempe *ὕπερον* simplex lignum est, longum, teres, capitatum, coni certe formam habens etc. Ut *μοχλὸς vectis*, *κόρηθρον scopae*, sic *ὕπερον*, *pistillus*, simplicia ligna sunto magica arte animata apud *Nostrum* in Philopseude. Et qui proverbium fecerunt, quo utitur auctor *περὶ ἑρμηνείας* S. 119. *κοσμούμενον ὕπερον*, simplex sine dubio lignum, non machinam illam compositam, intellexit. Quare pistillum sine dubio gestavit hic alter Diogenes. Sed de hoc ambigo, pepereritne *ὕπερον* illud *τὸ ὑπέρογκον*, quod plane huc non pertinet; an ab eo, ut fit, haustum devoratumque sit. Nam utrumque *Luciano* dignum, *ἔχοντα ἀντὶ βακτηρίας ὕπερον, ὑπέρογκον κεκραγότα*, et, *ἔχοντα ἀντὶ βακτ. ὕπερον, κεκραγότα κ. τ. λ.* Qui characterem quasi dictorum Demonactis nostri, et monetam norit; qui cogitarit, necessario desiderari aliquid, quod pro baculo, seu clava usurparit Cyniscus; qui Hyperidis nomen cum *ὑπέρῳ* comparaverit: ille nobiscum, puto, sentiet. Gesn. Parum ab hac egregia *Gesneri* emendatione differt *Schaeferi* sententia Melett. p. 72. corrigentis *ἅπερον ὑπέρογκον, κεκραγότα* etc. quae unice vera lectio esse videtur. *Gesneri* rationem etiam *Belinus* est amplexus. Lehm.

Ead. l. 12. *Τπερίδου*) Hujus nominis Rhetorem fuisse notum, de quo *Plut.* in X Rhet. 456. non me latet. Sed quid is ad rem praesentem, aut quem alium intelligat, non satis assequor. Scholiasta restitutus indicat, sine baculo fuisse, quod Cynico non conveniebat. Hinc ei alium magistrum assignat Demonax. Sed cur Hyperidem? An quia conviciator notus? Id vero, si ex historia pateat, optimum efficiet Demonactis jocum. Solan.

Pag. 238. l. 1. *Παρὰ τὸν νόμον τὸν ἐναγώνιον, ἀντὶ τοῦ παγκρατιάζειν δάκνοντας*) Est in eam rem locus *Philostrati* luculentissimus in Imag. II. p. 818. *οἱ παγκρατιάζοντες, ὦ παῖ, κεκινδυνευμένῃ πρόσχρῶνται τῇ πάλῃ· δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπτιασμῶν τε, οἱ μὴ εἶσιν ἀσφαλεῖς τῷ παλαίοντι. καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περι-*

γίνεσθαι χρή, οἷον πέπονα. δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἶς τὸ ἄλλοτε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ὀφρῦς προσπαλαίουσι, καὶ τὴν γείρα στρεβλοῦσι, προσέντος τοῦ παιᾶνα καὶ ἐνάλλεσθαι· τοιγὰρ τοῦ παγκρατιάζειν ἔργα, πλὴν τοῦ δάκνειν ἢ ὀρύττειν. Solan.

Ead. l. 5. *Πεννομένων τὰ σκέλη*) Vid. id supra expositum, in de Merced. Cond. c. 38. Reitz.

Ead. l. 14. *Δρεπανισθῆναι*) Dixi ad illud *Petronii: Salamandra supervilia tua enutrit.* Bouhd.

Ead. l. 16. *Στρατονίδων καὶ ἔθνους τοῦ μεγίστου*) Pulcre nugatur *Benedictus: castrorum et maximi exercitus;* quod tamen fecit aemulatione *Obsopoei:* qui *castra et magnum exercitum.* Nam verti debebat: *legionum et maximae provinciae.* Pessima autem est in Graecis distinctio. Gron.

Ead. l. 16. *Ἐκ βασιλέως*) Pro *ὑπὸ βασ.* Conf. Eunuch. c. 3. ubi alia exempla dedimus. Reitz.

Pag. 239. l. 1. *Ἀόργητος*] Lege *ἀοργήτως.* Solan. Subtilius hoc excogitatum. Optime cum sequentibus *λαλῶν* et *ἀκούων* convenit *ἀόργητος*· minus etiam placeret Adverbium. Lehm.

Ead. l. 6. *Χαλκῇ*) Erat quidem Athenis statua Cynaegiri, de qua Jov. Trag. cap. 32. Sed non aenea, ad quod hic alludit. Solan. Non singularis est Cynaegiri statua, quae in Jove tragoedo commemoratur; sed tabula illa, in qua Polygnotus pugnam Marathoniam pinxerat, in Poecile affixa, in qua inter alia etiam hujus Cynaegiri insigne facinus erat propositum. Cf. *Aelian.* V. H. VII, 28. et *Plin.* H. N. XXXIX, 8. Notata haec a *Wielandio* ad probandam *Solani* imprudentiam, qua de statua quadam Cynaegiri cogitavit, quae si usquam Athenis exstitisset, haud dubie a *Pausania* non praetermissa fuisset in hujus porticus descriptione. Lehm.

Ibid. Τὸν Κυναλγικὸν) Cujus historia notissima ex *Herodot. Diodor. Sicul. Valer. Maxim. Suid.* Bouhd.

Ibid. Καὶ μὴν καὶ Ῥουφῖνον τὸν Κύπριον, λέγω δὴ τὸν χωλόν, τὸν ἐκ τοῦ περιπάτου, ἰδὼν ἐπιπολὺ τοῖς περιπάτοις ἐνδιατρίβοντα, οὐδέν ἐστιν, ἔφη, ἀναισχυντότερον χωλοῦ περιπατητικοῦ) Hic quoque interpres hallucinatus, cum sic vertit: *Quin etiam cum Ruffinum Cyprium, claudum illum dico, peripateticum, vidisset diu in pergulis versantem, claudo Peripatetico,* inquit, *nihil est impudentius. Περίπατοι* non sunt *pergulae,* sed *ambulationes. Ἐνδιατρίβειν ἐν τοῖς περιπάτοις,* est *ambulare, ambulationibus vacare.* Graev. Supra §. 46. *καὶ μέν τοι καὶ* §. 56. rursus *καὶ μὴν καὶ* mox c. 54. 56. et supra c. 22. Item Eun. c. 3. Sic *καὶ γὰρ καὶ* Lexiph. c. 3. Alex. c. 24 et 28. atque alibi passim, ut

ex indice apparebit; si fratri *Carolo* operae pretium videbitur ea illuc referre. Adde *Ael.* V. H. III, 4. f. Reitz.

Ead. l. 14. *Δός μοι μίαν τῶν σ. θυγατέρων*) Coelebs enim et Demonacte natu grandior Epictetus, quippe qui sub Tito jam Vespasiano cum reliquis philosophis Roma exsulare jussus est, an. Chr. LXXXIII. *A. Gell.* XV, 11. Vide tamen *Suidam*, qui eum ad M. Aurelii usque tempora deducit, et quae ibi a *L. Kustero* ex proprio et *Gatakeri* penu depromta sunt. Ego quid existimem, ad titulum hujus opusculi jam notavi, factum hoc scilicet circa an. a Chr. nato CXXV. vel CXXX. Solan.

Ead. l. 15. *Ἑρμῖνον*) De hoc nihil invenio. Solan.

Pag. 240. l. 1. *Διὰ στόματος καὶ*) Sic Ed. *Fl.* quem verborum ordinem reliquae Edd. perturbatum sic exhibent, *καὶ δ. στ.* Solan.

Ead. l. 6. *Ψηφίσεσθε*) *Ψηφίσασθε.* Guyet. Rectius foret *ψηφίσησθε*, vel *ψηφίζεσθε*. Sed nolui in re ambigua quidquam mutare, adversantibus etiam libris. Lehm.

Ibid. Ἐλέου τὸν βωμόν) Vide, quae supra ad Timon. c. 25. adnotata sunt. Solan.

Ead. l. 11. *Τὸν τῶν νόμων*) Videtur scripsisse *τινὰ*, non *τὸν*, nisi forte nomen exciderit, cujus hae sint reliquiae. Solan. Minime. Vide, si opus sit, *Matthiae* Gr. Gr. §. 266. Lehm.

Ead. l. 17. *Κάνθαν*) *Homer.* Il. *I*, 320. Solan. Parodiam hujus loci *Homerici* vide supra Charon. c. 22. Lehm.

Pag. 241. l. 5. *Ὀλίγου δέοντα τῶν ἑκατόν*) Miror itaque, in Catalogo *Μακροβίων* nomen ejus non comparere inter philosophos; nisi forte ultra illud scriptum vitam produxerit, quod ego verum esse puto. Sed quae ea de re dicenda sunt, eo melius differentur. (Vid. Macrob. c. 18.) Solan.

Ead. l. 12. *Θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν*) Narrat, Demonactem senio confectum in quamcunque domum incidisset, in illa coenasse et dormivisse, *τῶν ἐνοικούντων θεοῦ τινα ἐπιφάνειαν ἡγουμένων τὸ πρᾶγμα, incolis pro Dei quadam praesentia habentibus hoc factum.* Quasi Deus quidam apud eos divertisset. Obscure interpretes *θεοῦ ἐπιφάνειαν*, *Dei exortum* interpretantur. *Ἐπιφάνειαι* enim *θεοῦ*, sunt *Dei apparitiones*, ut dudum docti monuerunt. V. inprimis *Casaub.* in exercitationibus contra *Baronium*. In aliis quoque *Luciani* locis male vertitur. Graev.

Pag. 242. l. 5. *Ἐναγώνιον τῶν κηρ. πόδα*) (Vid. *Pollucem* IV, 91. et ibi interpr. *L. Kust.*) Praeconum *ἀγὼν* additus reliquis Ol. XCVI. *Loyd.* ex Afr. *ἀναγρ.* — Initium hoc carminis, quo praecones inchoabant ludos, et, mutatis pauculis, claudebant. Initialis imitationem exhibet *Julianus* in Caes. p. Ed. Cunaei 209. Par. vero Ed. 25. ubi et *Cantoclari* notas vide 886. et

305. Hoc autem apud *Lucianum* finale est; nisi unum fuisse malis, cujus primam vocem ἄρχει vel λήγει, prout inchoabant claudebantve, fecerit, aut a Demonacte mutata fuerit ea vox, quo sibi jam jam morituro adaptaret. *Galenus* etiam ejus carminis meminit Epidem. VI. teste *Constantino* Lexicographo. De voce ἐναγώνιος vid. De Salt. c. 2. De certamine ipso praeconum adi notam *Palmerii* ad De Mort. Peregr. c. 32. Solan. Expressit hoc carmen ludorum integrum *Julianus* in Caesaribus, quae occasio fuit *Spanhemio* illius, hujusque ipsius loci adeo declarandi ad *Julian.* p. 154. b. et 394. Gall. itemque ad *Aristoph.* Plut. 255. Add. *Kust.* ad ejusdem *Aristoph.* Ran. 1358. De illa vero ποδὸς, *pedis* appellatione vid. *Pollux* IV, 91. et ibi viri docti, qui tamen illum locum nondum satis explicuerunt. Gesn.

Ead. l. 6. Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας) Uterque interpres: *jam finis est pulcherrimorum munerum certaminis.* At manifeste apparet, imperfectam esse sententiam, et duntaxat postrema in Graecis vox negligitur injuste. Et cur non potuerunt reddere: *jam finit agon pulcherrimorum munerum dispensator*, vel judex et arbiter? Gron. Ex *Juliani* Saturnalibus hic adscripserat *la Croze* sequentia: (unde vides ὁ ante τῶν inserendum)

Ἄρχει μὲν ἀγὼν	Οἱ τὸ πρὶν βασιλεῖς	Ἴν' ἐκ ἀνεπιπλήκτου
Ὁ τῶν καλλίστων	Δουλωσάμενοι	Ἴστωθε κρίσιν.
Ἄθλων ταμίας·	Ἔθνεα πολλὰ	Οἵ τε φρόνησιν
Καιρὸς δὲ καλεῖ	Καὶ πολέμοισιν	Τέλος ὀλβίσης·
Μηκέτι μίλλειν·	Δαΐου ἔγγος	Θέμενος βιοτῆς
Ἀλλ' ἀκούοντες	Θήξαντες, ὁμοῦ	Οὖς τ' ἀντὶ βίους
Τὰν ἡμετέραν	Γνώμης τε μέγαν	Καπὰ πάλλ' ἔρξαν
Κήρυκα βεῶν	Πυκνόφρονα νοῦν	Καὶ χρησταὶ φίλους
Τίμιαρ βιότου. — cet. ad versum Ζηνὶ μελήσει. Adi *Pollucem* l. IV. c. 12. et notas p. 401. Reitz.		

Ead. l. 7. Τῶν καλλίστων) An glossema? Si haec tollas, versus erit anapaestieus, ut qui sequitur. Non displicet. Guyet. Immo non placet haec tolli, propter ea, quae *la Croze* modo ex *Juliano* adduxit. Esse autem praeconum carmen, *Solanus* in marg. notarat, jusseratque conferri infr. Peregr. c. 32. Reitz.

Ead. l. 12. Ὀλίγον) Vid. *Christ. Simon. Lithum Misenum* in notis ad vit. Ignatii Lojolae, lib. V. c. 3. p. 173. la Croze.

Ead. l. 15. Ὀρνίοις) Apophth. *Leopard.* exhibet 60. Sic ante eum Diogenes inhumatum se projici jussisse fertur, ut omne genus ferarum sui esset particeps. *Diog. Laërt.* VI. p. 156. F. quod fusius etiam a *Cicerone* narratur Tusc. I, 43. Solan.

Ead. l. 18. Αὐτὸν δημοσίᾳ) Non attendit ad vocem δημοσίᾳ. Interpretes: *cum luctu publico extulerunt:* ut *Lysias Rhe-*

tor in Epitaphio, ἡ πόλις αὐτοὺς καὶ ἐθήσατο καὶ ἔθαψε δημοσίᾳ, *publice, sive funere publico, sive publico luctu.* De luctu publico longissima narratio. Licet videatur satisdatum a *Martial.* et *Pers.* Bourd.

Pag. 243. l. 1. Τὸν θῶκον τὸν λίθινον) Bona fide, potuistine nasum hic continere, *Luciane?* Poteras igitur fortassis etiam non ridere illum invenustum hominem, qui cum alterius rei copia non esset, locum osculabatur, ubi assedisse τῆς εὐμαρίης εἵνεκα Helenam suam paullo ante noverat. Hoc erat extrema linea amare. Gesn.

IN AMORES.

Pag. 244. ΕΡΩΤΕΣ) Non esse *Lucianı*, sed alicujus, qui *Lucianum* supervixerit, jam monui praefatione ad lectorem. Videtur esse *Aristaeneti.* Incertus interpres lectorem curiosum saepissime decipit. Bourd. Hic Dialogus *Luciani* non videtur: ἐκ τοῦ χω tamen. Guyet. Stylus hujus libelli a Lucianeo valde discrepat, utpote nimis sophisticus et affectatus, quod satis arguit, *Lucianum* non esse ejus auctorem. Kusten. Lucianeus sit hic foetus, necne, ambigo. Certe, si *Luciani* opus sit, juvenile est; priusque scriptum, quam facilem, quem in eo miramur, et versatilem stylum consecutus esset. Ne dicam jam de instituto ipso, quod pro rei atrocitate satis culpari non posse alibi ostendimus. Laudes Sodomiae celebravit majorum nostrorum aetate, rem notam loquor, Cardinalis. Sclan. E veteribus conferri *Belinus* vult *Platon.* Sympos. et Lysin, *Plutarch.* Amator. *Achill. Tat.* I, 10. 11. *Clem. Alex.* Paedag. II, 10. et *Max. Tyr.* Diss. 24. et sq. Existimat scilicet *Belinus*, Lucianum, vel quisquis auctor hujus libelli fuerit, honestum sibi proposuisse finem eum, ut impugnaret turpissimum illud καταφρασίας vitium, quo omnes ferme Graeci quasi demersi fuerint; quamquam rationes, quas ad consilium illud consequendum inierit, non negat partim minus videri decoras. Quae quidem sententia falsissima mihi esse videtur. Neque enim serio ac directe illa pestis impugnatur, neque per ambages, vel ironice. Non serio: nam post longam satis et intentam disputationem tandem non naturali amori, sed potius libidini illi cum natura vel maxime pugnanti, victoria adjudicatur. Nec ironice: nusquam enim per totam παιδερασίας laudationem in ullum incidas talis ingenii, vel tantum coloris, vestigium. Imo vero maxime serio demonstrari hanc sententiam: con-

nubium hominis esse, ut bestiae, altioris vero spiritus naturam decere puerorum amores, luculenter ex epimetro Theomnesti (c. 58. sq.) patet, qui Socratis, Achillis et comissatorum Graecorum exemplis Callicratidae sententiam et Lycini judicium confirmat. Quae cum ita sint, non *Luciani* hic dialogus est censendus, quippe quem scriptorem vel ex Deorum et Mortuorum Dialogis gravissimum nefarii istius sceleris adversarium cognoverimus. Atque hanc ipsam sententiam praeter *Bourdelotium*, *Guyetum*, *Kusterum* et *Solanum* etiam alii, iique haud leves talium rerum censores, amplexi sunt, ut *Hemsterhusius* ad Diall. Mortt. XXI, 1. (in minori Editione) Tom. II. hujus Edit. p. 612. *Gesnerus* in Epist. ad *Reitzium* Tom. I. p. CLVI. et *Reitzius* ipse, ubi *Bourdelotii* judicium refert, Tom. I. p. XXXIV. Accesserunt e recentioribus, quod sciam, *Belinus* in vers. Francogall. Tom. III. p. 539. et 550. (quamquam in hac posteriore nota ad cap. 8. ne sibi quidem ipse satisfecit, observans Rhodum urbem, quae ibi ab auctore tanquam superstes adhuc et florens proponatur, *Luciani* aetate terrae motu eversam jacuisse) *Wielandius* in not. ad vers. Imagg. c. 4. Tom. III. p. 282. sq. *Schmiederus* in Argumento ad hunc librum, et nuper *C. G. Jacobus* in Biblioth. Hildes. a. 1822. N. 1. et 2. p. 195. qui hunc librum spurium esse censet „non tantum (tam) ob res in eo pertractatas, quae interdum speciem mentis Lucianeae (ne speciem quidem ajo. *Lehm.*) prae se ferant, quam ob orationem difficilem valdeque impeditam. Vides enim, ait, in hoc et cogitata vulgaria multis iisque magnificis (verbis) exornata, et unam eandemque notionem pluribus modis deinceps expressam, sermonemque denique ipsum poëtarum fragmentis et poëticis verbis ita mixtum, ut candida et nativa simplicitas, qua in ceteris *Luciani* libellis tantopere delectamur, in hoc omnino desideretur." Ac vere ita est. Auctor haud dubie fuit sophista vel declamator ejus generis, quod ipse *Lucianus* in scriptis suis saepe derisit et perstrinxit. Quis autem fuerit, nec multum curabo, nec facile, credo, exquiri poterit. Fortassis persona *Lycini* in his Amoribus primaria, quod nomen in scriptis quoque Luciancis haud raro occurrit, ipsum Lucianum fere significans, ut in Hermotimo, Navigio, Imaginibus, e. a., occasionem dedit, hos Amores *Luciani* operibus inserendi. Ceterum nec inutilem esse librum judico, non tantum eo, quod complura poëtarum fragmenta, alibi non obvia, conservata tenet sed etiam, quia juvat interdum sophisticam, id est, diabolico — philosophicam, rei turpissimae laudationem et commendationem legere, et hinc clarius, quam aliunde, ingenium perditissimae aetatis cognoscere. LEHM.

Ead. ΑΤΚΙΝΟΣ ΚΑΙ Θ.) Superscripsi personarum nomi-

na ex arbitrio, in casu recto, quia sic aptius, et quia similiter factum ab *Hemsterh.* in Dial. Contemplant. ubi Parisina habebat *EPMOT KAI XAPΩNOΣ*. Faciam idem postea, ut videbitur: in hisce enim est licentia. Reitz.

Ead. l. 1. *Παιδιᾶς*) In W. *Fl.* et *J. παιδείας*, prave. Sed melius P. et Edd. Solan. *Solan.* ex *Juntinae* lectione *παιδείας*, fecerat *παιδίας*, oblitus mutare accentum, quem tamen cum in notis correxerit, facile est videre, eum voluisse et in textu *παιδᾶς* legi, ut mox c. 5. et 7. recte scribitur. Reitz. *Belinus* praetulit *παιδείας*, ratus *παιδιᾶς πληροῦν τὰ αὐτα* non bene dici. Equidem vereor, ne *παιδείας ἐρωτικῆς πληροῦν τὰ αὐτα* multo minus bene dictum sit, etiam in hoc affectato scriptore. Lehm.

Ibid. Θεώμηστε) Larva sit, an verum nomen, parvi refert. Solan.

Pag. 245. l. 2. *Λόγων*) Angl. *διηγημάτων*. Bourn.

Ead. l. 3. *Ἀριστείδης*) Milesiacorum is auctor, de quo *Plut.* in Crasso p. m. 411. et *Arrian.* ad Epict. 433. B. meminit et *Ovidius* Trist. II, 413. V. *Angel. Polit.* Misc. 16. Scripserat etiam historiam; *Plut.* 544, 2. 545, 1. 546, 1. 2. 557. f. Solan. Si *Ἀριστείδου* legeretur, cujus Milesia, s. *Μιλησιακὰ ἀπόλεκτα βιβλία*, apud Rustium illum in Crassi exercitu Parthico inventa, ex *Plutarcho* p. m. 1029. seq. (vid. *Politian.* Miscell. c. 16.) nota sunt; plana essent omnia. Si discedere a libris nolumus, ponendum est, fingere in libris illis suis Aristidem, sibi lascivas, quas narrat, fabellas a Milesiis quibusdam narratas esse. Gesn. Non opus est hac argutiori subtilitate. *Aristides* ille Milesiarum fabularum scriptor, de quo vid. *Uptonus* ad *Arrian.* Dissertt. Epictt. IV, 2, 9. Tom. II. P. I. p. 937. *Schweigh.*, h. l. vicarius quasi est omnium eorum, qui amatoriis et lascivis narrationibus ultra modum delectantur, *ὑπερηλοῦνται*. Neque adeo *J. Seageri* conjectura, *Ἀριστείδην* corrigere cupientis, neque alia quacunque, opus habemus. Lehm.

Ead. l. 4. *Τοῖς Μιλησιακοῖς λόγοις*) Interpres *Apuleji* ad Milesias. Bourn. In marg. *A.* 1. *W.* adscriptum erat: vid. *Politian.* c. 16. Miscell. Reitz.

Ead. l. 5. *Πλατὺς εὑρέθη σκοπὸς*) Quo latior est scopus, tanto facilius est illum ferire. Theomnestus hic magnum se amatorem deinde fatetur. Itaque suspicor, legendum esse *εὑρέθης*, vertique adeo, *inventus es:* quo nihil facilius, cum sequatur *σκοπός*. Gesn. Sic non solum marg. A. 1. W. sed vere etiam A. 2. Quare recte *Schmiederus* *εὑρέθης* edidit. Lehm.

Ead. l. 7. *Εἰ περιττά με*) Interpositio, *εἰ περιττά με λέγειν ἔοικας*' sed rescribe, *εἰ μὴ περιττὰ λέγειν ἔοικας*. Marcil. Notabili versione haec obscurantur ab viris doctis, qui interpretan-

tur: *si abunde mihi dicere videris*, cum nec in Graecis sit μοι vel ἐμοὶ, nec loquutionis hujusmodi sententia locum habere hic possit. Nihilo pluris aestimanda immutatio *Marcilii*, *εἰ μὴ περιττὰ λέγειν ἔοικας*. Nam hac exceptione uti non vult, et quia scit, ab se peti rem, quam praeterire et nescire tuto poterat, ideo praemittit obtestationem per majestatem Veneris. Sensus *Luciani* clarus est: *si vana*, otiosa, futilia, et inutilia, *me dicere existimas*. Ut de Mercede conductis, *ἦν τις αὐτῶν ἀφίῃ τοῦτο, ἄτεχνοι αὐτίκα καὶ ἀργοὶ καὶ περιττοὶ εἰσιν*. Et rursus ibidem, *κἂν ἕν τι τούτων ἡδέως ἂν γένοιτο, ὡς μὴ ἀπόβλητος καὶ περιττὸς εἴης*. Gron. Insignis est h. l. lectionis varietas. Praeter vulgatam enim lectionem, *εἰ περιττά με λέγειν ἔοικας*, quae vel ob insolentem vocis ἔοικας usum ferri non potest, etiamsi cum *J. Seagero* audacissime corrigere velis, *ἦν περιττά μοι σέβειν ἔοικας*, alia notatur lectio e marg. A. 1. W. *ἢ γεροντολογεῖν, ἢ ἥπερ ὑμνολογεῖν*, quae etsi maxime mira per se, continet tamen vera auctoris verba. Scilicet in prioribus *ἢ γελοτολογεῖν* latet textus lectio *ἢπερ* (vel malim *εἴπερ* ob similitudinem vulgatae *εἰ περιττὰ*) *ἐρωτολογεῖν*, quae vere reperitur in A. 2. praeterquam quod ibi scriptum est *ἐρωτωλογεῖν*. Sequentia vero *ἢπερ ὑμνολογεῖν* a seriori manu addita esse patet. Verbum autem *ἐρωτολογεῖν*, quod Lexica hodierna ignorant, consulto ab auctore videtur fictum esse ad exprimendam cum lepido quodam joco notionem *ἐρωτολόγου*, i. e. rerum amatoriarum enarratoris. Nec minus illud placet, quam *ὑμνολογεῖν*, *ἠθολογεῖν*, et alia ejusmodi infinita. Lehm.

Ead. l. 9. *Ἑορτασιμὴν ἄγομεν ἡμέραν*) *Julian.* Imperator Caesar. Bourd.

Pag. 246. l. 2. *Προσήκεσθαι*) Confer supra Dial. Mort. XXIII. §. 3. et not. Reitz.

Ead. l. 3. *Θαλάττης πνεύματα*) Ut in *Catull.* Bourd. Et *Anacr.* Od. 32. init. Lehm.

Ead. l. 8. *Ἀνθίππου ἡλικίας*) Sic Somn. §. 16. f. *ἀνθίππαις ἔτι οὖσι*, *modo pueritiam egressus*, ut *Jensius* observat in Lectt. Lucian. pag. 89. Lexicographos increpans errantes, cum *ἀνθίππαιδα* exponunt puberem, dum intelligendus sit *etiamnum puer*. Exempla adpositionis ejusmodi substantivorum, ut *ἀνθίππαις ἡλικία*, *τέχνη βάναυσος*, *στρατιώτης βίος*, *ἄῤῥην πόθος*, vid. ap. eund. *Jens.* ibid. Etsi eorum nonnulla, quae adfert, revera sunt adjectiva. Interim ex ipsis, de quibus *Lucianus* hic loquitur, amoribus patet, non tamen adeo pueritiam ipsam sive primam intelligendam; sed initium adolescentiae, quod et ipsa praepositio *ἀντὶ* ostendit, quae permutationem quandam aetatis indicat: quare *Hemsterh.* in Somn. l. c. *ἀνθίππαις* optime reddidit, *pueritiam tantum quod egressus* Reitz.

Edd. I. 11. *Κάρηνα*) Unde habeat nescio. Solan.

Pag. 247. l. 2. *Οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις*) Inducit *Lucianus* Theomnestum aliquem, referentem, quemadmodum idemtidem novis uratur amoribus, assiduusque nunc hujus, nunc illius amator sit; propterea se saepe haesitare, unde haec ira Veneris sit orta; neque enim se esse Heliaden. *Καὶ συνεχὲς*, inquit, *ἀπορεῖν ἐπέρχεταί μοι, τίς οὗτος Ἀφροδίτης ὁ χόλος· οὐ γὰρ Ἡλιάδης ἐγώ τις.* Quod ait, se non esse Heliaden, id *Scholiastes* de Pasiphaë exponit, quae ab irata Venere in amorem tauri fuerit impulsa. Verba ejus sunt, *Διὰ τὴν Πασιφάην· ἐπεὶ Ἥλιον οὖσα ἐκ μήνιδος Ἀφροδίτης ταύρου ἠράσθη.* Videri possit hic vehementer dissentire Graeculus noster ab *Apollodoro*, qui Pasiphaën Solis ex Perseide filiam non Veneris, sed Neptuni instinctu, taurum deperisse, tradit lib. III. Nimirum Minos ubi alium, ac promiserat, taurum Neptuno immolasset, *ὀργισθεὶς αὐτῷ Ποσειδὼν, τοῦτον μὲν ἐξηγρίωσε· Πασιφάην δὲ ἐλθεῖν εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοῦ παρεσκεύασεν. Iratus ei Neptunus, illum quidem efferavit; Pasiphaën vero amore ejus capi, fecit.* Sed quod *Apollodorus* narrat, id quasi pro caussa altera furoris Pasiphaës haberi potest; cum jam ante Venus in omnem Solis progeniem iras animo concepisset, ut reliqui tradiderunt Mythologi. Nimirum *Soli ob indicium* (concubitus cum Marte) *Venus ad progeniem ejus semper fuit inimica.* Sic *Hyginus* Fab. CXLVIII. *Servius* quoque ad Eclog. *Virgilii* VI. ex Veneris in Solem irâ hunc Pasiphaës furorem derivat: idem facit ad lib. VI. Aeneid. v. 14. ubi, *Venus vehementer dolens*, inquit, *stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit.* Caeterum ubi ait Theomnestus apud *Lucianum* inter alia, se non esse Heliaden, hoc est, aliquem ex progenie Solis, ut tam duram sentire debeat Venerem; non puto eum simpliciter respicere ad Pasiphaën, sed et ad reliquas ex Sole genitas, Medeam, Circen, quas itidem persecuta dicitur fuisse Venus, easque flagrantissimis juxta et infelicissimis amoribus corripuisse. Jens. At cum *Luciani Scholiaste* facit *Seneca* in Hippol. v. 124.

Stirpem perosa Solis invisi Venus
Per nos catenas vindicat Martis sui,
Suasque: probris omne Phoebeum genus
Onerat infandis.

Ortw.

Ibid. Αημνιάδων ἔρις) Leg. *Λ — τις.* Vide Diall. Merett. XIII. *Herodot.* Polyhymn. f. et *Schol. Euripid.* Hec. 886. Solan. Non improbarem *Solani* conjecturam *τις* pro *ἔρις* legentis, nisi jam proxime bis praecessisset *τις*. Quare, si quid mutandum, *εἶμι* praeferrem, ex cujus compendio scripturae *ἔρις* nasci

potuit. Et quamquam repetitiones πρὸς τὴν λιπαρὰν laborum frequentes esse non ignoro, nondum tamen satis mihi certum est, et hic repetitum ab *Luciano* esse τὸ τις. Ideo nihil mutavi, maxime cum et Scholiast. rationem reddat, cur ἔρις legatur, et versio *Gesneri* quoque ad id sit adcommodata. Reitz. In variae lectionis ne vestigium quidem incidi. Nihilominus ἔρις non videtur mihi ferri posse. *Belinus* vertit: *je n' ai point commis le crime des femmes de Lemnos*, majori quidem elegantia, quam fide. *J. Seageri* conjectura γέ τις minus etiam, quam *Solani* τις, admitti potest. Et ἔρνος, quod *Jacobsio* placuit, nimis poëticum, etiam pro hujus scriptoris stylo, esse videtur. Restat *Reitzii* εἰμί, quod et ipsum nemini, credo, placebit ob nimium jejunam simplicitatem. Unam tuendae vulgatae lectionis rationem hanc esse arbitror, ut formulam *Λημνιάδων ἔρις* proverbialem fuisse putes. Notissimam certe hanc de Lemniadibus historiam fuisse per omnem antiquitatem, tum alia eodem pertinentia adagia docent, ut *Λημνία χειρὶ* et *Λήμνιον πακὸν*, de quibus *Erasmus* suis locis, tum ea, qua *Ovidius* hanc rem tangit, ratio Heroid. VI. v. 53. et 139. Ceterum praeter Scholiasten nostrum vide *Apollon. Rh.* Argon. I, 609. sq. ibique Scholiast. et Scholiast. ad *Eurip.* Hecub. v. 887. *Herodoti* autem locus, quem *Solanus* citat, non reperitur in Polyhymnia, sed in Erato c. 138. Lehm.

Ead. l. 8. *Τὸ καλὸν*) Pro καλῶς. Sic *Alciphr.* I. Ep. 36. p. 260. ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν. Ubi *Bergl.* hoc *Luciani* aliaque similia adfert. Reitz.

Ead. l. 9. *Καθαρσίων*) Sic infra Pseudol. c. 21. f. Et Cronosol. c. 14. Solan.

Ead. l. 13. *Ἅλας*) Sic Coll. et Edd. ἅλας vero M. et *V.* utraque. Solan. Quam dicat *Solanus* utramque V. non conjicio. Quodsi *Venetas* significavit, i. e. *Aldinas*, falsus est: nam utraque *Aldina* ab anno 1503. et 1522. ἅλας ediderunt. Deceptus saltem *Reitzius* in Varr. Lectt. Lehm.

Pag. 248. l. 1. *Λιπαραὶ παλαῖστραι*) Ait Lycinus Theomneste, λιπαραὶ παλαῖστραι μέλουσί σοι, καὶ φαιδρὰ μὲν ἐσθὴς μέχρι ποδῶν τὴν πορφύραν παθειμένη. Vertit interpres: *pingues palaestrae tibi sunt curae, ac splendida vestis ad pedes usque delicate demissa.* Mallem pro *delicate* hic *per luxum*, sive *prae luxu*. Sed *Ez. Spanhemius* in commentario ad *Callimach.* p. 15. pro πορφύραν mallet hoc loco legere παρυφήν: ut vestis μέχρι ποδῶν τὴν παρυφὴν παθειμένη, sit vestis *ad pedes usque cum purpureis clavis demissa.* A qua sententia, quam vir dignitate et eruditione excellentissimus ultra isthic firmat, non diversus abeo. Iacs.

Ibid. Ἐσθὴς μέχρι ποδῶν) Quales Medorum fluxorum sive

laxorum vestes. Sic ποδήρης χιτών, *Aristaen.* Ep. 15. l. 1. Leg. *Xenoph.* 8. Paedise. *Diod. Sic.* libr. 2. omnes. Bourd.

Ead. l. 2. *Τρυφὴν*) Ante *Spanhemium* jam conjecerat *Casaub.* ad *Athen.* 889, 25. legendum esse *παρυφήν*. Vide tamen *Euripid.* Phoenis. 1498. Mss. etiam repugnant O. et M. *Sen.* II. *quod laxior usque in pedes tunica demittitur, tuum est. Casaub.* ad *Theophr.* 239. Solan. *Παρυφὴν* elegans, et dignum vel *Luciano*, vel *Spanhemio* esse, non nego. Sed tamen nec *τρυφὴν* damnare ausim, cum dictionem hic floridam, et tumorem quendam sophisticum auctor affectet. Gesn.

Ibid. Διακριδὸν δ' ἡσκημένης κόμης) *Athen.* XII, 526. A. *διησκημένοι τὰς κόμας χρυσῷ πόσμῳ.* Solan. *Spanh.* ad *Callim.* p. 364. verbum *διακριδὸν* ex *Luciano* exponens ait: *Usus eadem voce pro* distincte, *aut* sigillatim, *Appollonius L. IV. v.* 721. *de Circe, Jasonem ac Medeam de singulis, quae iis contigerant, studiose inquirente, seu ἕκαστα, ut ab eodem dicitur, διειρομένη, ac inter alia ναυτιλίην τε διακριδὸν ἐξερέεινεν*, navigationemque distincte inquirit. *Lucianus vero Amor. p.* 1021. *Ed. Salm. διακριδὸν δ' ἡσκημένης κόμης*, eximie autem composita coma. *Nempe juxta Scholiorum ad hunc locum glossam, διακριδὸν, κατ' ἐξοχὴν μεγάλως, et quomodo proinde* praecipue *aut* maxime *verti hic ab interprete debuit, non secus.* De Parisinae interprete loquitur *Spanhem.* Nam *Benedict.* vertit: *eleganter composita coma*, non male. Quamquam recte *Spanh.* ait, *διακριδὸν* significare *eximie.* Sic enim et *Homer.* Il. *M*, 103.

Οἱ γάρ οἱ εἴσαντο διακριδὸν εἶναι ἄριστοι
— *eximie fortissimi ceterorum.* Et sic iterum Il. *O*, 108. Verum in eo ipso significatio *distincti*, vel *discriminis*, non excluditur: veluti enim *τῶν ἄλλων — διαφέρων* eadem ratione signif. *eximium*, quia differt ab aliis, ita *διακριδὸν eximie*, etiam respicit ad differentiam aliorum minus fortium. At cum de coma sermo est, quid obstat, cur non proprie accipiamus pro studiosa discriminatione capillorum, pectine et acu crinali fieri solita? Vid. *Ovid.* Art. III, 137. et not. *Burmanni* ad Art. II, 303. Nam etsi *discrimen purum* vel *capitis puri* ibi notat simplicem pectendi munditiem; tamen hic nihil prohibet studiosam ornandorum capillorum curam intelligi, cum *ἡσκημένη* additur; adeoque parum interierit, vertasne *eleganter, eximie*, an *discriminatim:* interim posterius ad Graeca magis hic est adcommodum. Reitz.

Ibid. Ἡσκημένης κόμης) Conf. supra de Salt. c. 27. Reitz.

Ead. l. 7. *Παρ' Ἡσιόδῳ*) Recenset *Suidas* inter *Hesiodi* opera *γυναικῶν κατάλογος ἐν βιβλίοις ἑ*, quo respicit hic Noster. Solan.

Ead. l. 8. *Κατάλογον*) Qui inscribebatur *ἠοῖαι*. De quo viri

cl. *Dan. Heinsius* et *J. Meursius* ad *Hesiod.* Tangit ipse *Lucianus* dissert. cum Hesiod. Sic in Lapith. (c. 41.) *Ἡ οἵη πόλ' ἔᾳ ἦγε.* Bourd.

Ibid. Τῶν ὀμμάτων αἱ βολαὶ) Sic infr. cap. 15. *Aristaen.* Epist. 1. Bourd.

Ead. l. 9. *Τακερῶς ἀνυγραίνοντο*) *Alciphr.* I. Ep. 28. *τακερὸν βλέπειν βλέμμα*, ubi *Bergl.* plura de molli illo adspectu, licet illud *βλέμμα* suspectum habeat, et ejici velit. Conf. mox cap. 14. f. Reitz.

Ead. l. 10. *Ἀνιάμβου θυγατρὶ*) Neobulen designat, Archilochi amicam. Vid. Pseudol. c. 1. et 2. Solan.

Pag. 249. l. 8. *Βουφάγος*) Sunt, qui Herculem bis integrum devorasse bovem scribunt. Semel apud Lindum urbem, et iterum apud Dryopas Theodamantis bovem. *Callim.* Hymn. *εἰς Ἄρτεμ.* fabulatur, Herculem jam in Deos relatum, nihilominus inexplebilis edacitatis esse:

— οὐ γὰρ
Ἱκάνατ' ἀδηφαγίης, ὅτι οἱ παρὰ νηδὺς ἰσίνη
Τῇ ποτ' ἀροτριάοντι συνήντετο Θειοδάμαντι.
Tanta erat ingluvie, quanta, cum scinderet arvum,
Occurrit Dryopum ductori Thiodamanti.

Exinde mansit apud Lindios ritus, ut bos arator Herculi cognomento *βουθοίνα* immoletur, cum multa dirarum imprecatione. *Philostr. Virg.* I. 2. *Lactant.* L. I. cap. 21. Coon. *Philostrat.* tabul. Theodam. Bourd. Carnivorum fuisse Herculem, tradunt et alii. Vid. *Aelian.* V. H. I, 24. unde et *παμφάγος Orpheo* in hymno ajunt dictum. *Βουθοίνης* etiam vulgo, quia semel integrum Theodamantis comederit bovem. *Lil. Gyrald.* 282. f. Vid. *Apollod.* p. 53. B. 60. AB. Solan.

Ibid. Ταῖς ἀκάνθαις) Legend. *Athen.* lib. 1. Bourd.

Pag. 250. l. 1. *Ἐγὼ γοῦν ἐξ ὑπογυίου*) Locum hunc, ut adhuc lectus et expositus est, corruptum esse, certe obscurissimum, non temere quisquam negabit. Intelligere eum mihi videbar, si legatur *ἐγὼ γοῦν — ἀλλ' οὐ παιδιᾶς*. Prius cum sola divisione vocum constet, facile concedetur. Sed quantillum distant *ΠΑΙΔΙΑΣ* et *ΠΑΛΑΙΑΣ*; Sic certe interpretatus sum. Gesn.

Ibid. Ἔγωγ' οὖν — οὐ παλαιᾶς) Locus integer non videtur. Guyet. Certe male sanus est; sed *ἐξ ἀφαιρέσεως* mihi sanandus videtur, qui conjicio, illa *λίαν, ἀλλ' οὐ παλαιᾶς* ex glossa nata esse, qua quis interpretatus erat verbum praecedens *ὑπογυίου*. Reitz.

Ead. l. 2. *Ἐξ ὑπογυίου τῆς ἐπιχειρήσεως ἡψάμην, εἰδὼς ὅτι λίαν ἀλλ' οὐ παλαιᾶς*) Sic edit et vertit *Benedictus: rem nu-*

per aggressus sum, sciens non admodum diu esse. Et quis recte judicans, haec Latina sic Graece efferet? At Basileensis distinguit hoc modo, εἰδὼς ὅτι λίαν, ἀλλ' οὐ παλαιᾶς, et Latina apposite: *nuper adeo ejus rei periculum facere coepi, sat scio, nimium et non olim:* quae certe Latina etiam nimis minuta. Graeca enim ibi videntur recte se habere, quae sic accipienda: *ex recenti studio id aggressus sum, sciens quam optime, et non ab antiquo.* Cuot. *Theod. Marcil.* quoque hic aliquid corrigere voluit: sed cum plane eadem verba repetat, quae jam in contextu inveniebantur, quod tamen non sua culpa factum esse patet; quid sibi voluerit, divinare non potui: τῆς enim sine accentu scriptam in ejus correctione, error tantum typothetarum est. Sed videtur ὑπογύλου correxisse, pro ὑπογύου. Reitz.

Ead. l. 3. Ὅτι λίαν) *Vorst.* οὐ λίαν ἐκ παλαιοῦ. In M. nihil subsidii. Solan.

Ibid. Ἀλλ' οὐ) Num ἄλλου pro ἀλλ' οὐ legendo sanari possit hic locus, me visurum promisi ad pag. 275. l. 5. Sed nil hoc juvat. Nam aliquid excidisse credo, et despero de sanatione. Reitz. *in Addend.* Quod pro εἰδὼς in Cod. 2955. νέας legitur, inde *Bekkerus* suspicatur hoc νέας glossema esse τοῦ ἐξ ὑπογύλου. Rectius pro glossemate sequentis οὐ παλαιᾶς habebitur. Omnino negari non potest, omnem locum a verbo εἰδὼς usque ad παλαιᾶς aut corrupta, aut plane suppositicia esse. Hujus posterioris sententiae est *Schmiederus*, qui uncinis ea verba circumscripsit. Praeter *Vorstium* autem et *Gesnerum*, et alios, etiam *Jacobsius* medelam loco afferre studuit, conjiciens εἰδὼς οὐ λίαν, ἀλλ' ἐπιπολῆς, *quum rem antea non valde nossem, sed obiter tantum attigissem;* non male quidem per se, at ita tamen, ut facies verborum nimium inter se differant, et quae deinceps sequuntur, minus recte adjungantur. *Gesneri* conjecturam tanquam simplicissimam equidem prae ceteris omnibus amplecterer, modo ne temporum rationes in ἡψάμην et εἰδὼς adversarentur. Aliud enim in alio cogitandum esset tempus, quod leges linguae graviter vetant. Ceterum ἔναυλος μνήμη quam inepte dictum sit, intelliges, si comparaveris locum Somn. c. 5. extr. ubi ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος admodum elegans, ac vere Lucianea, est dictio. Lehm.

Ead. l. 4. Συντόνως) In O. W. *Fl.* et *J.* συνιὼν ὡς. Reliquae Edd. et P. uti hic in textu est συντόνως. V. c. 29. Solan.

Ead. l. 8. Τὸν μὲν etc.) *Homer.* Od. *K*, 84. Solan.

Pag. 251. l. 7. Ἐπαναστὰς) W. recte. In rel. ἀπ. Solan.

Ead. l. 9. Ἀέγμενος Ἀλκίδην) *Hom.* Il. *I*, 191. Solan.

Ead. l. 13. Διηρότων) Vox διηρότων nihili est: si enim esset ab διήρης, foret διήρεων. Ex Aldina Ed. hoc vitium pro-

pagatum, cum in Flor. recte legatur διηρότων. Nempe δήρεις vocantur etiam δίκροτα, quod notum Jens.

Pag. 252. l. 1. *Λιβυρνοὶ*) De his navigiolis *Renat. Veget.* c. 38, lib. 4. *Appian.* in Illyric. Bouhd.

Ead. l. 4. *Στρατιᾶς*) Sic omnes. Ego mallem στρατείας. Solan.

Ibid. Ἄστεος) Athenas intelligere, cum ἄστυ audimus, proclive est. Sed quae de cursu navigationis deinde habet, ubi Ciliciam, Pamphyllum sinum aliaque nominat, (c. 7.) ut Athenae intelligantur, minime patiuntur. Quid ergo? Solan. Videlicet *Italiam* petebant navigando. Absurdum itaque foret sub ἄστει cum *Belino* cogitare *Athenas*. Cogita potius Syriae caput, vel Phoeniciae forte. *Antiochia* saltem eruditis omnis generis, de quibus modo mentio fit, admodum erat illis temporibus referta. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐπίφανον) Angl. ἐπολμαῖον. Bouhd.

Ead. l. 11. *Μεσοκοίλων*) Hic deest τὸ ἄφαντες participium, aut quid simile. Guyet.

Ibid. Ἀνάφαντες) In impr. et Schol. ἀκαρῆ. In M. ἀκαρῆ, a recentiore manu. In L. vero recte ἀκαφάντες. *Vorstius* conjecerat ἀφάντες. Solan. Arripui lectionem ab *Solano* commendatam, accentu tantum mutato, quem in nota *Solani* tamen intactum reliqui, etsi ter in eodem aberrarit; nam et in *J.* ἀκαφάντες adscripserat. Recte autem *Guyetus* divinarat deesse participium. Reitz. Pro ἀκαρῆ — sic enim cum jota subscripto editum est in Edd. vett. — A. 2. ἄφαντες habet, plane ita, uti conjecerat *Guyetus*. Idque ego, quum solenne sit in re nautica vocabulum, praeferendum duxi. Lehm.

Ead. l. 12. *Προστειλαμεν*) Malim προσεστείλαμεν. Guyet. Προεστείλαμεν *Vorstius* et *L. Kusterus* emendare jubent, quibus obsequor. In M. et impressis προστειλαμεν. Solan. προστείλαμεν, quod in A. 2. est, prorsus ineptum est, nec nisi ex errore typographico ortum esse videtur. Lehm.

Pag. 253. l. 2. *Αὐτῷ*) Corrige αὐτό. Guyet. (Quod scilicet feci, etiam ante, quam *Guyeti* emendationem videre contigit. Reitz.) Αὐτὸ recte, uti conjecerat *L. Kuster*. Cod. L. *V.* 2. et *B.* 2. In reliquis impressis et M. ipso, αὐτῷ. Solan.

Ead. l. 7. *Εὐτυχεῖς*) Quam felicitatem hic intelligat, nescio. Neque huic opusculo enarrando eandem a nobis diligentiam, quam in hujus auctoris bonae notae scriptis adhibere solemus, exspectato. Solan. Nempe respicit ad foedus illud Atheniensium et sociorum cum Persis, de quo *Diod. Sic.* 12, 4. p. 293. B. quo cautum est, μηδὲ ναῦν μαχρὰν (Περσῶν) πλεῖν ἐντὸς Φασηλίδος καὶ Κυανέων. Sunt autem *Chelidoneae* insulae subjectae Phase-

lidi. Unde *Plutarchus* in Cimone de hac re p. 890. *H. Steph.* p. 124. Brya. *ἔνδον Κυανέων*, ait, *καὶ Χαλκηδονίων μικρᾷ νηῒ καὶ χαλκεμβόλῳ μὴ πλέειν.* Quorsum illud *οὐκ ἀμοιχθεὶ* referatur, intelligas ex his, quae infra in Navigio, non procul ab initio narrantur. Gesn.

Ead. l. 10. *Ἠλιάδος — Ῥόδου*) Rhodus Soli ob serenitatem coeli sacra. Vid. *Spanh.* 321. et *Nostrum* Iov. Trag. 11. Solan.

Edd. l. 15. *Ἐμπιπλάμενος*) Ex W. *ἐμπιμπλάμενος* correxerat *Sodan.* idque et ego edussissem, si plures Codd. haberent; verum quia et infra c. 24. sine μ scribitur, nec dubito, quin et alibi, nondum vulgatam immuto. Vide, quae ibi noto. Reitz. Supra c. 6. erat *πιμπλαμένου* non variantibus libris. Sic et infra c. 27. *ἐπίμπλατο*. Sed c. 24. Cod. W. habet *ἐπίμπλατο* recte pro *ἐμπίμπλατο*. Neque adeo h. l. ejusdem Codicis lectio *ἐμπιμπλάμενος* repudianda fuit. Lehm.

Pag. 254. l. 3. *Εὐθὺ γάρ μοι δύο ἢ καὶ τρεῖς προσεφόρησαν ὀλίγου διάφορον*) Sic edit *Benedictus* secutus *Bourdelotium*, et vertit: *statim enim mihi duo vel etiam tres propemodum praecipui supervenere*, idque exemplo Ed. *Bas.* quae hanc interpretationem prior exhibet, cum in Graecis edat *δύο ἢ καὶ τρεῖς προσπροσεφόρησαν*. Mirandum profecto est, si tres propemodum utique praecipui accesserint sic ad *Lucianum*, eos sic subito relinqui, nec vel verbum ullum aut de aut ab viris tam notabilibus fieri. Pater tale quid cogitans illas voces *propemodum praecipui* virgula indaxit. Et certe credimus verti debuisse *parvo diversi*, vel distantes ac propemodum pares. Quod si verbum decompositum est in scriptis, non est cur contemnatur. Gron.

Ead. l. 4. *Διαφόρου*) Sic levi mutatione locum restituimus. Quid enim erat, quod in libris omnibus et ipso M. legitur, *διάφορος*; Aut quem sensum hic edit? Nihil sane ad rem *enarrantium discrepantia*. Sed optime convenit parva merces. Ea, quam restituimus, voce utitur in Hermot. c. 81. utitur et *Theophrastus* in descriptione *τῆς μικρολογίας*. *Ἡ δὲ μικρολογία*, inquit, *ἐστὶ φειδωλία τοῦ διαφόρου ὑπὲρ τὸν καιρόν*, p. 32. Vid. *Casaubon.* not. p. 229. *Diog. Laërt.* p. 140. B. C. Solan. *Ὀλίγου διάφοροι*) Sententiam hujus loci adsecutus mihi videor, de lectione adhuc dubito. Si dedisset auctor *ὀλίγου διαφόρου*, plane nihil haesarem. Est enim *διάφορον pretium*, *pecunia*. *Ἡ μικρολογία* ap. *Theophrastum* Char. 10. *ἐστὶ φροντίδια τοῦ διαφόρου*, vel ut est in Ms. *τῶν διαφόρων*. Ostendit *Casaubonus* ad h. l. quoties apud ecclesiasticos scriptores ignoratione hujus significationis peccatum sit. Noster in Hermot. c. 81. *μηδέπω ἐπετίχαμεν διάφορον*. Itaque si mutato solum *οι* in *ου* legere liceat *ὀλίγου διαφόρου*, plana erunt omnia. Sed quid si intellectus oritur, ser-

vata librorum lectione, et ὀλίγου διάφορος sunt *parvo venales*, parvo pretio, minuta pecunia, conducti et operam suam vendentes? Cum enim τὸ διάφορον sit *quod interest*, potest fieri, ut dixerint Graeci ὀλίγου διάφορος τοῦτο πάσχει, *parva mercede hoc facit*. Sed nondum ausim quidquam adseverare. Illud maneat, praesto fuisse homines ex eo genere, quos Graeci ἐξηγητὰς dixere, vel περιηγητάς· φράστορας ἐγχωρίων appellavit *Aeschylus* Suppl. 501. Siculi *Ciceronis* aetate *mystagogos* vocabant, *qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducere solent, et unumquidque ostendere*. *Cic.* Verr. 4, 59. *Monstrator* talis est *Lucano* IX, 979. Quae loca jam laudata sunt *Spanhemio* diss. I. pag. 6. *Antiquarios* hodie Romae dici, notum est. Gesn.

Ead. l. 13. Προηγουμένως γὰρ πολιτικῶν λόγων προΐστατο) Basileenses vertunt: *nam se velut ducem atque antesignanum in civilibus orationibus gerebat*; ut et *Bourdelotius*, nisi quod *antesignanum*. *Benedictus*: *nam se velut ducem in civilibus orationibus gerebat*. Nec *velut* in Graecis est, nec προηγουμένως in Latinis apparet, quod pater interpretabatur *in primis*. Sensus est: *nam praecipue his civilibus*, h. e. non doctissimis et elaboratissimis, *orationibus praeerat*. Gron.

Pag. 255. l. 7. Ἐμὲ) Sic L. melius quam ἐμοί, quod in reliquis est. Solan.

Ibid. Ἐγείρητε) Veteres Edd. ἐγείρηται, prave: mutavit *B.* 2. Solan.

Ead. l. 10. Ὁπότερος) Optima haec scriptura. Quam autem obtrudit *Vorstius* ὁπότερος, (quamquam exstet etiam in M., a recentiore manu reposita) minus concinna videtur. Solan.

Pag. 256. l. 1. Ὑπογράφοντος αὐτούς) Pro hac scriptura in W. est ὑπογρ. αὐτοῖς, uti et in *Fl.* et *J.* In P. vero et reliquis ὑπογραφέντος αὐτοῖς. Αὐτοὺς tamen Excerpta *Perizonii* notant reperiri in P. cum in *Fl.* sit αὐτοῖς, noteturque ut diversa scriptura. Solan. Frater *Carolus Conradus* conjicit, *Lucianum* scripsisse ὑπογναφέντος. Lando conjecturam. Reitz.

Ead. l. 3. Χωρίων κηδεμόνες) Contra praeceptum *Columellae* I, 8, 1. *Ne villicum ex eo genere servorum, qui corpore placuerunt, instituamus*: et *Palladii* I, 6, 18. *Agri praesulem non ex dilectis tenere servulis ponas; quia fiducia praeteriti amoris impunitatem culpae praesentis expectat*. Gesn.

Ead. l. 6. Ἀναρῇ) Vide, si lubet, Scholium. Solan.

Ead. l. 12. Ἀπηγόμην) Male antea legebatur ἐπηγόμην. Emenderam ante, quam Codicis W. lectiones vidissem, in quo etiam recte ἐπηγ. Solan. Legendum sine dubitatione ἐπηγόμην, *mecum duxi, assumsi comites*. Vulgatum ἔπεμψ. ne quidem signi-

ficat *accelerabam ipsos*, ut adhuc versum est, cum media voce notet *festinare*, impellere et urgere se, non alios. Gesn.

Ead. l. 13. *Καὶ δόξαν*) Sic absolute rursus infra c. 14. pr. Et *Dion. Hal.* I. p. 86. f. Ed. *Lips. Δόξαν δὲ αὐτῷ, παῖδας — προσελθεῖν κελεύει.* Ita *κελευσθὲν* eod. modo apud eund. pag. 82. Plura *Sylburg.* in nott. ad pag. 47. Adde *Nostrum* 1. Ver. Hist. c. 7. et 11. etc. ubi et alia dedi. Reitz.

Pag. 257. l. 1. *Ὑμνεῖται δὲ τούτου τὸ τῆς Πραξιτέλους εὐχερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον*) Quid sibi vult *τούτου τὸ τῆς Πραξιτέλους* etc.? Interpres reddidit: *celebratur autem ibi Praxitelis promptitudinis vere amabile.* An *τούτου* significat *ibi*? Scio, *αὐτοῦ* id saepe significare. At licet *τούτου* id significare posset; angustis profecto terminis fuisset finita illa Cnidii templi ob simulacrum Veneris a Praxitele elaboratum celebritas, si ea intra Cnidum modo constitisset. At hoc contra mentem scriptoris, qui sine dubio dedit, *ὑμνεῖται δὲ τοῦτο τῆς Πραξιτέλους εὐχερείας ὄντως ἐπαφρόδιτον.* Error ex repetita syllaba *του* natus est. *Ac ubi decressemus in Cnidum spectandi caussa appellere, et cuperemus videre Veneris templum, (celebratur enim id Praxitelicae dexteritatis opus vere venere et gratia spectabile) placide terram advecti sumus.* Jens. Potest vulgatae sensus exponi, ut *τούτου* referatur ad proxime praemissum *ἱεροῦ*, scilicet ut ordo sit, *τούτου δὲ τοῦ ἱεροῦ τὸ ὄντως ἐπαφρόδιτον τῆς εὐχερείας Πραξιτέλους ὑμνεῖται*, et sic satis constat sensus: sed si quem intricatior pronominum trajectio offendit, pro *τούτου* legat *αὐτοῦ*, *ibi*; et sic dicas legisse Parisinae interpretem. *Jensii* emendatio constructionem reddit simpliciorem; at quia sic Praxiteles diceretur totius templi architectus, dum simulacrum Veneris tantum ab eo *fabrefactum* narrat *Lucianus*, non ausus sum eam recipere. Reitz.

Ibid. Πραξιτέλους) Statuam Veneris intelligit, de qua in seqq. fuse. Ad Cratinam amicam efformatam a Praxitele tradit *Clem. Alex.* in *Προτρ.* m. 21. C. et 23. 2. De alia Cupidinis statua ab eodem Praxitele facta vide *Stephan.* Lyr. pag. 121. B. C. Sou[illegible].

Ead. l. 8. *Λιπαρᾷ γαλήνῃ*) An crassa, immobili? *λιπαρὸν ἔλαιον* proprie. An *λιπαρὰ* hic pro *λιπαρὴς*, i. e. *συνεχὴς*, *assiduus*? Placet. Sic infra c. 13. Guyet. *Λιπαρὰ* hic pro *λιπαρὴς* positum videtur, i. e. *συνεχὴς*, *assiduus*. Ita mox infra *λιπαροῖς τοῖς χείλεσιν*, i. e. *assiduis*, *frequentibus* osculis. Menag. Vid. Admot. ad locum modo laudatum c. 13. Lehm.

Ead. l. 5. *Τὸ ἐρωτικὸν ζεῦγος*) De quo *Marcil.* ad *Horat. Mercer.* ad *Aristaen.* pag. 229. Sic infra c. 20. Bourd.

Ead. l. 6. *Κεραμευτικῆς*) Quid figulinae cum Venere aut

hoc scriptore? an quia in Ceramico altero prostabant meretrices? Vide *Meurs.* Non videtur, sed quia Cnidi figulina apud veteres decantata; urbs autem Veneri dicata. Solan. Laudantur κεράμια Κνίδια ab Eubulo apud *Athenaeum* I, 22. Sed hic videtur ad fictilia sigilla obscena respici, quod genus multa apud antiquarios supersunt. Talia erant *sigilla lascivissimarum figurarum* in Tiberii cubiculo disposita, *Sueton.* cap. 43. Huc forte pertinent obscenae in lucernis apud Licetum, figurae: quam frequentes autem fuerint lucernae fictiles, apparet, quod κεραμεὺς apud *Hesychium* explicatur per λυχνοῦργος, ut legendum monuere viri docti pro λυνοῦργος. An Venereum quiddam habent figlinae? Ceramicus figulorum et meretricum idem diversorium: in Κωλιάδι Atticae promontorio, ubi Veneris Κωλιάδος templum, figlinae item praestantissimae. Vid. *Meurs.* in Piraeo c. ult. Gesn.

Ead. l. 7. Σαυτιράτου) De quo supra Quom. Hist. Conscr. c. 62. Solan.

Ead. l. 11. Τῆς Κνιδίας Ἀφροδίτης) De qua vide Imagg. cap. 4. et Pro Imagg. c. 23. Solan.

Ead. l. 12. Τὸν — ἔρωτα) Ejusdem Praxitelis opus. Solan.

Pag. 258. l. 1. Εἷς ἔδαφος) Non aprevissem ἦν pro εἷς ex marg. *Ald. Wess.* nisi mox rursus sequeretur ἦν. Reitz.

Ead. l. 8. Καρπῶν, ἄ) Conf. mox πλησίαι — εἷς ἄ, quorum neutrum immuto, quia enallagae ejusmodi sunt frequentes, de quibus alibi non semel. Etsi suspecta habet haec et similia, quae ipse adducit. *Jens.* ad Revivisc. c. 13, aliaque, quae mox ad fin. hujus cap. addo. Reitz. Post ἡμέρων καρπῶν excidisse aliquid suspicatur *Fr. Jacobs.* in Animadvv. ad *Achill. Tat.* p. 395. Saltem e voce καρπῶν non sine aliquanta difficultate intelligi puto δένδρα, quibus ἄ respondeat. Ceterum idem *Jacobsius* observat: „Ejusmodi textum, nexu frondium efformatum, σφήκωσις φυτῶν καλύπτρη vocatur apud *Coluthum* v. 122." Lehm.

Ibid. ἄ) Quasi jam scripsisset δένδρα. Solan.

Ead. l. 8. Πολιά) Πολιὰ θαλὲς ἐλληπτικῶς Guyet. Nimis festine haec verba inspexit *Guyetus*, qui pro femin. sing. accepit. Alibi vero πολιὰ et πολιαὶ intellecto θαλὲς ac τρίχες dici, vix operae erit notasse. Et per *comas* arborum folia intelligi, tralatitium est. Infra cap. 28. πολιὰ προσήκουσα καὶ χῆρας ἁρπὴν μαστυρεῖ. Reitz. Jam vero *Guyetum* recte construxisse credo. Idem *in Addend. et Cornig.*

Ibid. Σφριγῶντα) Sic Schol. et W, ut in suo Codice emendarat *Vorstius*. In reliquis σφρυγ. Solan.

Pag. 259. l. 3. Ἥττον εὐφραίνουσιν) Ἧττον εὐφραίνωσιν. Marcil.

Ibid. Ἦν) Praeferrem lectionem *Pell.* ἦσαν exhibentis, cum ἦν sit crasis Dorica, pro ἦσαν, vel quod hi pluralia cujuscunque generis cum verbo sing. construere ament. Vid. omnino *Maittaire* de Dialectt. p. 207 — 8. Reitz. Cogitavit scilicet narrator Subjectum tanquam in Neutro positum, unde et postea legas εἰς ἃ eadem ratione, quamquam ad κλισίαι referendum. Neque adeo cum marg. A. 1. W. εἰς ἃς legendum. Praeter *Reitzium* in nota deinceps sequente, et quos laudat, de hac Enallage exposuerunt *Jens.* ad Piscat. c. 14. Tom. III. huj. Edit. p. 549. sqq. et *Zeller.* in *Creuzeri* Melett. II. p. 96. Lemm.

Ead. l. 4. Κλισίαι — ἃ) Quasi scripsisset δένδρα, vel φυτά, vel οἰκήματα. Cap. 17. συμπόσια vocantur, ad quam vocem potius respexisse crediderim. Solan. Si quis Codex ἃς haberet, nihil repugnarem. Jam vero nihil muto, quia et paullo ante habuimus ἃ post masculinum καρπῶν, et supra 2. Ver. Hist. c. 43. f. θάλασσα — κατ' ἐκεῖνο. Et elliptice sic potest exponi, κλισίαι, εἰς ἃ κλισιῶν. Nam et locus non solum neutro genere per se exprimi solet, ut *Matth.* XXII, 34. συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό, ac sexcenties alibi apud alios, ut ἐς τὸ αὐτὸ ξυνελθόντες, *Thucyd.* V. c. 55. verum et praecedente feminino, ut ap. *Thucyd.* frequenter, e. c. I, 59. τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ' ὅπερ καὶ πρότερον. Idque huic scriptori proprium esse monet *Suid.* v. Θουκυδίδης. Vid. praemissa *Thucyd.* Ed. *Dukerianae* p. 10. Ipsumque *Thucyd.* I, 59. Ubi *Steph.* existimat, ἔργον aut simile quid intelligendum: quod ἔργον hic quidem posse substitui fateor, alibi non item; sed ad generalem notionem loci recurrendum, vel χωρίον intelligendum. Neque enim adeo refert, quid intelligatur, modo sic loqui Graecos, probemus. Ne jam alia ejusdem nunc adducamus, ut I, 113. f. σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ· cujus paullo alia est ratio. Genus autem neutrum, ut generale, et in aliis locutionibus subjungi substantivis mascul. ac femin. quis nescit? Sic enim *Aelian.* V. H. III, 38. τὴν ἐλαίαν καὶ τὴν συκῆν, ἃ — ἡ γῆ ἀνέδωκε (sive δένδρα s. aliud quid intelligens.) *Aret. Capp.* L. 2. c. 1. pr. φλεγμασίη καὶ πρῆσις, ἐφ' ὅσα. *Evang. Matth.* IX, 17. ἀμφότερα συντηροῦνται, post duo subst. masc. οἶνον et ἀσκούς. *Benigelius* tamen ἀμφότεροι edidit, ex alio Cod. sed sine necessitate. Ibid. XVIII, 8. εἰ δὲ ἡ χείρ σου, ἢ ὁ πούς σου σκανδαλίζει σε, ἔκκοψον αὐτά. Sic versa vice ibid. c. ult. fo ad τὰ ἔθνη refertur αὐτούς. *Aelian.* I, 20. χρυσοῦς βοστρύχους, κελεύσας ἀποκεῖραί τινα αὐτό. Quod etsi ad ἄγαλμα referri queat, cum aeque dicatur κείρειν τινὰ, κείρειν κεφαλήν, quam κείρειν τρίχας, tamen malim ad βοστρύχους referri, intellecto χρῆμα. Sed et locum neutro genere expressit *Stet.* Aug. 72. etsi mascul. praemittit: ait enim, *Ex secessibus praecipue frequentavit maritima.*

Neutrumque aliis subst. cujusvis generis subjungi Latinis, tralaticium est; ut *Sallust.* Jug. 38. §. 8. *Nox atque praeda — remorata sunt.* Ubi plura *Cortius.* Adde c. 66, 2: *Kagenses — quo praesidium imposuerat*, i. e. quo loci, vel oppido. Cf. *Vechn.* Hellenol. 158. nosque ad 2. Ver. Hist. §. 43. f. Reitz.

Ead. l. 5. *Τῶν μὲν ἀστικῶν*) *Τοῖς ἀστικοῖς* opposuit *τὸν πολιτικὸν ὄχλον*, notabili discrimine. Marcil. Mirum est, Lucianum opponere *τοὺς ἀστικοὺς τῷ πολιτικῷ ὄχλῳ*. Nam *πόλις* et *ἄστυ* urbem significat. Etsi hic locus bene se habet, fateor me non intelligere eam differentiam. Credo scripsisse Lucianum, *τῶν μὲν ἀγροίκων*. Nam habitantibus in agris non tam placent trichilae et arborum implexarum umbracula, quippe quibus talia quotidie in suis silvis, hortis et agris videntur. Urbium civicus vero, qui nihil aliud, quam marmora et nudos lapides, vident, jucundiora sunt viridaria et hortorum amoenitates, et arborum comae luxuriantes. Nam, ut ait Satyra, — *voluptates commendat rarior usus.* Ideo in eo Veneris luco urbani frequentes festum illud agitabant. Palm. Vide omnino *Dionem Chrysost.* m. 68. C. apud quem opponitur *βαναύσῳ*. Solan. *Τοὺς ἀστικοὺς* et *τοῦς πολιτικοὺς* ita distingui posse putabam, ut ipsum *ἄστυ* et *πόλις* differant. Nempe *ἄστυ* urbs est, caput rerum, *πόλις* civitas, quae multo patet latius. *Ἀστικοὶ, urbani*, ut fit, negligebant, cujus quotidiana erat copia; reliqui cives et *populares*, aliquantum remotiores, tanto obibant diligentius, quoties ad urbem essent. Gesn. *Ἀστυκῶν* fecit in *Ald.* 1. ead. manus, quae varias lect. aut emendatt. in marg. solet addere, in ipso textu *υ* superscribens. Sed vanam esse hanc correctionem, quilibet videt. Reitz. *Ποιητικὸς* pro *πολιτικὸς* scribi jubet *Jacobus* Portensis, et conferri *Dorvillium* ad *Charit.* p. 630. et *Schaefer.* ad *Gregor. Cor.* p. 141. et 934. *Ἀστικοὺς* autem idem intelligit *ἰδιώτας*, quam oppositionem pervulgati dicit usus esse; cf. Charon. c. 4. *Aelian.* Var. Hist. IV, 15. *Heindorf.* ad *Plat.* Phaedr. p. 192. *Cic.* Verr. IV, 2. *ὄχλος* autem *ποιητικὸς* aeque bene dici potuisse ac *τὸ φῦλον ποιητικὸν Demosth.* Enc. 10. et *πατριωτικὸς ὄχλος Nicet.* Eugen. IX, 254. Cf. *Heind.* ad *Plat.* Gorg. p. 28. Quae quidem singula etsi per se spectata non sint falso disputata — excepto tamen eo, quod de voce *ἀστικοὶ* contenditur, quae *ἰδιωτῶν* notionem ne vix quidem involvit — conjunctim tamen ad h. l. applicata perversissimam alienissimamque efficiunt sensentiam. Imo vero recte habet vulgata lectio, ejusque explicatio *Gesneriana.* Vim autem habet vox *ὄχλος*, quae *multitudinem, plebem*, civium, *πολιτῶν*, significat, non male illam *τοῖς ἀστικοῖς* oppositam, qui *urbem ipsam primariam* incolebant. Lehm.

Ead. l. 8. *Παρίας δὲ λίθου*) At verus, utique Lucianus in

Jov. Trag. cap. 10. e marmore Pentelico ait factam Venerem Cnidiam. Solan.

Ead. l. 10. *Προμειδιῶσα*) Veneris Cnidiae templum, et lucum, et statuam Lucianus hic egregie est exsecutus, ut et *Plin.* lib. 36. Coon.

Ead. l. 12. *Ἀληθόπως*) Perperam redditur, *oblita sui.* Est enim *latenter*; ut *Anacreon.* Od. 28. L. Bos. Quod *L. Bos* in pristina versione reprehendit, id *Gesnerus* ex se jam correxit, et res erat manifesta. Habuimusque non semel alibi, ut patebit ex Indice. Reitz.

Pag. 260. l. 1. *Ἐμβοήσας*) Fatebor, *ἀναβοήσας* usitatius esse, eoque iterum cap. seq. utitur Noster, ac sexcenties alibi. Verum ideo unius W. lectionem non sequor: nam et *ἐμβοᾶν* recte se habet, iterumque sic infra Noster, de Luctu c. 15. *μεῖζον ἐμβοήσῃ τοῦ Στέντορος.* Sic et *ἐμφθεγξάμενος* Eun. cap. 7. Reitz. Non recte se h. l. habet *ἐμβοᾶν*, quod significat *inclamare*, vel *acclamare*; uti multa docent vel unius *Luciani* loca, ut Charom. c. 20. et 21. Timon. 39. Alex. c. 26. etc. *Proclamandi* vero vel *exclamandi* notio propria est verbo *ἀναβοᾶν*, eamque lectionem h. l. cum Cod. W. simul etiam probat Cod. Par. 2956. Unde et *Schmiederus*, monente *Belino* recte edidit *ἀναβοήσας.* Lehm.

Ead. l. 3. *Λιπαροῖς*) *Λιπαρὸς* hic pro *λιπαρὴς* positum videtur, i. e. assiduus, frequens, *συνεχής.* Guyet. Conf. supra c. 11. *λιπαρᾷ γαλήνῃ.* Quod quia ibi pro *λιπαρεῖ* positum non negaverim; ita et hic eodem modo poni, aliqua specie ajunt. Mallem tamen *λιπαροῖς χείλεσιν* intelligere *labiis unctis, humidis, cupidis.* Nam *frequentibus labiis* pro *frequentibus osculis*, durius videtur, et gestui hujus osculantis etiam minus conveniens. Reitz. *Jacobsius* ad Anthol. Gr. II. 3. p. 78. pro *λιπαροῖς τοῖς χείλεσι* scribi maluit *λάβροις τ. χ.* quemadmodum et Quom. Hist. Conscr. c. 1. pro *λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ Wyttenbach.* Ep. Crit. p. 55. conjecit *λάβρῳ τ. π.* Sed frustra utrumque. H. l. tamen *Schaefer.* Melett. p. 53. *λιπαρέσι* voluit, notione ea, quam *Rudolphus* ad modo laudatum *Luciani* locum illustravit Tom IV. p. 530. Sunt enim *λιπαρὰ χείλη* non aliter capienda, quam si *λιπαρῆ* dicta fuissent, *continua, adsidua, labia*, quemadmodum et *Menagius* et *Guyetus* ad c. 11. intellexerunt, qui iidem viri etiam *λιπαρᾷ γαλήνῃ* illo loco recte videntur explicasse de *adsidua serenitate.* Minus recte, quamquam ad usum vulgarem aptius, *Gesnerus* vertit *splendida serenitate.* Posteriores autem scriptores Graecos *λιπαρὸς* passim pro *λιπαρὴς* dixisse, nec *Schneiderus* in Lexico Gr. inobservatum reliquit. Lehm.

Ead. l. 6. *Καὶ τοῖς θέλουσιν* etc.) Cum non satis distincte notarit *Solanus*, quid Cod. W. hic immutet, id ex *Jensii* emen-

dationibus Ferculo Literario adjectis addam. Rotundiora, ait is pag. 158. sunt in Ms. *Καὶ τοῖς θέλουσι κατὰ νόστον τὴν θεὸν ἰδεῖν ἀκριβῶς· ἵνα μηδὲν αὐτῆς ἀθαύμαστον ᾖ.* Reitz.

Ead. l. 9. *δόξαν*) Conf. supra cap. 11. pr. Reitz.

Ibid. *Ὀλην*) Hanc vocem, quae in *H.* et *V.* utraque deerat, agnoscunt reliquae Edd. et P. cum W. Solan.

Pag. 261. l. 4. *Αἱ σάρκες*) Sic solet plurali num. efferri σαρξ, quando de musculis est sermo. Vid. *Foës.* Oecon. *Hippocrat.* Sed et generaliter de partibus mollioribus; vid. peculiarem *Hippocratis* librum *περὶ σαρκων.* Et *Aristot.* Histor. anim. I, 1. pr. *τὰ μὲν ἐστιν ἀσύνδετα, ὅσα διαιρεῖται εἰς ὁμοιομερῆ, οἷον σάρκες εἰς σάρκας.* Reitz. Similem descriptionem harum corporis partium habebit ejusmodi rerum amator in *Alciphr.* Ep. I, 39. med. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὁ Χαριτλῆς ὑπὸ τοῦ σφόδρα θάμβους ὀλίγου δεῖν ἐπεπήγει, ταχερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασιν πάθος ἀνυγραίνων*) Interpres: *Charicles prae vehementi stupore propemodum diriguit, humidum quendam et manantem in oculis dolorem colliquans.* Pro *πάθος* in Ms. scribitur *πάθος*, et sic scripsit dialogi hujus auctor. *Ταχερόν τι καὶ ῥέον ἐν τοῖς ὄμμασι πάθος ἀνυγραίνων*, est *oculos petulante et in iis natante motu suffusus*, hoc est, lascivi motus indice. *Ταχερὸν* proprie dicitur de oculis lascivis, qui petulante mobilitate produnt lasciviam. *Horatio* dicuntur *putres oculi*, *Petronio*, *petulantes*: *Ipse Paris Dearum libidinantium judex*, *si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis.* Graecorum acceperunt ex *Theocrito* Idyl. 1.

Ὦ πόλος ὅπᾳ ἔχορῃ τὰς μηκάδας, οἷα βατεῦνται,
Τάκεται ὀφθαλμῶς, ὅτι νὺ τράγος αὐτὸς ἔγεντο.
Caprarius quando capras intuetur coëuntes,
Oculi diffluunt, quod non ipse hircus est.

Vetus Scholiastes exponit *διαῤῥεῖται*, *φθείρεται.* Oculos enim tales lascivos ajunt, cum moventur, suffundi humore quodam: cum in hoc ipso dialogo vocat *τῶν ὀφθαλμῶν τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ καὶ χαριεντίσμενῳ*, *oculorum petulantia cum splendore et gratia juncta.* *Maximus Tyrius* hoc quoque inter lascivi animi signa refert, *λιχνεύειν ἡ γλῶττα, τηκέσθωσαν οἱ ὀφθαλμοί.* Idem dicit de Sardanapalo dissert. 19. *τὸ ὀφθαλμῶ ἐπεπηκὼς* pro quo *Justinus*: *cum oculorum lascivia omnes feminas anteiret.* *Τάκεται ὀφθαλμῶς* Latinus *Theocriti* interpres inepte vertit: *tabescunt oculi:* imo, tum maxime moventur; hinc *Petron.* dicitur *mobilis oculorum petulantia.* Inferius in Toxari, de adolescente, qui illecebris feminae lascivae erat captus: *ἐπεὶ ἤσθετο πονηρῶς ἔχοντα, καὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι, καὶ ταχερὸν γεγενημένον,*

postquam sensit illum male habere, et amore totum flagrantem, et furentem. Sic alibi Nostro τοιχωροί ὁδοὶ sunt *prurientes puellae.* Graev. Supra c. 3. Kuster.

Ead. l. 14. *Πάθος*) W. P. et L. In impressis autem *πένθος*. Sylb. Conf. mox c. 16. px. Iterum med. Rursus c. 17. Et videbis recte hic *πάθος* pro *πένθος* restitutum. Reitz.

Pag. 262. l. 1. *Σκίλον*) Meminit *Plinius* statuae nobilis, quam *Spilumenen* vocat, et Praxitelis opus dicit, XXXIV, 8. Quem ego eandem esse cum hac Cnidia Venere, nomine deceptus, predideram. Sed obstat, quod *Spilumenes Plinii* aenea erat, haec marmorea. Ut hoc etiam hic obiter moneam, recte apud *Tatianum* p. 122. legitur *σπιλώμενόν τι γύναιον Πραξιτέλης ἐδημιούργησεν*. Quibus verbis eandem cum *Plinio* statuam innuit. Vid. *Philostr.* Apoll. V. VI. pag. 276. ubi hunc ipsum juvenem intelligo. Solan.

Ead. l. 9. *Ὑπέκρυψεν*) *Ἀπέκρυψεν Solanus* edi voluit; sic enim in *Iunt.* vulgatam immutarat. Et fateor insuetum Nostro verbum, nec alibi tam obvium, licet med. *ὑποκρύπτομαι Steph.* proferat. Non ausim tamen receptam lectionem rejicere, quia ita hic quam vim habere videtur, quod in inferioribus partibus et forsan introrsum spectantibus macula illa fuerit. *Poll.* in Onom. hoc quidem verbo utitur, L. V. Sect. 60. *ὑπὸ τῶν ὑποκρυφθέν ἐξευρίσκειν*. Verum apud alios nondum observavi, non saltem notavi, quia nec venturum non praevidi. Reitz.

Ead. l. 11. *ἱστορίαν*) Apud Posidippum exstitisse eam narrationem, testatur *Clem. Alexand.* 23. 2. Respicit, ni fallor, eandem *Philostr.* p. 276. V. *Apoll.* Meminit et *Plin.* XXXVI. c. 4. 5. 6. *Valer. Max.* VIII. 11. Similem huic historiam narrat de Clisophe quodam Selymbriano, qui Sami cum statua etiam in templo itidem inclusus rem habuerit. *Athen.* XIII. 606. ubi in eam rem Alexidis et Philemonis fragm. affert. Similium in statuas amorum exempla viri docti collegerunt, qui *Aelianum* illustrarunt V. H. L. IX. c. 39. Solan. *Περὶ ἀφροδίσιον ἱστορίαν*). Quam refert etiam *Plinius* 36. 5. f. 4. 5. et quos ibi laudat *Harduinus.* Similia insanorum post Pygmalionem iuvenum, statuas deperemtium, exempla sunt apud *Athenaeum* L. 13. p. 605. seq. Gesn.

Ead. l. 12. *Ἐπιφωνοῦντα τῷ τεμένει* etc.) Vid. *Clem. Alex.* in Protreptico p. m. 17. l. 22. la Croze.

Pag. 263. l. 6. *Καὶ κλειτομένους*) *Καὶ κλειτομένης.* Marcil.

Ead. l. 8. *Ἀστραγάλους Λιβυκῆς δορκὸς*) Inter delicatam supellectilem *δορκαδείους ἀστραγάλους* memorat etiam *Theophrastus* Char. *ἀρεσκείας*, ad quem locum reliqua dedit *Casaubonus* p. 167. Politae duritiei caussa in pretio fuisse videntur. Verti

autem non *caprearn*, quod genus Africae negat *Plinius* 8, 53. s. 88. extr. sed *damam*, de qua idem 8, 52. s. 79. quam δορκάδα Λιβυστίνην vocat *Ael.* H. Anim. 13, 14. Gesn.

Ead. l. 9. Δορκὸς) Vide *Athen.* 194. A. ubi Antiochus Epiphanes ἐδίδου ταῖς μὲν ἀστραγάλους δορκαδείους, ταῖς δὲ φοινικοβαλάνους, ἄλλας δὲ χρυσίον. De his autem multa *Casaubonus*, (ad *Theophr.* Char. pag. 167.) qui talos facit inartificiales. Solan.

Ibid. Ἀπαριθμήσας) Melius forsan ἀπορριθμίσας. Certe parum commoda illa. Solan. Mihi contra commodior videbatur lectio ἀπαριθμήσας, et simplicior simul, quam ἀπορριθμίσας (vel potius ἀποῤῥυθμίσας) quod verbum praeterea vix alio exemplo comprobetur. Est scilicet ἀπαριθμεῖν *numerando projicere*, quod nostrates dicunt *hinzählen*. Lehm.

Ead. l. 10. Ἐπὶ σκοποῦ) Forsan ἐπεσκόπει. Solan. Minime pentium. Longe praestat *Wyttenbachii* conjectura ἐπίσκοπος, quam ille protulit in Bibl. Crit. p. 72. Verum neque hac opus esse arbitror. Nam ἐπὶ σκοποῦ ita fere dictum, ut ἐπ' ἀληθείας, i. e. vere, et respondet oppositae phrasi ἀπὸ σκοποῦ, quam invenias in Icarom. c. 2. Bene *Gesnerus* vertit: *ex sententia*. Nec pejus antiquus interpres in *Bas.* 3. *id quod intendebat*. Lehm.

Ibid. Τὴν θεὸν αὐτὴν) Jactus est, quem ipse describit. Solan. Jactum *Veneris* dictum fuisse jactum felicissimum, ut *canis* deterrimum, nimis notum arbitror. Alioqui lectores allegarem ad *Cangub.* ac *Turneb.* ad *Suet.* Aug. c. 71. ubi ait: *Talis enim jactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat.* Reitz.

Ead. l. 12. Ἐπιθυμίας) Ἐπιθυμίαν potissimum esse *desiderium Veneream, amorem impurum*, hoc *Luciani* aliisque testimonio docet J. *Elsner* ad *Apoc.* XVIII, 14. Reitz.

Ead. l. 14. Καταῤῥώμενος) Verbum deest post τῷ κατάρ. Gouv. Desideravit etiam *Solanus*: quare pro κατηφεῖ legi maluit κατήφει, Imperfectum verbi κατηφέω. non male quidem, si abesset, quae praecedit proxime, particula καί. Verum conjunge modo καταῤῥώμενος καὶ συνεφέπεσε, et in κατηφεῖ συμφορᾷ, *tristi calamitate*, ne nimium offende: et vix nunc laborare videbitur locus. Lehm.

Pag. 264. l. 2. Τὴν πρὶν ἀστοχίαν ἐθεράπευεν) Apparet, τὸ πρὶν cum articulo valere idem, quod Adjectivum *praecedens, prior* etc. idque quidem eleganter ex usu loquendi apud Graecos non infrequenti. Ita nimirum solent hi multis adverbiis cum articulo, velut adjectivis uti, sicut οἱ πάλαι, οἱ νῦν, in quibus ὄντες relinquitur intelligendum. Ad hunc modum infra c. 32.

dicitur ἡ ἔμπαλιν ὁδός, *reditus, regressus, sive via retro ducens.* Sic τὸ ἐκεῖ, *id quod illic est,* in 1. Ver. Hist. c. 25. πολύχαλκα γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία, *loca enim, quae ibi sunt, aeris ferax.* Proprie enim hoc ita intelligendum est; cum, si legeretur, πολύχαλκα γὰρ ἐκεῖ τὰ χωρία, foret, *sunt enim ibi loca aeris feracia,* sensu quidem plane eodem, sed usu τοῦ ἐκεῖ diverso. Sic vitam aeternam in Quom. hist. c. ult. auctor vocaverat τὸν ἀεὶ βίον et 1. Ver. Hist. c. 1. τὸν ἔπειτα κάματον, *laborem insequentem.* Sic ἡ οὐκ ἀπόδοσις, ibidem c. 36. *solutio, quae non fit,* atque adeo quae proprie nulla est. Latini similiter adverbiis quandoque velut adjectivis usi sunt. Sic apud *Lucretium, res ante,* hoc est, *praecedentes,* legas I, 293.

Quae (venti flamina) *veluti validum flumen, cum procubuere*
Quamlibet in partem, trudunt res ante, ruuntque
Impetibus crebris.

Ita *ante mala* apud *Virgilium* sunt *mala praeterita.* Nec soli poëtae ita, verum et alii scriptores. Sic ap. *Livium* V, 20. *Dictator eum jam — videret — urbem opulentissimam capi, tantumque praedae fore, quantum non omnibus in unum collatis ante bellis fuisset* etc. *ante bellis,* hoc est, *bellis ante gestis.* Sic apud eundem frequentissime *circa* pro *circumjacens, vicinus,* ponitur; ut I, 59. *victores omnium circa populorum,* ac similiter passim. Huc adde Graecissantem illam locutionem Latinam, *omnes circa eum,* qua utitur *Suetonius* et in Julio, 27. et in Domitano, 9. Graeci nimirum οἱ περὶ αὐτόν. Quemadmodum quoque apud *Lucianum* modo videbamus τὴν οὐκ ἀπόδοσιν, ita *Lucretio* dicitur *non sensus,* Lib. II. v. 931.

Quod si forte aliquis dicet, dumtaxat oriri
Posse ex non sensu sensus. —

Jens. De adverbiis sic adjective usurpatis etiam diximus supra Apolog. pro Merc. cond. cap. 12. Et pro Lapsu c. 16. Adde hujus Dial. c. 14. f. τοῦ σφόδρα δάμβους c. 33. τῆς παραυτίκα χρείας c. 36. τῆς ἄγαν φιλονεικίας. Sed exempla apud Nostrum aliosque tam sunt frequentia, ut plura addere nihil opus sit. Reitz.

Ead. l. 3. Καὶ πᾶς μάλακοῦ δένδρου φλοιός) Notam ex *Theocrit. Virg. Aristaen.* Bouhd. Cf. Dial. Merett. IV, 2. *Belinus* praeter hunc modo laudatum locum etiam conferri jubet Aristoph. Vesp. v. 97. sq. ibique *Schol.* Leim.

Ead. l. 7. Ἐπενοήθησαν) Sic W. melius, quam ut in reliquis est, ἀπενοήθησαν. Solan. Sic et *Jensius* judicavit in Ferc. liter., ubi hanc Codicis *Witt.* lectionem refert. Nec *Reitzius* recentioresque Editores hoc judicium sequi dedignati sunt. Mihi vero unice vera lectio esse videtur, quam omnes Edd. vett. tuen-

tur, ἀπονοήθησαν, quod festinatio librarii, praecedenti voce decepta, in ἐπενοήθησαν mutavit. Recte vetus interpres: (desideriorum vehementia) *in insaniam* (ἀπόνοιαν) *versa est. Gesnerus:* (contentio) *expetit in amentiam.* Lehm.

Ead. l. 8. Μαστροπὸς) Vertunt *mastrupatrix;* malim *lena.* Guyet. Scribitur et μαστρωπὸς, vid. *Steph.* Reitz. Μαστρωπὸς editum Conviv. c. 32. in *Reitz.* quidem Editione. In aliis vero locis *Luciani* per o constanter scribitur. Vid. Index. Lehm.

Ead. l. 11. Ἔξωθεν) Atqui non vulgo solebant veteres januas suas ita comparare, ut intro, dum aperirentur, intraturo propellere, exituro adducere necesse esset. Quod tamen hic supponitur, cum, pone januam in templo latuisse hunc juvenem, supra dictum sit. Solan.

Ead. l. 18. Ἢ ἄλλος) An ἢ ἄλλα quaesivit *Solanus?* Sed nihil est opus. An supr. c. 5. pr. ἄλλου pro ἀλλ' οὐ legend. disquiram in Addendis. Reitz.

Ead. l. 14. Διηγοῦμαι) Si plures Codd. addicerent, aliquem lectionem marg. *A.* 1. διηγῶμαι subjunctivum exhibentis. Sic supra Pisc. c. 38. τί ποιῶμεν; ut enim τί interrogantis indicativo jungatur, τί deliberantis optat. et subj. potius gaudet, ut ibid. c. 37. τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. De Merc. Cond. pr. τί σοι πρῶτον, ἢ τί ὕστατον καταλέξω; Aor. enim subj. ibi est. Et sic fere, quando interrogatio implicite negat, ut: *cur hoc facerem?* pro *causa nulla est, quare id faciam,* i. e. *non faciam.* Deor. Dial. IV, 4. τί δὲ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; etsi indicativus quoque interdum locum habet in similibus, ut ibid. cap. 5. τί γάρ σε — ὠνήσει τὸ κάλλος; tamen revera ibi est interrogatio, ad quam responsum mox sequitur, adeoque paullo alia res, quam in hoc διηγοῦμαι. De Saltatione vero §. 17. καὶ τί σοι τοὺς Ἕλληνας λέγω; recte, sed rursus paullo aliter, quam hic: ibi enim re vera Graecos jam enarraverat. At non tanti est, ut plura colligam. Nam διηγοῦμαι vitiosum non est. Reitz.

Pag. 265. l. 9. Καὶ νῦν) Haec omnia aut inscite admodum scripta, aut a librariis foede corrupta. Ego in δεῖγμα mendum latere puto. Solan.

Ead. l. 10. Ἐναργὴς) Corrige ἐναργές. Guyet. Scribendum cum antiquioribus, καὶ νῦν δὲ τῆς ὑπὸ σοῦ ζηλουμένης Ἀφροδίτης ἐναργές ἐστι τοῦτο δεῖγμα, non ἐναργὴς, ut vitiarunt posteriores. Vox haec ἐναργὲς hic commode etiam asserenda est *Herodiano,* apud quem lib. I. cap. 11. in digressione de Dea Pessinuntia, ubi cum narratum esset, quemadmodum navis, qua Dea fuerit vecta, in Tiberi amne adhaerescens a sola virgine Vestali (Claudia) soluta pertraheretur Romam, additur, ὁμοῦ δὲ τὸ ἐναργὲς τῆς θεοῦ, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς Παρθένου Ῥωμαῖοι ἐθαύμασαν.

Tun. Faber in epistola novissimae *Herodiani* Ed. praefixa reponit ἐνεργές: at frustra. Quemadmodum apud *Lucianum* ἐναργὲς δεῖγμα est *signum manifestum*, ita apud *Herodianum* τὸ ἐναργὲς τῆς θεοῦ est quasi manifestum Deae Pessinuntiae numen, quae precanti Claudiae annuerit, et sequi rogata, secuta sit. Historia est etiam ex *Livio* et *Suetonio* in Tiberio nota. Sic de Deo Glycone dixerat etiam supra c. 13. Pseudomantis, civitatem accepturam esse ἐναργῆ τὸν θεόν. (Recte contra *Fabrum* adseris τὸ ἐναργὲς τῆς θεοῦ. *Homer.* Il. *T*, 136. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. *Schol.* χαλεποὶ δὲ καὶ δεινοὶ οἱ θεοὶ φανεροὶ φαινόμενοι τοῖς ἀνθρώποις. Sic Od. *K*, 201. ubi *Schol.* ἐναργεῖς, φανεροί. Dii, Deaeve, qui, quaeve signa manifesta dabant suae efficaciae, *praesentes* Latinis appellabantur. Vid. *Spanhem.* de usu et praest. numism. p. 387. etc. *Ortwinius.* Male *Casaub.* ad *Polyb.* I. p. 1, pro ἐναργεστάτην, ἐνεργεστάτην. Jens.

Ead. l. 11. *Δεῖγμα*) Sic Edd. principes cum sequioribus habere; notarat *Solan.* Nescio quare; neque varietatem desidero. Reitz. „Τπὸ μοῦ (ὑπ' ἐμοῦ;) flagitat sententia, mihi non explicanda." Sic novas turbas movet *J. Seagerus*; sed frustra: nam vera sententia flagitat ὑπὸ σοῦ. *Venerem*, admirabatur studiose Charicles, non, qui loquitur, Callicratidas. Verum ζηλοῦν, videtur *Seagerus* alio, nescio quo, sensu accepisse, quem equidem non agnosco. Lehm.

Ead. l. 16. *Ἀφυλαχτουμένων λόγων*) „Nec *Gesnerus*, nec *Budaeus*, intellexerunt vim vocis. Ἀφυλαχτεῖν est *elatrare*, ab ἀπὸ et ὑλακτέω." Recte sic *Seagerus*. Verum occupavit hanc explicationem *Coraïus*, nescio tamen nunc, ubi: *Schneiderus* enim refert in Lexico, Quid, quod jam vetus interpres eodem modo intellexisse vocem videtur, vertens: *effutitis* sermonibus. Qua voce non inepte mutui canum allatratus significantur. Lehm.

Pag. 266. l. 4. *Πέρας οὐδὲν*) In observatt. *Jac. Elsn.* ad *Timoth.* I, 4. ubi haec *Luciani* adducuntur, πέραν editum pro πέρας, in Edit. Traject. p. 287. f. Errore, credo, typographico. Reitz.

Ead. l. 10. Ἄττ') Conf. supra Lexiph. c. 21. et Harmot. c. 80. f. Videbisque, non solis poëtis in usu esse. Verum ἄττα, spiritu leni, habuimus Lexiph. cap. 5. pr. et videbimus infra, Rhet. praec. cap. 16. m. De utriusque usu vide *Budaei* Commentt. p. 512. qui ἄττα pro ἅ τινα interpretatur *quaecunque*, ἄττα vero *nonnulla*, *quaedam*. Reitz. Ἄν post ἄττ' addidimus ex Ms. Reg. 2956. sensu ita postulante. Bip. Sic et W. et edidit sic etiam *Schm.* Verum rectius etiam edidisset ἄττ' ἂν ᾖ, uti monuerunt *Jacobs.* et *Struv.* Ἦ etiam notatum in marg. A. 1. W. quamquam iota non subscripto. Lehm.

Pag. 267. l. 5. *Προποιμπίας*) Ego *προποιμπείας* mallem. Solan. *Περὶ τῆς προποιμπίας — Πλαταιᾶσιν*) Refers fortasse hoc certamen ad Daedala, solenne Plataeensium, de quo *Pausan.* Boeot. p. 547, 38. *κληροῦνται, καθ' ἥντινα τάξιν τὴν πομπὴν ἀνάξουσι κ. τ. λ.* unde forte colligas, contentiones de ordine illius pompae olim fuisse. Gesn.

Ead. l. 13. *Δεξιᾷ τὸ πρόσωπον ἀνατρίψας*) Dixi alibi, hoc saepe repetit *Lucian.* Bourd. *Fabius* II, 3, 156. seq. *Cum judex dicere de caussa jusserit, leniter consurgendum, tum — paullum est commorandum — non protinus est erumpendum, sed danda brevis cogitationi mora. — In hac cunctatione sunt quaedam non indecentes morae*, caput mulcere etc. Gesn.

Pag. 268. l. 9. *Πρωτόῤῥιζον*) Sic *πρωτόσπορον* infra c. 32. Reitz.

Ibid. *Ὧν ἀξιῶ, μάρτυρα ἐπικαλοῦμαι*) *Benedictus* ex aliis: *quas propono.* Pater: *quae sentio.* Gron.

Ead. l. 10. *Τὴν ἱερὰν τῶν ὅλων φύσιν*) Hac de re copiose interpretes *Lucretii.* Bourd.

Pag. 269. l. 2. *Καταβολὰς σπερμάτων*) Ita in *Ep. ad Hebr.* XI, 11. *καὶ αὐτὴ Σάῤῥα δύναμιν εἰς καταβολὴν σπέρματος ἔλαβε*; ad quem l. *L. Bos* haec *Luciani* quoque adfert, ut monuerat in marg. *Graev. Hemst.* Reitz.

Ead. l. 8. *Δοχεῖον*) Quidam Codd. Mss. pro *δοχεῖον*, *ἀγγεῖον* habent, aut utrumque, si Excerptis fides: nempe W. P. et L. Solan. Sic etiam Cod. 2956. utrumque simul; sed recte *Belinus* monet, *ἀγγεῖον* glossema esse genuinae vocis *δοχεῖον*. Lehm.

Ead. l. 10. *Πᾶσαι*) Etiam *πᾶσαι* legi in *Fl.* adscripserat *Solan.* Quid tum? Legitur et in aliis, nec quisquam aliam lectionem desiderabit. Est enim *πᾶσα τιμή*, summus, perfectus, plenus honor, veluti *πᾶσα εἰρήνη* in Catapl. cap. 15. et *πᾶσα ἀνάγκη* centies apud *Nostrum.* Vel idem, quod *πάσας δεήσεις δεῖται μου* ap. *Alciphr.* 2, 3. p. 226. Alibi interpretere *omnis generis*, ut ap. *Herodian.* 22. vers. fin. *πάσαις τε γεραίρει εὐφημίαις.* Quomodo et Latinis frequens esse, si quis nescit, videat *Cic.* pro Leg. Man. c. 5. *omni supplicio excruciatum necavit*, i. e. summo. Et cap. 23. 7. *vir bellorum omnium peritissimus*, i. e. omnis generis, ut ex c. 10. interpretatur *Heuman.* in not. quem etiam conferre licebit ad Orat. p. red. in Sen. c. 10. ubi is edidit, *omne is flagitium se committere putaret*, pro vulgata lect. *dedecus et flagitium*, pluribusque docet, *omne* aliquando significare *summum et perfectum.* Sed quis dubitet de re tam nota? quare aliud obversatum fuisse menti *Solani* arbitror: nec de plurali *τιμαὶ* hoc sensu usitato dubitare potuit; nam et sic *Act. Apost.* XXVIII, 10. *καὶ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς.* Et *Menand.* Fragm. XII, 1.

Βούλου γονεῖς πρὸ παννὸς ἐν τεμαῖς ἔχειν. Quid ergo haeserit, nescio. Reitz. Quodsi cui haec *Reitziana* nondum satisfecerint, conferat is etiam *πᾶσαν χαρὰν* in initio Epist. *Jacobi*, ibique interpretes. Lehm.

Ead. l. 11. *Μίνουσιν*) M. P. et Edd. pleraeque. In *Fl.* et *J. μέλουσιν*, prave. Solan.

Ead. l. 14. *Ζευγνύμενοι*) Vulgatam praetuli, quia de matrimonio legitimo, non de promiscua Venere sermo est. Reitz.

Pag. 270 l. 3. *Ξένας ὁδοὺς*) Sic latini istud obscoenum *viam* et *locum* dixerunt. Bourd.

Ead. l. 5. *Πρῶτος*) Infandi sceleris primum auctorem Lajum Graeci agnoscunt: quam in rem testem *Euripidem* adducit *Aelian.* de Animal. VI, 15. Sed Sacrae literae diu ante Lajum meminerunt, cum Abrahami et Loti tempore jam excidium Sodomae scelus illud attulerit. Solan.

Ead. l. 7. *Εἰς μίαν κοίτην μίᾳ φύσις*) I. e. unius generis sexus. Vid. *L. Bos* ad *Roman.* I, 26. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἡδοῦντο*) Sic, ut edidi, esse in Edd. et M. adnotarat *Solan.* addens tamen, *ᾔδοῦντο* alicubi legi, non adscripto libro. An *ᾖδοντο* voluit? quod ex mutato spiritu et omisso puncto subscripto suspicere. Sed vulgatam esse potiorem, indicant sequentia: non enim *οὐθ' ᾖδοντο*, *non delectabantur*, dixisset, cum statim de voluptate modica addat. Reitz.

Ibid. Κατὰ πετρῶν — ἀγόνων) De hoc prov. Paroem. Bourd.

Ead. l. 11. *Τούτοις*) Prave antea legebatur in omnibus impressis *εἴποις*. Scriptura, quam secutus sum, ex L. est. Solan. *Εἴποις γε μὴν*, inconcinna et absurda lectio. *Aldina* non melius *τουτοις*. Legendum *ἐνίοις γε μὴν*, ut interpretatus sum. Gesn. Maluissem *Gesneri* emendationem recipere, nam vulgatum *εἴποις* intolerabile est: verum quia *τούτοις* ex Cod. est, et vulgato saltem praestat, ac *Solan.* in textu ita mutarat, id edi passus sum, sed in versione nihil mutavi, quia illa ad sensum melior. Reitz. Mirum *Reitzii* consilium, alteram lectionem eligentis, alteram non recusantis. Praetuli et ego *τούτοις*, confirmatum illud Codicis unius et *Aldinae* 2. auctoritate. Nec sensu laborat *τούτοις*. Intelliguntur enim illi ipsi, de quibus modo omnino sermo fuerat; qui naturae institutum nefaria libidine violant. Lehm.

Pag. 271. l. 8. *Εὐπρεποῦς*) *Ἡ μαλακὴ τραχηλοκοπία — μέχρι τῆς σήμερον ἐπιδεικνυμένη εὐπρεποῦς οὐδὲ ῥηθῆναι δυναμένης εὐπρεποῦς οὕτω καταλιποῦσα.* Legendum esse *εὐπρεπῶς*, jam in versione sua videtur deprehendisse interpres, recte vertens: *scelesta* (sive *impura*) *illa mollities in eum morbum, qui neque decore dici potuit, prolapsa est.* Idem

iterum in verbis subsequentibus (*εἰ δὲ ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμὸν ἔταξεν, ἡμᾶς ἕκαστος ἴδρυτο*) recte vidit legendum *ἡμῶν*, vertens: *Quod si in iis, de quibus providentia legem sancivit, unusquisque nostrum esse firmaret.* Jens. *Εὐπρεπῶς*) Optime viderat *Jensius*, ita emendandum, quod omnes impressi habent *εὐπρεποῦς*. Ox. Cod. *ἀπρεπούς*. P. et L. uti edi curavimus, *εὐπρεπῶς*. In M. abscissa vox. Solan.

Ead. l. 10. *Ἐφ' ὧν ἡ πρόνοια θεσμὸν ἔταξεν*) Nihil videbatur blandius, quam pro *ὧν* legere *ὅν*, quae nimis facili inter dictantem scribentemque lapsu permutari potuere: cum *ἡμῶν* in *ἡμᾶς* mutari paullo difficilius fuerit. Phrasis *τάττειν τινὰ ἐπὶ θεσμὸν* ita naturalis est et solennis, ut res difficultatem non habeat: tota structura verborum Graeca, et sexcenties usitata tum Nostro, tum optimis quibusque scriptoribus: nescio, an quis dixerit, *τάσσειν θεσμὸν ἐπί τινος πράγματος κ. τ. λ.* Gesn.

Ibid. Θεσμῶν) Sic, ut conjeceram legendum, habent Codd. Ox. item W. et L. Vocem autem *ἡμᾶς* cave mutassis: recte enim habet. Solan

Ibid. Ἡμᾶς) *Ἡμῶν* tamen in *Junt.* adscripserat *Solanus*, credens *ἕκαστος ἡμῶν* construendum. Sed qui fieri id potest? nam *ἡμᾶς* pertinet ad *ἔταξεν*, ideoque comma post *ἡμᾶς*, quo Edd. carebant, adposui. Meliore iure *Jens. ἡμῶν* legebat, dum *θεσμὸν* retineret: jam vero, cum *θεσμῶν* ex Codd. restitutum sit, *ἡμῶν* non amplius volet. Reitz. Nec voluit amplius *Jensius* in Ferculo liter. p. 158. ubi Codicis W. lectionem praestantiorem enarrat. Lehm.

Pag. 272. l. 1. *Ταῦρος ἀγελάρχης*) *Longus* lib. 4. Bourd.

Ead. l. 6. *Λῆξιν*) *Mansionem* non male reddidit *Bened.* a *λήγω*, *quiesco, permaneo.* Nec enim *cessandi*, *desinendi* notionem solam huic verbo inesse putem; sed et *perseverandi*, ut ap. *Long.* Past. p. 71. *καὶ τῆς τέρψεως ἐς νύκτα ληγούσης*, ubi nexus docet, oblectationem in noctem fuisse *extensam*. Si quis vero a *λήγω* pro *λαγχάνω* derivet, ac *sortem* interpretetur, adeat de utroque significatu disputantes Comment. ad *Callimach.* Hymn. in Jov. v. 80. ubi *λάξιν* editum pro Dorico *λᾶξιν*, *λῆξιν* vero alii libri habent. Conf. not. *Spanh.* p. 84. Reitz.

Ead. l. 12. *Καὶ διώκοντες*) Ox. *ἐστέ*. In M. etiam, quamvis *ἔσται* legatur, tamen supra adscriptum est *ε*. Sed neutrum ego intelligo. Solan. *Διώκοντες*) Sic infra cap. 43. f. *τίς ταῦτα τὰ ἀφαθὰ διώκει;* Et ita *διώκειν*, pro *sectari* res bonas, supra non semel habuimus. Vid. saltem Hermot. c. 77. Reitz.

Pag. 273. l. 1. *Φενακίζονται*) W. recte, in impressis *φαινακίζονται*. Solan.

Ead. l. 2. *Τὸ δ' ἤδη* etc.) *Τυφορὰ* adscriptum in marg.

A. 1. et duobus versibus inferius, *ἀνθυποφορά*. Ad indicandam scilicet figuram Rhetoricam. Reitz.

Ead. l. 4. *Καλοῦσιν αὐτοὺς*) Lege *αὑτούς*. Guyet. *Αὐτοὺς*) Melius sic scribitur, quam, ut in libris est, *ωὐτούς*. Solan.

Ead. l. 10. *Μηδέπω τῶν λογισμῶν ἐν αὐτῷ πρὸς ἃ τραπήσονται κρίσιν ἐχόντων*) Verto potius: *cum ratio ipsius necdum judicare queat, quo se convertere debeat*, quam cum interprete: *cum vis ratiocinandi nondum habeat ad quae judicium convertat*. Nam *τὸ κρίσιν* pertinet ad *ἐχόντων*, non ad *τραπήσονται*: et *ἔχειν κρίσιν* dicitur pro *δύνασθαι κρίνειν*. Infra c. 48. sensu contrario dixit auctor, *τὴν ἤδη λογίζεσθαι δυναμένην ἡλικίαν*: et c. 24. *φρόνησις ὁλόκληρον ἔχει λογισμόν*. Apost. Ep. *ad Hebr.* V, 14. *τὰ αἰσθητήρια ἔχειν γεγυμνασμένα πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ*. L. Bos.

Ead. l. 12. *Εὖθυ*) Eodem redire, scribasne hic *εὐθύς*, an *εὐθύ*, vid. infra c. 42. Reitz.

Ibid. Τὸν καλὸν) *Pelleti* licet scriptura blandiatur prae vulgata, nihil tamen muto: nam *τὸ καλὸν* recte hic quidem se haberet, et vel sic dedisse *Lucianum* credas, si ad praemissum illud *τὸ νέον* respexeris; verum si ad sequentia ex *Homero* prolata prospicias, in quibus de *pulchro homine* agitur, et hic *τὸν καλὸν* servandum judicabis. Reitz.

Ead. l. 14. *Εἰδός τις* etc.) *Hom.* Od. Θ, 169. Solan.

Pag. 274. l. 2. *Λεύσσουσιν*) Sic W. recte, ut apud *Homerum*. In reliquis libris *λεύσουσιν*. Solan.

Ead. l. 4. *Θεὸν*) Servavi hanc scripturam, quam in M. etiam invenio; quamvis apud *Homerum θεῶν* legatur. Solan.

Ead. l. 6. *Οὐκ ἄρα* etc.) *Hom.* Od. P, 454. Solan.

Ead. l. 9. *Τάξιν*) Forsan *λῆξιν*, ut ante c. 22. legendum, adscripserat aliquis; ego vero non credo. Nam sic jam a *λήχω* pro *λαγχάνω* formandum esset, et *sortem* significaret, quod quidem aptum hic foret: sed quia *τάξις* idem fere est, et paullo ante alio sensu usurpavit, non credo, hic *λῆξιν* rursus locum habere. De confusione autem nominum *λῆξις*, *λᾶξις* et *τάξις* ap. *Callim.* vid. interprett. ad Hymn. Jov. v. 80. Reitz. Nec ego video, cur aptissima vox *τάξιν* in *λῆξιν* mutanda sit, quamquam supra c. 22. non male eadem formula *λαγχάνειν λῆξιν* usurpata occurrit; quamquam sic etiam *Lennepio* ad *Phalar.* p. 102. 1. corrigendum est visum. Lehm.

Ead. l. 12. *Ὃν προὔδωκεν*) Refert Phaedrus in dialogo, qui hoc nomine inscriptus est, sermonem Lysiae amatorium, quem refellit Socrates. De alia proditione nihil mihi occurrit. Gesn

Ibid. Ἀλκιβιάδου — ἠρωτηρίαζε) Vide *Corn. Nep.* Alci-

biad. Solan. Marg. *Ald.* 1. remittit ad *Thucyd. η'.* Sed vid. eum VI. c. 53. Reitz.

Ead. l. 14. Ἐξορχοῦνται) De hoc verbo agentem vid. *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. ult. pr. quod jam supra dixi. Mallem tamen hic ἐξορχούμεναι legere, vel, si active hoc sensu usurpare id verbum liceret, ἐξορχοῦσαι. Nam etsi, quod *Gesner.* fecit, ex vulgata sensus aliquis exsculpi queat, facilius tamen res procedet, si participium habeamus. Reitz. Amplector illud ἐξωρχοῦντο, quod pro ἐξορχοῦνται jam interpretando substituendum indicavi, puto, quodque alteri imperfecto ἠρώτηζε respondet. Gesn. Diversorum temporum sese invicem excipientium haud rara sunt exempla. Cf. Timon. c. 50. Diall. Deor. XIX, 1. ibique not. Hermot. c. 81. Herodot. c. 2. Alex. c. 5. et 57. extr. De forma activa ἐξορχεῖν, quam *Reitzius* finxit, cogitare non licuit, quam nihili sit. Ceterum etiam *Jacobsius* ad *Achill. Tat.* p. 710. lectionem ἐξορχοῦνται retineri velle videtur, qui etiam de vi verbi propria ibi exponit. Cf. supra De Salt. c. 15. et Piscat. c. 38. Lehm.

Pag. 275. l. 2. Ἐπιτειχιζομένης) De vi hujus verbi vid. multis agentem *Hemsterh.* ad Nigrin. c. 13. Reitz.

Ibid. Καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος) *Benedictus: et vitae tyrannidem videret.* Immo: *vitae inhiantis tyrannidem*, vel, ut prior, *tota vita ad tyrannidem spectaret.* Gron.

Ead. l. 3. Κατὰ τὸν ἱερὸν Πλάτωνα) *Platonis* locus exstat in Protagora, ipso initio. Solan. Respicit, puto, ad Protagorae principium, ubi interrogat Sodalis Socratem, an veniat ἀπὸ κυνηγεσίου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; et subjicit, καὶ μήν μοι πρώην ἰδόντι καλὸς μὲν ἐφαίνετο ἀνὴρ ἔτι. ἀνὴρ μέντοι καὶ πώγωνος ἤδη ὑποπιμπλάμενος. Sed respondet Socrates, εἶτα τί τοῦτο; οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης ἦ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει. Eodem vero in loco Protagoram Abderitanum, non juvenem, sed provectae maturitatis virum, pulchriorem vocat Alcibiade, ratione interposita, πῶς δ' οὐ μέλλει τὸ σοφώτατον κάλλιον φαίνεσθαι; nempe castus et purus sceleris Socrates captabat juvenes, quos moveri facilius ad virtutem putaret; pulchros, et ea re potentes, ut ad majorem reip. partem perveniret beneficium suum. Alcibiadem virum non reliquit Socrates, sed ab eo relictus est, cum is se consecutum putaret, quod appetiverat in Socrate, persuadendi facultatem. Paederastae Socratici, ut voluptuarii Epicurei. Gesn.

Ead. l. 4. Ἐμπίπλατο) *Solanus* correxerat ἐπίμπλατο, quia in W. sic invenerat. At non sequitur, ut primum unus Codex blanditur, statim vulgatam procul amoliendam. Utrumque enim, tam ἐμπίπλαμαι, quam ἐμπίμπλημι, invenitur apud auctores.

Simplex *πίμπλημι* vel *πίμπλαμαι* *Nostro* quidem frequens, et mox c. 27, rursus occurrit *ἐπίμπλατο*. Compositum quoque *ἐμπίμπλημι* ubique obvium. Sic *ἐμπίμπλαται* editum in *Alciphr.* III, 24. p. 330. Verum et *ὑπερεπίπλατο* sine *μ* in medio, habuimus supra in Quom. Hist. c. 20. Et *Bos* ex *Xenoph.* idem adducit, praeter duo testimonia in Lexicis prolata. Adde *Dionys. Hal.* p. 382. *ἐμπίπλασθε*. Supr. c. 8. *ἐμπιπλάμενος* etiam Edd. quod ibi quoque intactum reliquimus. Ita et in *Homeri* Il. Φ, 311. *ἐμπίπληθι* quoque invenio; verum in Hymnis eidem attributis *In terram matrem omnium*, v. 10. variatur in Edd. inter *ἐμπίμπλαται* et *ἐμπίπλαται*. Quare quid *Lucianus* reliquerit nesciens, vulgatam non rejicio. Si vero ea fuerit *Solani* mens, ut verbum simplex hic aptius crediderit, (nulla habita ratione, scribaturne compositum *ἐμπίπλ.* an *ἐμπίμπλ.*) litem ei non moverim in re tam exigui momenti. Reitz. Rem ipsam non tetigit *Reitzius*, licet facillimam tactu, quum unice rectam et veram lectionem suppedidet Codex *Witt.* *ἐπίμπλατο*, quae transpositis literis in vitiosam formam mutata manifesto est. Scilicet non quaerebatur de verbo simplici vel composito, nec de litera *μ* in medio vel posita, vel omissa; sed quaerebatur de Imperfecti forma, sine augmentone locum habere possit, an requiratur illud. Quorum jam utrum recte statuatur, ne tiro quidem dubitabit. Lehm.

Ead. l. 6. *Ὁλόκληρον*) Sic in I. Ep. *ad Thessal.* cap. V, 23. *καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα — τηρηθείη*. Ad quae verba *J. Elen.* haec *Luciani* aliaque adfert, ut demonstret, id significare *integrum*, sive, quod omnibus suis partibus constat. Sed res est nota. Reitz.

Pag. 276. l. 4. *Διηνεκὴς*) Servavi scripturam Ed. *Salm.* ut veriorem. Ac deinde cognovi, eandem firmari Codd. M. et Ox. Reitz.

Ead. l. 7. *Ἥδιστα τὰ παρόντα*) In marg. *A.* 1. adjectum: *Eurip.* in Phoeniss. In *Junt.* additus versus, scil. 532. Reitz.

Ead. l. 11. *Ἔχει*) *Eurip.* Phoeniss. 532.

Ὦ τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρᾳ κακά,
Ἐτεόκλεες, πρόσεστιν· ἀλλ' ἡ μωρία
Ἔχει τι (alii *δεῖξαι*, St.) *λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.*

Unde *Ovidius* Met. VI.

— Non omnia grandior aetas
Quae fugiamus habet: sera venit usus ab annis.

Solan.

Pag. 277. l. 2. *Ἡμῖν*) Lege *ὑμῖν*. Guyet. *Τμῖν* W. *B.* 2. *Ir.* et *Par.* recte. In reliquis *ἡμῖν*. Solan.

Ead. l. 5. *Ταινθοις*) *Anacreon* etiam habet p. m. 66. B. *στεφανίσκους ἁνθέων*. Vid. *Homer.* Od. Z, 231. et Ψ, 158. 167.

unde petita phrasis est. Adde *Philostratum* 98. unde liquet, *nigrum* colorem designari. Solan.

Ead. l. 9. Ἠλέκτρου) *Electrum* de auro purissimo exponit *Spanhem.* ad *Callim.* pag. 684. et Sophocl. Antig. v. 1049. testem adducit. Reitz.

Ibid. Σιδωνίας ὑέλου) Vitrum Sidonium. *Strabo.* Guyet. (i. e. L. XVI. p. 1099. al. 758.) Reitz.

Ead. l. 11. Τοῖς διατιθεῖσιν) Ita legendum necessario, etsi forte contra omnes libros: activum enim opponitur passivo, ut scholastice dicamus. Ita mox ὁ διαθείς et ὁ ὑβριζόμενος e regione quasi ponuntur. Gesn. *Διατιθεῖσιν* monitu *Gesneri* edi curavi, etsi διατεθεῖσι sine varietate adnotata inveni in Edd. antiqq. Reitz.

Pag. 278. l. 4. "Οθεν εὑρέθη τράπεζα κοινὴ, καὶ φιλίας μεσίτιν τράπεζαν παρεθέμενοι) Non est credibile, vocabulum τράπεζα in tam paucis verbis bis positum esse a *Luciano*. In Ms. recte scribitur, καὶ φιλίας μεσίτιν ἑστίαν π. Communis focus est uxori et marito. Hinc *pro aris et focis dimicare*. Inferius in hoc libello, de feris solivagis, quia ratione carent, quasi essent praeditae, ἐξ ἴσου δὲ ἡμῖν ἱερὰ δειμάμενοι, καὶ μίαν ἑστίαν τῶν ἰδίων ἕκαστος οἰκῶν, ὑπὸ τοῖς κοινοῖς ἐπολιτεύοντο νόμοις· *sed ex aequo nobiscum templis aedificatis, et inhabitatis quisque suis laribus, communibus regerentur legibus.* Non longe post, ἀπὸ τῆς πατρίας ἑστίας ἐξέρχεται, *ex patria domo prodit.* Graev.

Ibid. Μεσίτιν τραπ.) *Plut.* 274. f. φιλίων θεῶν βωμὸς καὶ ξενίων. Solan. Retineo τράπεζαν hic, quae παραπλήσιον potest. Focus domesticus immotus, puto, est; quamquam non ignoro *foculum, quo fovemur epulae.* Gesn.

Ead. l. 6. Θάσιον) Vid. *Aristoph.* Plut. 1021. "Οζειν τε τῆς χόας ἔφασκεν ἡδύ μου. ΧΡ. Εἰ Θάσιον ἐπῆγες — ad quae vid. interpretes. Addam tantum Scholiastae verba: Ἐπεὶ ἐν Θάσῳ ὤφλε. Σπάφυλος, ὁ ἐρώμενος Διονύσου. διαφέρει γὰρ ὁ Θάσιος οἶνος etc. Reitz.

Ead. l. 10. Γυναικεῖοι) Adsentior *Vorstio γυναικίαι* legenti: nam ut ipsi non ignotum fuit, Atticis adjectiva composita ac derivata in ος communi genere usurpari, ita me non fugit etiam, *Nostrum* adjectiva ab substantivis derivata plerumque terminatione feminina efferre, maxime hoc, de quo quaerimus, ut mox c. 27. Philopatr. c. 3. etc. *Herodian.* etiam VI. 5, 19. γυναικεία δειλία. Aliique passim. Nihil interim immuto, quia analoga exempla adferre possim haud pauca eorum, quae modo communia sunt, modo terminationem femininam adsciscunt. Ita Πυθαγόρειον φιλοσοφίαν et *Athen.* I. adtulit *Graev.* ad de Salt. §. 70. Adde hic c. 30. f. Sic *Herodian.* 2, 7, 3. ὀρέξαι χεῖρα σω-

τήριον, quod quidem ibi fieri dicas, ne confundatur cum substant. σωτηρίαν, verum et ιος femin. idem *Herod.* 2, 3, 3. ἀλφιτίδιον μεταβολήν' (mitto αἰώνιον ζωὴν, Evang. *Luc.* XVIII, 18. et similia perpetuo communia.) Ad nostram disquisitionem aptius, quod *Thucyd.* adject. ἀναγκαῖος etiam communi genere utatur, quod alibi femin. terminationem agnoscit. Vid. eum L. I. c. 2. τῆς δὲ καθ' ἡμέραν ἀναγκαίου τροφῆς. *Dionys. Hal.* Περὶ Συνθ. Ὀνόμ. p. 25, 1. eadem verba repetit. Idem VII. p. 450. Ed. *Lips.* vers. fin. τῆς ἀναγκαίου σπανίζεται τροφῆς. Et sic rursus vers. ult. ejusd. pag. ac fere perpetuo alibi: feminini vero ἀναγκαία exempla ap. *Herodian.* et in N. Foed. sunt obvia. Quin et comparativo gradu ἐπιμηκέστερον ἀρχὴν inveni ap. *Herodian.* I. p. 2. quod *Stephano* tamen suspectum. Sed cum nostro γυναικεῖοι σύνοδοι etiam convenit *Suidae* illud, Θουκυδίδειος γραφὴ, quod habet v. ΘΟΥΚ. Nec non *Eurip.* Hecub. v. 591. — ἀγγελθεῖσά μοι Γενναῖος. Quem laudat *Bergl.* ad *Alciphr.* III. Ep. 23. p. 328. In quo ἀμοιβὴ δίκαιος legitur, quod tamen doctiss. Editori suspectum. Sed et vicissim quaedam novi feminina terminatione prolata, quae alias fere ubique sunt communia, ut composita cum α privativo. *Hom.* Il. *A*, 98. ἀπριάτην. Quod interpretes frustra pro adv. habere credo, quia et sic alia adjective effert, ut Il. *H*, ἀμφιλύκη νύξ. Et *B*, 389. *A*, 489. *K*, 404. Ἀθανάτη μήτηρ. Ne credas ὁ καὶ ἡ ἀθάνατος perpetuum. Reitz.

Pag. 979. l. 1. *Του*) Enclitice vel potius ἀτόνως positum pro τινός, vid. supra, ad *Lucian.* Prom. §. 7. *Gesn.* ad Quom. c. 51. Me ad Tyran. c. 11. Adde *Herodian.* 2, 3, 12. Reitz.

Ead. l. 3. *Οὐκ ἂν ἐπὶ παίδων*) Potest ita dedisse auctor: ita etiam interpretati sumus. Sed videtur tamen magis digna *Luciano*, vel quisquis auctor est, junctura, si legamus pro οὐκ, ὡς, *nemo ita insaniat, ut, in pueris ita se rem habere, dicat.* Gesn.

Ead. l. 13. *Πρὸς ἀλλήλους*) Si δὲ deleatur, satis commode omnia habebunt. Solan. Non delendum δὲ, quod, ut h. l. sic alias quoque, in apodosi occurrit cum aliqua vi dictum. Alex. c. 46. *Εἰ δέ τινι — τῷ δὲ ἀνεῖπεν*, ubi vid. Adnot. cf. Demon. c. 15. *Εἰ μὲν* autem, quod *Jacobsius* in ἢ μὲν mutari voluit, non videtur mutandum esse, quum respondeat sequenti εἰ δέ. Subjecti autem, i. e. *mulieris*, significatio, non, puto, desideratur ei, qui antecedentia attento animo legerit. Lehm.

Ead. l. 14. *Ἀποτειχισώμεθα*) I. e. *intacti simus.* Guyet. *Gesnerus* vertit: *a nobis invicem, quasi interjecto pariete, abstineamus.* Sed non hoc velle puto *Lucianum;* sed sibi sumere Chariclem τὴν κατὰ φύσιν χρῆσιν τῆς γυναικὸς, Callicratidae autem relinquere τὴν παρὰ φύσιν. Reitz. Nolui ego rem, quippe

non admodum honesti lucri, disceptare. *Reitzius* tamen verum vidisse videtur. Lehm.

Pag. 280. l. 1. *Χρόνε*) *J. J. Wetstenius* suspicatur, pro *χρόνε* legend. *Κρόνε*. — *Redeunt Saturnia regna*, *Virgil.* Ecl. IV, 6. Ut *νέος Διόνυσος*. Reitz. Hic ego non magis *χρόνε* in Saturni nomen mutari velim, quam supra c. 12. *γέροντος χρόνου πολιά*· quamquam *Belinus* incognita caussa ita est interpretatus, ac si *Wetsteniana* ratio ultra omnem dubitationem vera esset. Lehm.

Ead. l. 5. *Τέχνασμα*) Aliter interpungit J. comma non post *τέχνασμα*, sed post *ἀσπόρων* ponens, quod tamen *Solani* manu additum est. *Fl.* vero nullum habet comma in tota hac periodo ab *ἀσελγῶν* usque ad *ἀνήρ*. Nostra autem divisio est in *Par.* et *H.* Plures Edd. in re tam sordida perscrutari nolo. Reitz.

Ead. l. 9. *Φιλαινίς*) Leucadia, *Athen.* V. (p. 220. F.) quam purgare tentat VIII, 336. Meminere etiam impurissimae feminae *Clem. Alexand. Προτρ.* 24. B. C. et *Tatian.* p. 122. et quis non? Vid. *Suid.* v. *Δημοχάρης*. *Ἀστυάνασσα Βοστροστάγη ἔρνη*. *Diog. Laërt.* in Epic. (non invenio) et Nostrum Pseudolog. c. 24. *Lil. Gyrald.* H. Poët. 378. Solan. Adde nunc etiam *Welckerum* über d. Sappho p. 105. Lehm.

Ead. l. 14. *Καθαρσίῳ*) Ita Edd. ferme omnes, et M. et P. In *Fl.* vero et J. *καθαρσίων*. Supra aliter usurpaverat, *καὶ καθαρσίων τάχα δεήσει*. Vide etiam Pseudol. c. 21. Solan.

Pag. 281. l. 1. *Ἔφη*) *Γρ. ἔφην*. Guyet. *Ἔφην* M. optime. In impr. *ἔφη*, quamvis recte verterit interpres. Solan.

Ead. l. 7. *Περικλέους δὲ πειθῶ*) In plerisque impressis et W. legebatur *Περικλεῖ δὲ πείθου*) L. et *Salm. Περικλέους δὲ πειθῶ*· quam sequitur *Amst.* Ed. *J.* autem et *V.* 2. *Περικλείου δὲ πειθῶ*. Solan. *Περίκλειον δὲ πειθὼ* legendum ex *Ald.* a qua discessum ab iis puto, quos offenderet, immerito quidem, adjectivum *Περίκλειος*, idque communi genere usurpatum. Malim etium legere *Περίκλειόν τε πειθώ*, quod juncturae videbatur aptius: et paullo post, prò *ἑνὶ τῷ αὖ λόγῳ διατρίψαι*, *ἐν ἑνὶ κ. τ. λ.* Repetitio literarum earundem *εν* omissioni occasionem dedisse potest. Gesn. *Περικλέους δὲ πειθῶ*) Quia ex Codice bonae notae est, et versioni *Gesneri* congruum, hoc recepi. Licet is enim *Περίκλειον* praeferat, nihil differt sensus; et quod genere communi accipi id adjectivum dicit, defendi posset ex hujus Dissert. c. 27. ubi *γυναικεῖοι σύνοδοι* habuimus, quod ibi pluribus probavi dici posse, etsi in *Luciano* ubi non probem. Verum ipse male positus Editionum *J.* et *V.* 2. accentus, quae *Περικλείου* praeferunt, suspicionem praebet, ultimam longam fuisse in eo Cod. unde haec descripta. Reitz.

Pag. 282. l. 6. *Τελέσιλλα*). Consule *Meursium* Gr. fer. in

ὑβριστικὸ, et *Plut.* 437. *Lacp.* 58. *Lil. Cyrald.* H. Poët. 374. Solan. Non jam opus est aliud hic indicare, quam Telesillam eandem esse poëtriam, de qua omnia jam studio *Jo. Christiani Wolfii* in unum collecta et *Vandenhoeckianis* typis elegantissime edita sunt in Poëtriarum octo fragm. pag. 62. seqq. Gesn.

Ead. l. 7. *Οὐχὶ τὸ μελιχρὸν αὔχημα*) Optime Ms. *οὐχὶ τὸ μελοποιὸν αὔχημα Λεσβίων Σαπφοῦ, non illud Lesbiorum decus, carminibus inclytum.* Editi *μελιχρὸν αὔχημα*, quod vertunt *mellita illa, qua se jactat Lesbus, Sappho.* Graev. *Μελίχρουν αὔχημα*) Hanc puto veram lectionem. *Μελιχρὸν mellitum, dulcem* significat, quo illam nomine an hic honorare voluerit hostis totius generis Callicratidas, dubito. *Μελοποιὸν* (cui Scholia corruptissima ita suffragantur, ut tamen, aliam fuisse in antiquo libro lectionem, indicent) non puto aliquid ad rem facere. Scilicet in colorem Sapphus jocatur fuscum sive nigrum, cujus *ὑποκόρισμα* est *τὸ μελίχρουν*. Vid. laudatus modo *Wolf.* ad Sapph. p. 235. Gesn. At *μελοποιὸν* hoc *Luciani* citans dedit *Wolf.* in Fragm. Sapph. p. 120. i. e. *versificem.* Nec ego id improbaverim, si plures Codd. addicerent. Verum cum vulgata etiam reperiatur in plurimis Codd. et *μελίχρουν*, quod *Gesnerus* inde facit, sensum fundat non incommodum, a corrigendo textu manum abstineo. Reitz. *Τὸ μελιχρὸν αὔχημα, mellitum decus*, cum faceta quadam ironia dictum, non videtur mihi tentandum esse: quamquam *Gesnerianae* conjecturae elegantiam lubens agnosco, nec nego *μελιχρὸν* et *μελίχρουν*, ut passim alibi, facile inter se permutari potuisse. Leun.

Ead. l. 9. *Θεανὼ*) Vide *Menagium*, et *Nostrum* Imagg. cap. 18. *Anonym.* de Vita Pythag. No. 2, *ἡ Θεανὼ δὲ λέγεται οὐ μαθήτρια μόνον, ἀλλὰ καὶ μία τῶν θυγατέρων αὐτοῦ εἶναι, Porphyr.* No. 19. et *Rittersh.* not. Solan.

Ibid. *Περικλῆς — Ἀσπασίᾳ συνηγόρησεν*) *Plut.* Pericle p. 308. *H. Steph.* *Ἀσπασίαν* (accusatam impietatis) *ἐξηνήσατο πολλὰ πάνυ παρὰ τὴν δίκην, ὡς Αἰσχίνης φησίν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα, καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν.* Gesn.

Ibid. *Ἀσπασίᾳ*) Idem *Lucianus* in Gallo testatur, Pythagoram Aspasiam Periclis Atheniensium scortum aliquando fuisse. Cogn.

Pag. 283. l. 3. *Σαπρανικῶν — πλατάνιστον*) Conf. infra de Dom. c. 4. Reitz. *Πλάτανον ὑψηλοτάτην* vocat *Plato* Phaedri exordio p. 337. F. Ex memoria laudari locum, vel affingi aliquid de industria, apparet etiam inde, qui apud *Platonem* non ad platanum reclinat se Phaedrus, sed ita potius Socrates p. 388.

B. *πάντων δὲ κομψότατον τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἠρέμα προσάντει ἱκανῆ πέφυκε κατακλινέντι τὴν κεφαλὴν παγκάλως ἔχειν.* Gesn.

Ead. l. 6. Ἱερὸς) *Platonem* hisce designat. Solan.

Ead. l. 7. Ἐν Δωδώνῃ φηγὸς) Vide proverbium *Dodonaeum*, et *Cael. Rhodigin.* L. 29. c. 15. *Sophoclem* in Trachiniis, de geminis columbis. Cogn.

Ead. l. 11. Ἡ γὰρ πολλὰ) *Homer.* Il. *A*, 156. Solan.

Pag. 284. l. 2. Φίλιας εὐγνώμων ἱεροφάντα) Ordo, παράστηθι ὦ εὐγνώμων ἱεροφάντα μυστηρίων φιλίας. Guyet.

Ead. l. 5. Σὺ γὰρ ἐξ ἀφανοῦς) Vide *Aristoph.* Avib. v. 700. et seqq. Kuster.

Ead. l. 9. Σιδήρειαι etc.) *Homer.* Il. Θ, 15. Solan.

Ead. l. 10. Δεθὲν) Ἐκεῖνο (Χάος) μὲν ἐς ἰσχάτου ταρτάρου μυχοὺς ἐφυγάδευσας, ἔνθα ὡς ἀληθῶς σιδήρειαί τε πύλαι, καὶ χάλκεος οὐδὸς, ὅπως ὑπ' ἀῤῥήκτου δοθὲν φρουρᾶς, τῆς ἔμπαλιν ὁδοῦ εἴργηται. *Is*, qui encomium *παιδεραστίας* est dicturus, invocat Cupidinem, quem ait primum omnium creatum fuisse: ejus opera exstitisse rerum formas, et informe Chaos in ima Tartari esse proturbatum, ubi portae sint ferreae, limen aheneum; ut ibi aeterna et non dissolvenda custodia vinctum, reditu ad superos prohibeatur. Vel puer videat, (immo ipse puer ante aliquot annos videram et notaveram) legendum esse *δεθὲν*, non *δοθέν*. Nec aliter, ac conjeceram, postea vidi contineri in Ed. *Flor.* Sicuti hic ergo *δεθεὶς ὑπ' ἀῤῥήκτου φρουρᾶς*, ita *ὑπὸ κλοιῷ δεθεὶς* in Apolog. pro Merc. Cond. c. 1. et infra in Toxar. c. 32. Caeterum de Cupidinis antiquitate *Noster* iterum in De Saltatione, ubi, saltationem simul et Cupidinem cum ipsis rerum primordiis exstitisse memorat cap. 7. Ἅμα τῇ πρώτῃ γενέσει τῶν ὅλων φαῖεν ἄν σοι καὶ ὄρχησιν ἀναφῦναι, τῷ ἀρχαίῳ ἐκείνῳ Ἔρωτι συναναφανεῖσαν. *Simul cum prima universi generatione diceret tibi, et saltationem ortam esse, una cum antiquo illo Cupidine editam.* Itidem in Deor. dialogo II. ubi ad Cupidinem Jupiter, σὺ παιδίον, ὦ Ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ τοῦ Ἰαπετοῦ; Huc faciunt verba *Platonis* in Symposio: Ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν, τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν. ἀλλὰ φημὶ νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν, καὶ ἀεὶ νέον. *Ego vero multa alia Phaedro adsentiens, id minime adsentior, quod Cupido sit Saturno et Japeto antiquior. Verum ajo illum Deorum esse natu minimum, semperque juvenem.* Statim post Chaos, post Terram, et Tartara exstitisse Cupidinem, in Theogonia ait *Hesiodus.* De antiquitate Cupidinis vide etiam *Orphea* in Argon. 422. Jens. *Δεθὲν* recte in W. *Fl.* et *Par.* corrupte autem in reliquis *δοθέν*. Solan.

Pag. 285. l. 3. Παραυτίκα) Sic recte Ed. *J.* et *V.* 2. nisi

quod divisim scribant. Aliter M. *Fl. Fr. B.* 2. *S.* nempe *παρ' αὐτά.* Solan. *Παροντίνα*) Nemo mirabitur, hanc lectionem a me receptam esse, licet omnes fere Edd. et Codd. repugnent. Nam inspicienti patebit, eam se sua venustate commendare, nec opus erit amplius adverbii hanc structuram usumque exemplis firmare; modo videas, quae indicamus ad cap. 16. hujus *Προσλαλιᾶς.* Reitz.

Ead. l. 6. *Ἀγαπητῶς*) *Alciphr.* I. Ep. 13. *Πόθεν γάρ ποτε εἰς ἁλιέα δύστηνον ἀγαπητῶς τὴν ἀναγκαίαν ἐκπορίζοντα διατροφὴν ἔρως ἐνέσκηψε;* quod *Bergl.* vertit: *Enimvero unde in piscatorem miserum, qui* vix *necessarium victum acquirit, amor impetum fecit?* aliaque tria testimonia adducit, quibus probat, *ἀγαπητῶς* esse *vix, aegre.* Ap. *Herodian.* vero VI, 2, 10. *μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον — ἀγαπητῶς· δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ αὑτοῦ, debere unumquemque suis rebus contentum esse.* Et VII, 8, 9. *νῦν ἡσυχάζουσιν, ἀγαπητῶς ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν.* Sed cum *Steph.* alia proferat, ubi *grate, amabiliter* significet, rogaveris, anne contraria significatio sic insit huic adverbio? Verum si propriam ejus vim attendas, videbis, esse id, quod praesens rerum status exigit, quo quis contentus est, adeoque ad animum hominis ubi referas, suum statum amantis, i. e. contenti, manere sensum atque originem *τοῦ ἀγαπᾶν*, ut apud nos, *voor lief nemen.* Quod ipsum tamen, cum de re mediocri ac tenui dici amet, facile patet, cur id etiam *vix, aegre* interdum vertere liceat. Et sic sane vertendus alter *Alciphronis* locus III, 25. p. 332. *Ἐγὼ δὲ οἰκουρῶ μόνη, μετὰ Σισύρας ἀγαπητῶς τὰ παιδία βουκολοῦσα — sola ego eum Syra liberos* aegre *alens.* Et quamvis locutionis ratio non appareret, satis est usum sic jubere. Reitz.

Ead. l. 9. *Ἐπιγιγνομένων*) Supple *ἀνθρώπων.* Guyet.

Ead. l. 12. *Ἐντελεστέρων*) Non sine ratione Florentinam hic contulit *Solanus:* nam videtur suspicatus aliquam ceterarum *εὐτελεστέρων* habere. Et interpres Parisinae sic videtur legisse, qui *vulgaribus et inferioribus* vertit, cum *Benedictus* contra *absolutissimis;* et sic debebat, qui *ἐντελ.* legit, quod nec ego in *εὐτελ.* mutaverim. De iis enim artibus loquitur, quae jam summum perfectionis gradum attigerint, olim autem rudes et imperfectae erant. Reitz. Ita et mihi videtur. Mox in *Gesneriana* vocis *αὐτίκα* versione offendit *J. Seagerus;* maluit autem *exempli gratia, ac primo quidem;* provocans, quo non opus erat ad stabiliendam notissimam vocis significationem, ad *Aristoph.* Thesmoph. v. 151. et Avv. v. 574. Verum neque haec significatio in hunc locum cadit, et unice contra *Gesneri* interpretatio cum toto loco

convenit. Non minus vero hanc vocis potestatem certam esse, quam illam, vel e *Schneideri* Lexico videre licet. LEHM.

Pag. 286. l. 2. Ἢ) πόα scilicet. SOLAN.

Ead. l. 3. Ἐῤῥίφη) Ἐῤῥίφθη *Solan.* correxerat ex L. addideratque conferendum Dial. Mort. X. §. 2. Sed hoc parum ad rem: nam illic ἀπεῤῥίφθων legas, quod est praeterit. imperativi, unde non consequitur, hic aoristo secundo pro primo uti non licere. Nisi forsan hoc tempus fefellerit ipsum, credentem ex analogia aor. 2. ἐῤῥίπην habere. At cum ῥίπτω sit a ῥίφω formatum, facit ἐῤῥίφην, in particip. ῥιφείς. Quare, quod probum est, non sollicitemus. REITZ. Probam autem esse formam ῥιφῆναι, nunc constat. Vide de his Aoristorum secundorum formis *Matthiae* Gr. Gr. §. 188. not. 3.) Exemplum supra adfuit ἐῤῥίφη De Sacriff. c. 6. et forsitan etiam Char. c. 5. συγκαταῤῥιφέντες vera est lectio, quam exhibent duo Codd. Parr. pro — φθέντες. LEHM.

Ead. l. 6. Εὐθὺ τοῦ βίου) Habuimus saepe supra, ut εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, in Herod. s. Aet. c. 1. Et Hermot. c. 23. χωρεῖν εὐθὺ τῆς πόλεως· c. 46. ἄγει εὐθὺ τῆς εὐδαιμονίας. REITZ.

Ead. l. 8. Πάλαι ῥιζῶν) Legitur, σκέπης δεηθέντες ἄνθρωποι, νάκη, θηρία δείραντες, ἠμφιέσαντο, καὶ σπήλυγγας ὀρῶν κρύους καταδύσεις ἐπενόησαν, ἢ πάλαι ῥιζῶν, ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα. Dudum vitii suspectus mihi fuit hic locus in posteriore parte: merito autem videbar mihi suspicari, pro πάλαι scriptum fuisse aliquid, quod radicibus possit detrahi, et utcunque pro tegumento adhiberi. Neque vero πάλαι hic commode potest esse *olim*, ut intellexit interpres, reddens: *homines tegumento indigentes, vellera, feris excoriatis, induerunt; et speluncas montium, quas contra frigus subirent, excogitarunt: aut olim radices, plantarumque siccas cavitates.* Vir quidam in his literis insignis suggerebat mihi, πάλαι ῥιζῶν posse verti *antiquarum radicum;* sed desiderabam articulum, qui vulgo voculae πάλαι soleat apponi, ut οἱ πάλαι. Haereo, lector, haereo. JENS. Παλαιῶν ῥιζῶν) Recta omnino haec scriptura, quam *J.* et *V.* 2. debemus: in reliquis enim foedissimo consensu πάλαι legitur. Nec in tot editoribus repertus, qui medicinam faceret, aut saltem tentaret. In W. etiam πάλαι. Sed ibidem videtur fuisse prius ῥοιζῶν. SOLAN. Ἢ πάλαι ῥιζῶν) Suspicor legendum ἢ πάλιν, ut disjunctioni modo serviat. Non semper *iterationem* aut *reciprocum* quiddam significari hac particula, sed connexioni s. disjunctioni potius servire apparet, v. g. ex Themistoclis ad Artaxerxen epistola apud *Thucyd.* I, 137. ἐπειδὴ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ μὲν ἐμοὶ, ἐκείνῳ δὲ ἐν ἐπικινδύνῳ πάλιν ἡ ἀποκομιδὴ ἐγίγνετο. Sic Latini *contra* adhibent ac *rursus*. Sic *Noster* paullo post c. 35. extr.

ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ — ἃ δὲ αὖθις — ὁ βίος ἐξεῦρεν. Gesn. Παλαιῶν) Etsi scio, αἱ πάλαι ῥίζαι aeque Graecum esse atque παλαιαὶ, tamen obsecundavi *Solano*, quia sensus adverbii foret alius, et hic ineptus: nam *οἱ πάλαι* sunt quidem *antiqui*, sed ii, qui non amplius sunt. Jam non intelligendae radicles, quae olim fuere, nunc non sunt amplius; sed *inveteratae* et *robustae*. Quod in marg. *A. Wese.* est παλαιὰ, natum esse potest ex Cod. qui παλαιαὶ habuit, aut dare voluit, Graecismo satis quidem usitato, hic vero non conveniente, propter sequens αὖα κοιλώματα. Reitz Παλαιὰς ῥίζας, *antiquas, inveteratas, robustas radices*, nescio, an aliquis asservandas ad victum putaverit. Nondum igitur poenitet me conjecturae. *Πάλιν* et *πάλαι* tenui discrimine distant. Gesn. *in Addend.* Verterat *Gesnerus: aut rursus radicum plantarumque asservandarum siccas cavernas.* Quem errorem vetus Interpres Latinus genuisse videtur, qui et ipse *rursus* vertit, quasi legeretur *πάλιν*. Errorem dico: nam de *victu* per totum hunc locum sermo non est; sed de variis vel tegumentorum, vel tectorum, generibus. Jam de antiquissima vestiendi ratione agebatur verbis superioribus: *Τί δ'; οὐκ ἐν ἀρχῇ — ἠμφιέσαντο;* Nunc de tectis, quo a frigore se defenderent homines primi, (κρύους καταδύσεσι) mentio injicitur; et recensentur varia ejus generis habitacula, primum speluncae montanae, deinde ῥιζῶν παλαιῶν ἢ φυτῶν αὖα κοιλώματα, i. e. *vetustarum radicum vel herbarum siccae cavernae. Vetustae* scilicet dicuntur, unde apparet major earum ambitus et habitandi commoditas. Sic patet, credo, παλαιῶν recte legi, nec ulla opus esse emendatione. *Πάλαι* autem ferri non facile posse, *Jensius* satis evidenter docuit. Lehm.

Ead. l. 14. *Τέρεμνα*] De hac voce, maxime vero de ejus orthographia, exposuit vir doctus in Observv. Miscc. Vol. VI. p. 595. Lehm.

Pag. 287. l. 5. Ὡς ἀπὸ μικρᾶς λύσεως) *Benedictus: tanquam a parvo occasu.* Legit ergo δύσεως, quae nullum hic sensum habet. Alii *a parvo fomite*, nimis translate; nec opus tam alta figura, cum apte possimus ac debeamus *velut exiguam nactae solutionem* vel laxamentum. Gron. *Aldina* lectio et ipsa post longas hujus loci tenebras, ὡς ἀπὸ μακρᾶς δύσεως, revocanda merito. Miror, qui δύσεως vidit, eum μακρᾶς potuisse fugere. Convenit cum praecedentibus, ubi ἄφωνος, et βαθεῖαν ἐπιτεθειμένη λήθην unaquaeque artium vocatur, cum respectu forte ad illas aeternas rerum revolutiones et ἀποκαταστάσεις Stoicas et Heracliteas, Pythagoricasque adeo: vel certe ad Platonicum illud Socraticumque dogma, quo discere est reminisci. Gesn. Ἀπὸ μικρᾶς λύσεως erat in omn. Edd. excepta *Ald.* 2. quam *Gesn.* in-

dicat. In *Ald.* 1. autem aeque est λύσεως atque in ceteris. Sed cum et *Pelleti* Cod. accedat lectioni ab *Gesn.* et *Solan.* revocatae, vulgatam rejeci. Reitz. Petita manifesto imago a solis occasu, δύσει, et ortu, ἀνατολῇ. Unde et ἀκτῖνες dicuntur varii artis cujuslibet excolendae modi; quam venuste, vel eleganter, aliorum esto judicium. Longius multo repetita philosophica illa dogmata, de quibus cogitavit *Gesnerus*. Hoc autem certum, ἀπὸ μακρᾶς δύσεως secundum *Ald.* 2. unice recte cum *Gesnero* legi. Lehm.

Ibid. Λύσεως) Ego δύσεως ab auctore hujus libelli scriptum fuisse existimo. Solan. Λύσεως. *Guyet.* Sic diserte in nott. Mss. *Guyeti* legebatur: non dubito tamen, quin describentis sit vitium; nam δύσεως auctor voluit. Reitz.

Ead. l. 12. Ἐπιθυμίαι) An glossema est τοῦ ποικίλαι σοφίαι; Placet. Guyet. Καὶ non legerat *Guyetus* in sua Ed. ideoque pro glossemate habuit appositionem τοῦ ἐπιθυμίας· jam vero apparet, non esse plane idem, quod post σοφίαι sequitur. Reitz.

Pag. 288. l. 1. Γυναικεῖαι σύνοδοι) At supra c. 27. γυναικεῖοι σύνοδοι Edd. quod ex hoc loco corrigendum tamen servavimus, ut habeant et alii, in quo se exerceant. Vide, quae ibi notavi. Reitz.

Ead. l. 4. Νομίζομεν) Frater junior *Carolus* malit νομίζομεν· cui adsentior. Reitz. Licet vere sic exhibeat B. 3. non tamen assentior his *Reitziis*, a quibus, opinor, et illud *putemus* profectum, quod in versione Latina reperiebatur. Indicative largitur Callicratidas adversario, ἀναγκαῖα esse illa ἐπιτηδεύματα. Quidni vero id non potuisset? In B. 3. nil esse videtur, nisi error typographicus. Lehm.

Ead. l. 5. Ἐμοὶ — γελᾷν — ἐπῄει) Vid. de hac phrasi agentem *Hemsterh.* ad Prometh. §. 2. Reitz.

Ead. l. 7. Σκυθῶν ἐρημίαν) Ad quae Chariclis verba respiciat, incertum est. Sed sic invidiose solent oratores aut detorquere adversarii verba, aut etiam fingere. Solan. Consequebatur certe haec Σκυθῶν ἐρημία ex iis, quae Charicles c. 22. de feris animalibus disputaverat. Nec credo injuriam homini ab adversario factam esse, qui sententiam, non solum verba, disputantis spectaverit. Lehm.

Ibid. Τῆς ἄγαν φιλονεικίας) Similia hujus locutionis exempla vid. supra ad c. 16. Reitz.

Ead. l. 8. Οὐδὲ γὰρ etc.) Interpres verba, οὐδὲ γὰρ ὡς ἐναντία φθεγγόμενος, οἷς ἐπεχείρει λέγειν, ex ignoratione Hellenismi vertens: *neque enim veluti qui contraria loqueretur, quibus dicere aggrediebatur*, palam pervertit. Alia hic est syntaxis Lati-

na, alia Graeca. Vertendum fuit: *neque enim quasi contraria loquens iis, quae dicere erat aggressus.* Integra fuisset Graeca locutio, ἐναντία φθεγγόμενος τούτοις, ἃ (vel etiam οἷς, ut notus est Graecorum mos) ἐπεχείρει λέγειν. Ellipticam istam loquendi rationem frequentissime amant Graeci: sic *Noster* in Revivisc. c. 14. f. ὡς ὑπόσχῃ τὴν ἀξίαν ὧν ἔδρασε, *ut subeat dignam poenam eorum, quae fecit.* in Hermot. cap. 53. f. οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην. In Sacrif. οὐδὲν ἀμισθὶ ποιοῦσιν, ὧν ποιοῦσιν. In Prometheus es in verbis, ἐμμενετέον οἷς ἅπαξ προειλόμην. *Aristophanes* in Pluto,

Ἔχω τιν' ἀγαθὴν ἐλπίδα, ἐξ ὧν εἰπέ μοι.

Isocrates in Panathenaico, εἰ τέλος ἐπέθηκεν, οἷς διενοήθη πράττειν. Fuit cum haec concinna et succincta Graecorum locutio fraudi esset *H. Stephano.* Nam cum apud *Herodian.* c. 4. Marcus ait, Ἄχθεσθαι μὲν ὑμᾶς ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον, θαυμαστὸν οὐδέν· volebat *H. Stephanus* excidisse οὕτω [οὕτω διακείμενον] et ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με esse idem, quod ἐπὶ τῷ ὁρᾶν με. Sed hanc crisin ab hoc loco abstinendam esse, docte monuit *Tan. Faber.* in epistola sua *Herodiani* Editioni ultimae praefixa, docens, ἄχθεσθαι ἐφ' οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον positum esse pro ἄχθεσθαι ἐπ' ἐκείνοις, ἐν οἷς ὁρᾶτέ με διακείμενον. Caeterum adeo religiose observant hanc loquendi rationem elegantiores Graeci, ut etiam si insequatur verbum, caeteroquin genitivum aliumve casum postulans, illius tantummodo casus, qui regatur a praecedenti verbo, rationem habeant. Sic in veteri proverbio apud Scholiasten *Theocriti* ad Eid. X. v. 96. ἔχεις ἅπερ ἐπεθύμεις, *voti compos factus es.* Notum est, τὸ ἐπιθυμεῖν fere semper cum secundo casu construi. Ita et apud *Sophoclem,* αἰτεῖς, ἃ τεύξῃ· pro αἰτεῖς ταῦτα, ὧν τεύξῃ, rogas, quae consequeris. Hoc *Sophoclis* adducit *Suidas* in Ἄ, ostendere volens, τὸ ἃ quandoque pro ὧν poni. Sed profecto ἃ sic non magis pro ὧν, quam pro οἷς poni potest, ubi ratio loquendi ita fert: idque aliquando fieri, exemplo doceat ipse *Lucianus,* apud quem in Necyomant. c. 16. med. legas, οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀποδιδόντες, pro οὐκ ἀποδιδόντες ταῦτα, οἷς' πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο. Ex his male *Dionys. Vossius* ad *Caesaris* III. de B. G. c. 24. corrigit Graecum *Caesaris* Interpr. pro καὶ ἡ φόβου παρεῖχον δόξῃ legens καὶ ἣν etc. JENS.

Ead. l. 9. Οἷς ἐπεχείρει) Vulgarem hanc ellipsin obiter attigimus ad Astrol. c. 1. μέμφομαι ὁκόσοι σοφοί. REITZ.

Ead. l. 10. Ἔκλεπτεν) Non vererer vertere *abscondidit,* etsi proprie sit *subtraxit,* scil. audientibus. Nam κλέπτειν eleganter dici de iis, qui clam aliquid agunt, si non satis notum, adea-

tur *Periz.* ad *Aelian.* III, 47. *πλέπτων τὴν τῶν Ἀθηναίων τελετὴν.* Reitz.

Ead. l. 11. *Λαρυγγίζων*) Vide supra c. 22. Solan. Aeschini objicit *Demosthenes* pro corona c. 90. *ἐπάρας τὴν φωνὴν καὶ γεγηθὼς, καὶ λαρυγγίζων.* Refert etiam *Plin.* Ep. 4, 7, 6. Gesn.

Ead. l. 15. *Δι' ἀφροσύνην*) Sic Populia M. F. apud *Macrob.* 2, 5. extr. ad similem objectionem a mutis animantibus sumtam respondet, *Bestiae enim sunt.* Gesn.

Pag. 289. l. 1. *Καὶ μέσην ἑστίαν τῶν — οἴκων*) Addi potest hic locus, de Vesta in media domus parte culta, his, quae habet *Spanhem.* tum in diatr. de Vesta et Pryt. Gr. tum ad *Callim.* H. in Del. 325. pag. 523. itemque alius e Scholiis ad *Hesiodi* Theogon. 454. ubi caussam reddit, cur *ἑστία* etiam appelletur Terra Mater, Ceres, *Δημήτηρ, παρ' ὅσον τοῦ παντὸς τὸν μέσον λαχοῦσα τόπον ἡ γῆ, στάσεως καὶ μονῆς αἰτία ἐστὶ τοῖς ἄλλοις.* Caeterum *ἑστίαν* s. Vestam hic respondere *Penatibus, Laribusque* Romanorum hominum; *οἴκους* autem eadem ratione pro pluribus membris unius domus poni, ut *aedes* Romanis, vix opus est hic admoneri: ut nec illud, separatis revera pluribus aediculis aedes honestiorum constitisse, qua de re, qui Plinianas villas, et aedificandi legem a *Columella* I, 9. propositam attentius consideraverit, vix est ut dubitet. Illud propius ad rem nostram pertinet. Verti hunc locum ita, ut *μέσην ἑστίαν* referam ad *δειμάμενοι*, ac legam *οἴκων ἰδίων*, quod unice verum puto. Sed si quis, ut adhuc editum est, *οἰκῶν* praeferat, ille etiam, ut adhuc factum video, interpretabitur, *medios privatae domus penates incolens.* Nempe *τὰ ἴδια* deinde *domum* significabunt, vel totum forte praedium, in cujus media parte domus exstructa sit. Notum est illud ex *Evangelio, ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια. κ. τ. λ.* Gesn. Evang. *Joh.* I, 11. significat *Gesnerus.* Quod autem idem elegantissimus *Luciani* interpres *οἴκων* potius, quam *οἰκῶν*, legendum et vertendum, putavit, id ego vel adversantibus omnibus libris facile amplecterer, utpote simplicem et ingeniosam emendationem, nisi mihi totius loci ratio et via et in hoc altero membro Participium requirere videretur. Dubitabam itaque hoc *Gesneri* judicium vel in textu, vel in versione, sequi; quam quidem posteriorem, sic habentem: *et mediis suarum quisque aedium Penatibus*, mutare placuit ad textus lectionem. Ceterum *δειμάμενοι* vetus interpres Latinus, quum vertat *verentes*, *δεισάμενοι* ob oculos habuisse, vel cogitasse saltem, videtur, contra manifestam auctoris sententiam. Lehm.

Ead. l. 14. *Ὀφὲ μὲν ἡλικίας*) Conf. *Cic.* Tusc. Disp. IV.

c. 33. ibique *Davis.* quem adeundum *Hemsterh.* in marg. notaverat. Reitz.

Ead. l. 15. *Διπλοῦς θεὸς*) Conf. infra Demosth. Enc. c. 13. Solan.

Pag. 290. l. 11. *Τραγικὸν*) Unde habeat nescio. Solan. Ex *Sophocl.* Antig. adscriptum in marg. *A.* 1. *W.* quem evolvere typothetarum festinatio prohibet. Reitz. Significavit, opinor, enarrator ille hymnum in Amorem, qui legitur in *Sophocl.* Antig. v. 773. sq. Erf. in quo tamen nihil de duplicis spiritus Amore, si verba quidem spectes. Lehm.

Ead. l. 14. *Αἰδὼς*) *Hesiod. Ἔργ.* 317. (320. *Spohn.*) Vers. sequens autem ex eod. v. 11. Ope textus *Hesiodei* et W. Codicis menda duo ex hisce verbis sustulimus, in *δύω* et *ἐπαινήσειε*, posterius enim recte in W. *Οὐ μὴν οὐδὲ* autem reliquimus, et *ἐστὶν ἓν*, pro quibus apud *Hesiodum οὐκ ἄρα μοῦνον ἦεν.* Solan.

Ead. l. 15. *Οὐ μὴν* etc.) Hi ex *Hesiodo* versus,

Οὐ μὴν οὐδὲ ἰρίδων γένος ἐστὶν ἓν, ἀλλ' ἐπὶ γαῖαν
Εἰσὶ δύο· τὸν μέν κεν ἐπαινέσειε νοήσας,
Ἡ δ' ἐπιμωμητή. διὰ δ' ἄνδιχα θυμὸν ἔχουσιν·

parum accurate scripti sunt. In primo *οὐδὲ*, non *οὐδὲ* legendum: in secundo vel *ἐπαινέσσειε*, ut pleraeque editiones *Hesiodi;* vel *ἐπαινήσειε*, quod ex duobus Mss. adfert, magisque probat in Lectionibus Hesiodeis *Graevius*, legendum. Sed et *δύω*, non *δύο*, vulgo in *Hesiodo* legitur. Utrumque probum. Vers. quoque primum aliter concipit *Hesiodus;* apud quem in Ἔργοις v. 11. legitur, *Οὐκ ἄρα μοῦνον ἦεν ἰρίδων γένος* etc. Jens.

Pag. 291. l. 5. *Τὸ μηδὲν οἴει*) Sic supra fere cap. 3. *τὸ καλὸν ἀνθούντων.* Reitz.

Ead. l. 6. *Ἵνα πῶς μείνωμεν*) Jam vidit prior interpres, legendum *εἶτα*, de cujus vi in absurda consequentia indicanda omnia plena sunt. Gesn. In omnibus libris constans est lectio *ἵνα πῶς*, omisso post *ἄνθρωποι* interrogationis signo. Unde conjicio scribendum *ἵνα πως* enclitice. Et sensus existet hic: *ut aliquo modo, nescio quomodo, maneamus homines, — homines* emphatice oppositi belluis, culti ergo, philosophorum scilicet instar. Sed ne minimam quidem hanc mutationem indulgere mihi volebam, quum adhuc dubitatio esse possit. Lehm.

Ibid. Κατὰ τὸν σοφώτατον Εὐριπίδην) Locus est Hippolyto 618. seq. ubi Jovem reprehendit, qui mulieres creaverit.

Εἰ γὰρ, inquit, *βρότειον ἔθελες σπεῖραι γένος,*
Οὐκ ἐκ γυναικῶν χρῆν παρασχέσθαι τόδε,
Ἀλλ' ἀντιθέντας σοῖσιν ἐν ναοῖς βροτοὺς
Ἢ χαλκὸν, ἢ σίδηρον, ἢ χρυσοῦ βάρος,

Παίδων πρίασθαι σπέρμα, τοῦ τιμήματος
Τῆς ἀξίας ἕκαστον κ. τ. λ.

GESN.

Ead. l. 7. *Εὐριπίδην*) Vid. Med. 573. Sed alium, eumque magis expressum locum respicit, qui mihi non succurrit. Reperi tandem. Exstat in Hippol. v. 619. et seqq. Sed poëtam ipsum adi. SOLAN.

Ead. l. 9. *Ὑπὲρ*) Sic L. et *Ven.* utraque. Reliquae *παρὰ*, et ipse M. SOLAN. *Ὑπὲρ τῆς διαδοχῆς* legendum sine dubitatione, ex *Aldina*. Quid enim est *παρὰ τῆς διαδοχῆς*, quod reddunt, *a successione?* *ὑπὲρ* ad finem referri, propter quem aliquid fit, tralaticium est. GESN.

Ibid. Γὰρ) Sensus videtur postulare *δὲ*, maxime, si ad praemissum *μὲν* respicias: sed vicissim *δὲ* habuimus, ubi ex consuetudine *γὰρ* potius locum haberet, supra 2. Ver. Hist. c. 2. *σύρισκομεν δέ*. Item Alex. c. 44. et 46. Ubi et *Homer.* ad partes vocavi. Verum *δὲ* facilius hic procedere videtur, non tamen adeo necessarium arbitror, ut mutatione opus sit: nam si sequens *οὖν* spectes, nihil adeo pugnabit illud *γάρ*. At cum propter scripturae compendia, in ejusmodi particulis perpetua, facilis est scribarum aberratio, nihil definio, sed ad *δὲ* magis inclino, quia Edd. una alterave id habet. Iterum tamen dico, nihil muto, quoniam et alibi ita ponitur, ut *δὲ* sine sensus discrimine reponere possis. E. g. in Hermot. cap. 29. f. *ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ — ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον τὸ τοιοῦτον.* REITZ.

Pag. 292. l. 1. *Ἀριθμὸς*) Sic *Horatius — Nos numerus sumus. Euripid. Tr.* 476. SOLAN.

Ead. l. 4. *Ἀληθῶς χαρακτὴρ*) An *ἀληθής*; GUYET. Posses quidem cum *Guyeto ἀληθὴς* legere. Sed mutatione nihil opus est: nam si recte dicitur *ἡ πάνυ τρυφὴ, τῆς ἄγαν φιλονεικίας*, et multa similia, quae hoc Dialogo jam vidimus; cur *ὁ ἀληθῶς χαρακτὴρ* quoque non dicatur, aeque ac Latine, *qui vere, vel revera est character*, caussae nihil video. Cumque *ὡς ἀληθῶς μήτηρ* et similia vel Lexica habeant, et supra etiam in Jud. Voc. §. 11. *ὦ γλώσσης ἀληθῶς νόσημα ταῦ*, nihil hic in *Luciano* mutaverim, etsi *ἀληθὴς* mollius procederet, et melius responderet *τῷ ἀλλότριοι*, quod illico opponitur. REITZ.

Ibid. Χαρακτὴρ) *Χαρακτῆρα* esse *notam, imaginem impressam* vel *insculptam*, hoc *Luciani* loco, alioque mox c. 44. occurrente, item ex *Philone, Aristotele*, aliisque, monet *Jac. Elsner.* ad Hebr. I, 2. REITZ.

Ead. l. 7. *Αἰσχίω*) Ad *θηρία* refertur. GUYET. Imo potius ad easdem referri debet, quas modo dicebat *ἀνισταμένας*. Neque adeo *αἰσχίω*, sed *αἰσχίους*, legendum erat, quod, quum e marg.

A. 1. W. in A. 2. et J. receptum fuerit, injuria respuit *Reitzius.* LEHM.

Ibid. Θηρίων — δυσκληδονίστων) Simias intelligi, illud maxime suadet, quod *Lucianus* Pseudol. cap. 17. hoc animal inter ea refert, quibus mane conspectis homines metuant, tanquam ὑπὸ πονηρῷ τῷ πρώτῳ καὶ δυσφήμῳ κληδονίσματι. Audacior aliquis forte ex hoc ipso loco ὀνομασθῆναι mutari velit in ὁρασθῆναι. Sed neque nominare infausti ominis res licet, ut lupum etc. Caeterum ad hanc matutinam deformitatem objectam mulieribus pertinet populariam meorum proverbium, *serenos dies vesperi, mane autem formosos esse laudandos.* GESN.

Ibid. Πρωΐας ὥρας — δυσκληδ.) Ex L. est illud πρωΐας. In impressis πρὸ μιᾶς legitur. Δυσκληδωνίστων autem ex W. et *Ven.* utraque. SOLAN. Non dubitavi vulgatam rejicere, cum duo Codd. meliorem et planiorem lectionem exhiberent, dum *Solan.* vel uno Cod. teste id factum voluit: versionem itaque similiter a me mutatam haud sinistre interpretabitur *Gesner.* qui ex vulgata πρὸ μιᾶς ὥρας dederat, *ante horam primam;* nec poterat aliter. Verum etsi μία pro πρώτη alibi inveniatur, apud *Lucian.* nondum observavi. REITZ.

Ead. l. 12. Τὸν ὑψηλὸν) Haec, ut multa alia, in hoc opusculo nec sana existimo, nec digna, quibus operosam faciam medicinam. Sed pro κάρον, κάρα legendum existimo. SOLAN. In hoc quidem scriptore τὸν — κάρον, *altum somnum*, ferri posse credo, nec non formulam *abluere somnum*, etsi sit paullo affectatior, ut multa alia per has declamationes. Cf. infra c. 44. τὸν ἐπὶ τῶν ὀμμάτων ἔτι λοιπὸν ὕπνον ἀπονιψάμενος ὕδατι λιτῷ. LEHM.

Pag. 293. l. 9. Ἐρύθαλνειν) Sic scribitur et mox c. 41. versus fin. ubi et ipsa *Fr.* cum rel. ἐρυθαίνουσιν habet, non ἐρυθρ. REITZ.

Ead. l. 17. Βραχὺ τῷ μετώπῳ) Frontem enim angustam veteres suspiciebant. SOLAN.

Pag. 294. l. 2. Ἀνθοβαφῆ) Quidni *purpurea* intelligamus? ἄνθος enim Graecis non minus, quam Latinis, *flos* audit purpurae, sive purpurae succus optimus, i. e. maxime saturatus, ut *flos lactis* vocatur, quod pinguissimum est in eo. Sicque mox ipse vers. fin. hujus cap. πορφυροῦν ἄνθος ἐπιφοινίξῃ. Interdum tamen et ab effectu fit denominatio, i. e. id, quod purpura jam tinctum, vocatur floridum, propter laetum et florum similem colorem. REITZ.

Ead. l. 4. Ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν γεγυμνῶσθαι) Fluctuabam, an cum priore interprete putarem, negationem excidisse, vertendumque adeo hunc locum, *ne nudae esse videantur.* Atque hanc

regionem subjiciebat illud *εἰς πρόφασιν* obtentui et excusationi habent nebulam illam lineam et textilem ventum mulieres, ne nudae dici possint, quae vestimentum quodcunque habeant. Sed re accuratius perpensa, nihil mutandum censui. Tribuit ipsis consilium, velle videri nudas, et tamen etiam obtentum, praetextum, excusationem, diverso nimirum respectu: volunt videri nudae sui similibus lascivis, moechis; obtentum quaerunt apud virum, apud severiores etc. Gesn. Si *Gesner.* vidisset *μὴ* in Cod. quodam esse, recepisset, credo, quia suspicionem suam, illud excidisse, confirmatam invenisset. Ego certe magis inclino ad id recipiendum, quia *ἐς πρόφασιν δοκεῖν γεγυμ.* non satis commode procedit sine negatione. Nihil tamen mutavi, ne contradicere meliori, sine summa necessitate, videar. Reitz. Si ex bono alioquin libro est illud *μή*, recipiendum omnino censeo. Gesn. *in Addend.*

Ead. l. 6. *Μαζῶν, οὐς ἀεὶ περιφέρουσι δεσμώτας*) Huc pertinet locus *Anacreontis* Od. 20. *καὶ ταινίη δὲ μαστῶν.* L. Bos Conf. Diall. Merett. XII. Vox *μαζῶν* autem poëtica est, ut permultae aliae in hoc opusculo, quo grandius, ut putat, loquatur. Solan. Non quidem repugno *Solano*, *μαστῶν* legere jubenti in margine *Juntinae*, ut infr. Dial. Meretr. XII. ante med. Verum quia nulla Ed. neque Cod. praeit, nihil muto. Et ipse *Solan.* a se dissentit in nota: quod cum nunc demum videam, infra l. c. disquiram, ac de differentia, quam inter *μαζὸς* et *μαστὸς* tradit *Th. Magist.* agam. Reitz.

Ead. l. 8. *Ἠρτημένας*) Sic omnes Edd. At O. et M. *ἠρτημένους*, quod observari utique meretur. *Γυναῖκας* intellige. *Guyet.* At jam, dicas, cum *ἠρτημένους* habeamus ex duobus Codd. nihil opus erit ad *γυναῖκας* referre. Sed recte construxit Guyet. vulgatam, per hypallagen non insolitam: sic enim fere et *ἐπιθέμενος* construitur, ut *Alciphr.* III, 1. p. 276. *νῶ χείλη δὲ τὰ ῥόδα τῆς Ἀφροδίτης — ἐπιθέμενος*, quod suo loco etiam apud *Nostrum* videbimus. Sic *ἐξηρτημένος τὴν πήρην* in Vitar. auct. c. 7. pr. habuimus. Certe *Long.* Past. II. p. 42. *πήρην ἐξηρτημένος*, et *Alciphr.* pag. 360. aliique dixere: nec non *ἐπῆλμαι* eadem ratione construi solet supra apud *Nostrum* Alex. c. 8. *ἐπιλημένος νόμην πρόσθετον.* Sic *ἀπέξυσται τὴν αἰδῶ Alciphr.* 360. f. Idque vulgata hisce aliisque bene multis defendenda manet intacta. Reitz.

Ead. l. 9. *Περὶ παρειᾶς καὶ ῥῶθ.*) *Ὄφεις* vulgo vocabantur armillae illae. Vide *Menandr.* fragm. p. 146. et *Poll.* v. *Ἐπιπάρτιοι* etiam *ὄφεις* apud *Philostr.* p. 931. Solan.

Pag. 296. l. 5. *Ἔξοδοι*) De mulierum, cum foras in publi-

cum prodirent, pompa, v. *Casaub.* ad *Theophr. Char.* 339. Solan.

Ead. l. 6. *Καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας· ἢ τὴν Φρυγίαν δαίμονα*) Locus iste est mutilus, si quid in his video, et post *γεγαμηκότας* ponenda est hiatus nota. Nam *Κωλιάδαι* et *Γενετυλλίδες* non sunt nomina eorum spectatorum, qui miseros maritos zelotypia conficiant, sed numinum cognomina, quorum lucos et templa frequentabant Graecae mulieres. Deest igitur aliquid, ut si haec desint, aut tale quid: *γεγαμηκότας, καὶ εἰς τὰ τεμένη φοιτήσεις τῶν θεῶν, ὧν ἐνίων* etc. Sic sensus constaret, qui nullus est, ut nunc legitur. Palm. *Πᾶς θεὸς*) In omnibus nostris libris *πᾶς θεατὴς* legitur, quod cum sequentibus pugnare, optime observavit *Palmerius*, ubi pro *spectatoribus*, *Deas* habemus. Lege ergo mecum, *πᾶς θεός*· videtur enim respicere ad illud *Menandri*,

— *Ἐπιτρίβουσι δ' ἡμᾶς οἱ θεοὶ*
Μάλιστα τοὺς γήμαντας· ἀεὶ (αἰεὶ leg.) γάρ τινα
Ἄγειν ἑορτὴν ἐστ' ἀνάγκη

a *Strabone* laudatum L. VII. p. 297. Ed. *Par.* Solan. Etsi *Solani* emendatio minus violenta, et probabilior, quam *Palmerii* et *Bergleri*, quam statim subjiciam; nondum tamen eam recipere sum ausus, cum quia non satis constat, quid *Lucian.* reliquerit, tum quia versionem *Gesneri*, quae *spectatores* retinuit, immutare nolim. *Bergler.* autem ad *Alciphr.* III, 11. ubi is scribit, *καινοὺς δὲ ἡμῖν ἐπεισάγουσα θεοὺς — ποῦ γὰρ ἐγὼ κατ' ἀγρὸν ἰδρύσω Κωλιάδας ἢ Γενετυλλίδας*, ita commentatur: *Conjungit haec nomina et Aristoph. in Nub. v. 52. ubi itidem rusticus de similiter morata uxore conqueritur — et in Lysistrata initio, ubi dicitur, mulieres festinare, si vocentur ad ejusmodi Venereos Deos, Ἥ 'ς Πανὸς, ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 'ς Γενετυλλίδος. Nec non Lucianus in Amor.* (h. l.) *quo in loco et alia ita conveniunt cum Alciphronis hisce, ut imitatio facile appareat. — Unde in Luciano sic lego: εὐθὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας ἔξοδοι, ἐπὶ θεὰς ἐπιτρίβουσαι τοὺς γεγαμηκότας, ὧν ἐνίων etc. vertoque:* statim e domo egressiones, quae maritos enecant, ad Deas, quarum infelices illi viri nec ipsa sciunt nomina, Coliadas, Genetyllidas. *In Edd. locus est corruptus, quae, — εὐθὺς — ἔξοδοι, καὶ πᾶς θεατὴς ἐπιτρίβων τοὺς γεγαμ. — quasi spectatorum, nescio quorum, ignorent ejusmodi uxorum viri nomina: quod quidem fieri potest; sed commemorari nihil attinebat. Vidit hoc Palmerius; sed quaedam excidisse putans, de suo addit totas septem voces. Sunt autem Κωλιὰς et Γενετυλλὶς epitheta Veneris, antro secundum quosdam veterum: aliqui et iisdem Γενετυλλίδα comitem illius*

Deae faciunt. Mens igitur *Lucani* satis apparet, et *Solani* correctio jam eo magis placet. Reitz. Non dubito, quin ad *Menandri* locum respexerit auctor, recteque adeo *Solanus* conjecerit. Forte utrumque servandum, θεατῆς et θεὸς, cui omittendo θεατῆς occasionem dedisse potest. Gesn. *in Addend.*

Ibid. Γέγραπται,) Hic aliquid deesse videtur. Guyet. Certe aliquid deest, si ὧν ὀνόματα ad spectatores referendum: at si emendatio in θεατῆς facta fuerit, nihil hic deerit. Reitz.

Ibid. Ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες.) Nihil certius *Palmeriana* suspicione. Quomodo supplendum videatur, quod deest, interpretatione indicavimus, nempe εἶτα θεὰς προσαγορευόντων ἁπλῶς, vel simili modo. Gesn. Corruptum esse locum, ut vulgatur, nemo non videt. Quomodo autem emendandus sit, difficilius disceptes. Mihi adhuc ea ratio, quam margo A. i. W. suppeditat, undecunque tandem hausta, πᾶς θεῶν τις, tum simplicissima omnium, tum commodissima et hujus auctoris stylo convenientissima, esse videbatur. Sed nolebam tamen in re dubia textum mutare. *Solano* etiam *Belinus* assentitur, conjiciens tamen etiam, καὶ πρὸς θεὰς αἱ ἐπιτρίβουσι τοὺς γεγαμ. quae, si non errore forte scribendi laborent, vix intelligas. Lenm.

Ead. l. 8. Κωλιάδας) Hujus Veneris Coliadis templum erat in vico Ἀναφλύστῳ; vide Eunuch. c. 6. *Strab.* IX. p. 398. D. Vide et *Pausan.* p. 2, 1. De Dea Schol. *Aristoph.* ubi sacra Cereri faciebant mulieres Atheniensis. Vid. *Polyaen.* Strat. I. 3. 27. Conf. infra Pseudol. c. 11. Solan.

Ibid. Εἰ τύχοι) Formula, εἰ τύχοι, valet *exempli gratia*, et verti potest commode, *ut puta.* Quemadmodum vulg. Interpr. 1. *Corinth.* XV, 38. ita etiam Glossarium. Occurrit praeterea in Toxari c. 4. fin. L. Bos. Loquendi formula satis obvia, non tamen ubique valet *exempli gratia.* Quin et *si usus posceret* alibi significat, ut ap. *Herodian.* VII, 3, 4. μᾶλλον δὲ καὶ πρόχλησις δέδοτο συκοφάνταις, εἰς τὸ — κινεῖν πράγματα προγονικά, εἰ τύχοι, καὶ ἄγνωστα. Sic etiam in *Nostro* de Merced. cond. cap. 3. ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, εἰ τύχοι, ἐξυπτιάζοντας, recte *Gesner.* convertit: *si res ita ferret.* Hic tamen recte redditur *exempli gratia.* Reitz.

Ibid. Γενετυλλίδας) Genetyllis Veneris cognomina sunt ap. *Aristophanem*: de quibus vide *Pausan.* in Atticis. Coen.

Ead. l. 9. Δοχεῖσθαι Κῶμον ἐπὶ τῷ ποιμένι) Quis ille ποιμὴν, quae commissatio esset, non excogitavi, eam ita interpretarer, licet de Lunae in Endymionem, aut Rheae s. magnae matris in Attin, amoribus cogitarem. Deum Comum non intelligo; de Deabus enim sermonem esse apparet, nec in loco ubi, in qua vel homine vel Dea, ὁ Κῶμος ille Deus Comus fuerit. Gesn.

Sed vid. Scholiast. qui ad Paridem refert. Reitz. Omnium minime de Paride cum Scholiaste vet. accipiam, Endymion, et Lunae ad illum κῶμος s. comissatio magis placebit, ut in rebus incertis, si quis conferre velet scenam enarratam a Luciano Alexi c. 39. Gesn. *in Addend.* De Adonide videtur *A Seageus* accipere, conferens cum h. l. *Theocrit.* Idyll. I, 109. Ῥοιὸς γ' Ἄδωνις, ἐπεὶ καὶ μᾶλα νοσεῖσε. Lehm.

Ead. l. 10. *Τί δεῖ περιπλέκειν*] Haec est omnium librorum lectio, a qua recedit Cod. Ox. ubi *περιβλέπειν*, quod idem etiam in antiquioris lectionis locum substitutum esse narratur in Cod. M. *Belinus*, nescius, quid *περιπλέκειν* significet, pro corrupta voce habuit, et vel *περιβλέπειν* rescribendum censuit, quod in nota ad versionem reddit, *regarder avec curiosité*, vel *ἀποκαλύπτειν*, quod in ipsa versione interpretatur *dévoiler*. *Schmiederus* incautius etiam *περιβλέπειν* in textum recepit. Est autem h. l. formula notanda, *τί γὰρ δεῖ περιπλέκειν; quid longis ambagibus narrem, exponam?* Cf. *Arrian.* Dissertt. Epictt. II, 19, 27. Neque adeo ullo modo vulgata lectio attrectanda erat. Lehm.

Ead. l. 12. *Εὐθύ*) Vulgatam servavi, quia numerus librorum hanc exhibentium est major: nam perinde est utro more scribas, modo enim *εὐθύς* adverbialiter ponitur, modo *εὐθύ*. *Εὐθύς* ita positum habuimus modo, pr. hujus cap. Et c. 3. item cap. 18. f. Item cap. 12. pr. et Quom. Hist. cap. 40. Lexiphan. cap. 10. et infra Toxar. 32. Hermot. 33. ter, et cap. 38. Sic *Alciphr.* II. ep. 3. f. *Γλυκέριον εὐθὺς πεποιμένη πρὸς ἡμᾶς — φέρου.* Et I, 1, p. 6. sed *εὐθύ* ruraus infra hoc cap. 42. f. apud *Nostrum*. Item supra cap. 8. et 23. et Hermot. cap. 74. Quae si quis evolvere velit, nihil aliud differentiae inveniet, quam quod *εὐθύ* sequente consonante scribatur, *εὐθύς* sequente vocali, vel ejusmodi consona, cum qua ς sine cacophonia conjungitur. Reitz. Nimis generaliter differentiam inter *εὐθύς* et *εὐθύ* negavi; sed aliquanto melius de eodem scripsi ad Gall. 1. Licet multa habeam, ubi confundantur, quae, si licebit, praemittam Indici Graeco seorsum edendo. Idem. *in Add. et Corrig.*

Ibid. Μακρὰ λουσαμ, καὶ πολυτελῆς μὲν καὶ ἡδεῖα τράπεζα) *Domi stativa longa balnea, et sumptuosa ac suavis mensa.* Sed cum non laudet illam mensam, qui potest esse ἡδεῖα; Repone ex Ms. *καὶ πολυτελῆ γε νὴ Δία τράπεζα, et sumptuosa per Jovem mensa.* Graev.

Pag. 296. l. 1. *Νὴ Δία*) Ita M. a recentiore manu. A prima enim ἦδη videtur scriptum fuisse, uti et in reliquis libris: multo tamen illud *νὴ Δία*, quam καὶ ἡδεῖα vulgatum. Sonn.

Ead. l. 5. Ἀπογένονται) Hic aliquid desiderari videtur. GUYET.

Ead. l. 6. Διηγούμεναι) Mendum haud dubie in hac voce latet. Agnoscunt tamen etiam O. et M. SOLAN. Potest defendi διηγούμεναι. Solent enim mulieres noctes, et somnia praesertim, narrare in conviviis, quae forte ἑτεροχρώτας ὕπνους aliquis dixerit. Sed narrantne mulieres honestae, et εὐσταθοῦς βίου, de quibus hic agitur, ὀηλύτητος εὐνὴν γέμουσαν; Itaque solicitor putare, non esse ab auctore διηγούμεναι, sed una syllaba minus διηγοῦμαι. Quo in genere facilius peccari, per compendiariam scribendi rationem, apparet. Sic autem interpretarer: *Noctesne super haec enarro, et somnos cum diversi sexus corpore captos, et cubile muliebri mollitie plenum?* etc. GESN. Si ex Ms. est διηγώμεθα, quod in var. lect. ex marg. *A.* 1. profertur, illud adoptaverim prae conjectura mea διηγοῦμαι, quae eandem sententiam efficit. IDEM *in Addend.*

Ibid. Τοὺς ἑτεροχρώτας ὕπνους) Quasi aliud corpus habeant vigilantes et ornatae vestibus, aliud nudae et dormientes in lectis. An de colore intelligit? GUYET. Interpres: *diversorum corporum somnos.* Aliud enim corpus habent feminae vigilantes et ornatae vestibus: aliud, nudae et dormientes in lectis. *Ovidius: Pars minima est ipsa puella sui.* An de colore feminarum intelligendus *Lucianus*? MENAG. Magnam vim loco inferri voluit *Belinus*, legi jubens ἀγρυπνοῦντας ὕπνους, quod vertit in nota quidem ad vers. *un sommeil employé à ne pas dormir*; in ipsa vero versione *sommeil voluptueux.* Sic dicit corrigi debere, quippe, quid vulgatum sibi velit, ignorans. Recte autem *Menagius* et *Guyetus* vocem explicuisse videntur; ratione quidem praecedentium habita. Nam ut *Gesnerus* in nota cepit, minus puto cum loci indole sententiam convenire. Quod autem in Miscc. Obss. Vol. IV. p. 446. Vir quidam doctus ἑτεροχρώτας maluit, id ego, utpote nimis poeticum, minime in hunc locum cadere arbitror. Facete enim et acerbe, minime vero ornate et floride, dictum hic exspectatur. Διηγούμεναι nec mihi placet. Διηγοῦμαι tacite reddidit in versione *Belinus*, postea etiam in observatione critica defendit. Sed quum lectio marg. A. 1 W. Codici cuidam deberi videatur, alterutram harum emendationum eligendam duxi, *Gesnerianam* ob majorem simplicitatem, hanc vero ob aliquam saltem auctoritatem externam. Nunc arbitrium penes alios esto. LEHM.

Ead. l. 7. Λουτροῦ) Consule *Casaubon.* ad *Lamprid.* Commod. cap. 2. SOLAN.

Ead. l. 8. Ἐστὶ) Ἔχει legendum videtur. Sic interpres. GUYET. Nimirum *opus habet*, *Benedictus* et *Obsop.* Sed potiore

jure *Guyetus* quaesisset, num *opus habet*, pro opus illi est, satis Latinum esset? Et si ἔχει substituit, saltem χρείαν vel χρέος, pro χρεῖος, addefet: at isthoc voluit: verum nihil isthac emendatione opus est, cum χρεῖός τινος, i. e. *indigus alicujus rei*, probum sit, ut aliis testimoniis docet *Budaeus* in Commentt. etsi male exponit χρεῖοι in loco *Philonis*, quod merito correxit *Steph.* Thes. T. IV. p. 612. Reitz. Nihilominus *J. Scaligerus* ἔχει illud, quo omnino non opus est, et quod ne cum linguae quidem lege et usu convenit, revocari voluit. Lenn.

Ead. l. 12. *Εἶτ' οὐ δικαίως*) Refertur ex Menandro exsecratio in Promethea, quod feminas finxerit: sed versus, qui Iambi sunt, partim metro hic illic corrupto, partim alia confusione turbati, hoc qualicunque modo disponi possunt:

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
Γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις,
Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς. ἄλλο δ' οὐδὲν ἦν
Ἀγαθόν; ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
Γυναῖκας ἔπλασεν, ὦ πολυτίμητοι θεοί,
Ἔθνος μιαρόν. γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ
Λάθριος. λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι. καὶ γαμηλίῳ
Λέχει μοιχὸς ἐντρυφᾷ. εἶτ' ἐπιβουλαὶ
Καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσοι, χαλεπώτατος
Φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.

In versu tertio pro vulgato *γένετ'*, ex Basileensi scripsi *γίνετ'*. In quinto quoque ἔπλασεν, non, ut vulgo ἔπλασσεν, scribendum. Septimum et octavum non habere suos numeros, palam est; at iis restituendis ita, ac a *Menandro* profecti sunt, ego non sum. Jens. Locum integrum *Menandri* apponere operae pretium est, qualem emendatum nuper edidit Anonymus eruditissimus:

Εἶτ' οὐ δικαίως προσπεπατταλευμένον
Γράφουσι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις;
Καὶ γίνετ' αὐτῷ λαμπάς, ἄλλο δ' οὐδὲν
Ἀγαθόν; ὃ μισεῖν οἶμ' ἅπαντας τοὺς θεούς,
Γυναῖκ' ἔπλασαν· ὦ πολυτίμητοι θεοί,
Ἔθνος μιαρόν· γαμεῖ τις ἀνθρώπων, γαμεῖ;
Λάθριοι τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι, λάθρᾳ,
Γαμηλίῳ λέχει δὲ μοιχὸς ἐντρυφῶν,
Καὶ φαρμακεῖαι, καὶ νόσων χαλεπωτάτη
Φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν βίον γυνή.

Nonne merito pingunt Promethea
** Clavibus affixum ad rupes Caucasi?*
Et Lampas tantum, nihil aliud boni,
Ei sacratur? Quod omnes credo Deos odisse,
Mulierem finxit. Proh Dii immortales,

Gentem impuram! Uxòremne quisquam ducit? Uxorem?
Deinceps enim occultae ingruunt cupiditates, o Lache,
Et geniali lecto illudens adulter,
Et veneficia, et morborum gravissimus
Invidia, quacum mulier vivit per omnem aetatem.

Versionem hujus ἥσεως, et textum ipsum, edimus, ut ab Anonymo eruditissimo exhibitus est in Emend. in *Menandri* et *Philem.* fragmenta p. 95. et 96. Notas etiam accipe: — [Locum hunc ex *Luciano* petitum non ex *Grotii* recensione, qui in omnibus hic erravit, sed ex nostra edidimus, una cum versione. *Clericus* nihil hic de suo adduxit, praeterquam quod γράφουσι, *pingunt*, ille crudite transtulit, *scribunt*. Nihilne audiverat de Parrhasii tabula apud *Senecam* in Controversiis? nihil de Euanthis apud *Achillem Tatium*? Versu secundo *Grotius* sic interpolavit,

Τί γίνετ' αὐτῷ; λαμπὰς, ἄλλο δ' οὐδὲν ἐν
Ἀγαθόν.

Quid ab eo repertum? Fax, et nihil boni praeterea.

Non recte haec accepit vir magnus: neque enim γίνεται *reperitur est* Graecis unquam significat: neque *facem* reperit Prometheus, sed ignem. Sententia est, quam nos in versione expressimus; et nonne merito nihil boni ei obligit, praeterquam Lampas? Ubi *Lampadem* accipe λαμπάδος ἀγῶνα, *Lampadis certamen*, quod Athenis quotannis ἐν Προμηθείοις, in *Promethei festo*, celebrabatur. Vide accuratissimi *Meursii* Graecum feriatum in ΛΑΜΠΑΣ et ΠΡΟΜΗΘΕΙΑ, qui omnia eo spectantia ibi collegit, excepto hoc ipso *Menandri* loco. Ex his autem colligas, solam Lampadodromiam Prometheo institutam fuisse, nulla sacrificia. Mox versu quinto, apud *Lucianum* est, Συναῖκας ἔπλασεν, unde *Grotius* reflinxit γυναῖκας ἔπλασεν: nos opinor melius Γυναῖχ' ἔπλασσεν: unicam enim formavit, non plures. Idem versu quarto, δ' μισεῖν δ' οἷά' *interposuisse* δ' ἐμέ, *ad sensum connexionem*. Atqui illud δὲ jam verum sensum, qui a me exulat est, impedit et corrumpit. Versus autem sequentes sic interpolavit:

Μάλ' ἄθλιος· λοιπὰ γὰρ αἱ ἐπιβουλαί
Γαμηλίῳ τε μοιχὸς ἐντρυφῶν λέχει.
Εἶτα δ' ἐπιβουλαὶ, φαρμακεῖαι, καὶ νόσων
Χαλεπώτατος φθόνος, μεθ' οὗ ζῇ πάντα τὸν
Βίον γυνή. —

Μάλ' ἄθλιος dicit se dedisse, pro λάθριος, *quod nullo sensu legebatur*. Sed veteres Edd. habent λάθριοι. Unde nos pro καὶ, Λάγης personam substituentes, caetera omnia quam proxime ad vulgatam scripturam reformavimus. Illa tantum εἶτ' ἐπιβουλαὶ,

prorsus ejecimus; quia et metro obsisterent, et impedirent, quo minus oratio per senarium clauderetur. Nam inconcinne prorsus *Grotium* postrema illa cum cauda protraxisse, res ipsa clamat. Sed nihil magis doleo, quam in soloecismum incidisse τὸν πάνυ, qui νόσων χαλεπώτατος φθόνος ex conjectura edidit: hoc enim prorsus est, ac si Latine diceres, *gravissima morborum invidia.*] Hinc δεδοῦχος Prometheus apud *Philostr.* 602. Solan. *Clavibus)* Sic scripserat *Solanus*, pro *clavis*, nescio, num sua an Anonymi culpa. Quare editionem istius Anonymi, sive *Philetheuth. Lipsiensis* consului, eundemque errorem ibi inveni, et quid magis mirarer, dubitavi, eumne, qui sic verterit, an *Solanum*, qui id non monuerit. Si autem tantis viris sic semel peccare licet, mihi jam deciés ita aberrare per festinationem licebit. Reitz.

Ibid. Εἰ' οὐ δικαίως) In tot diversis conjecturis ac disputationibus virorum doctorum ad h. l. (quem sub n. 195. fragmentorum *Menandri* dedit post *H. Grotium Jo. Clericus*) nihil nobis videbatur melius, tutius certe nihil, quam redire ad principia, atque ut editi, ut interpretati sunt ii versus ab initio, ita eos repraesentare, de conjecturis eruditorum hominum suum cuique judicium permittere. Passim metro laudati viri melius consulunt, sed ita, ut nulla sit earum emendationum, de qua affirmare audeas, hic e manu vel *Menandri*, vel nostri adeo auctoris, qui eum forte ex memoria laudavit, exiisse. Gesn. Aliter quidem dividit hos versiculos *Jens.* in plerisque Edd. uno ductu exaratos, aliaque in iis partim recte corrigit; verum quia septimus et octavus ita non corrigebatur, *aliam iniimus viam*, maxime ductum *Solani* sequentes, ut senarii omnes fierent. Sed plurimi jam ad senos pedes redacti erant in Ed. *Par.* et apud *Menandr.* quoque sic fuisse, probabile est, non vero, ut modo sex, modo septem, modo octo essent pedum. Reitz.

Ead. l. 14. *Καὶ γένετ')* Lege *κἀὶ γίνετ'*. Guyet. Quod *Guyet.* monet, id Edd. *J. Par.* aliaeque jam habebant recte: et quia video, id saepe ab eo fieri, ejusmodi supervacaneas admonitiones potius omittemus; quia si quid vett. Edd. rectius habent, id sponte sequimur, et in variantt. Lectt. adnotamus. Reitz. *Καὶ γίνετ'* maluit *Belinus* pro *κἀὶ γίνετ'*, sine judicio. *Καὶ* adnectit aliud lucrum, quod deportaverit Prometheus. Recte autem λαμπάδα cepit *Anonymus* de Lampadodromia, de qua *Solanus* videndus ad Prometh. c. 14. Tom. I. p. 514. Unde *Gesneri* versionem mutare placuit, quae *ignis* inventionem male reddidit. Male etiam in prioribus Edd. post λαμπὰς plenius interpunctum erat, minus plene post ἀγαθόν. Contraria ego ratione inita verum sensum restituisse videor. Leim.

Ead. l. 15. *Ὅ μισεῖν*) An sic? *ὃ μισεῖ δ' οἰμ' ἀεὶ τ. Διὸς ἔπλασσεν*; Guyet. *Ὅ μισεῖν οἰμ' Fl. Ir. B. 2. Par. S. In Ken.* utraque inseritur δὲ post ὅ, prave. Solan. In A. 1. omittitur δὲ post ὅ, inseritur autem in A. 2. et marg. A. 1. W. neque id prave. Neque enim solum non impedit et corrumpit verum sensum, ut visum *Anonymo*, qui de cogitaret ad ignem, falso in hoc loco quaesitum, referri posse; verum etiam requirebatur necessario particula, quae secerneret diversas sententias. Antea enim credendus *Menander* aliud commemorasse Promethei facinus, ob quod Caucaso fuerit affixus; plura autem fuisse constat. Vide modo Diall. Deor. I. et ipsum *Luciani* Promethea s. Caucasum. Lehm.

Pag. 297. l. 1. *Γυναῖκ'*) Emendatio Anonymi, cujus rationem vide in ejus Nota. In omnibus enim libris erat *γυναῖκας*. Solan. In versione *feminam* pro *feminas* dedi, quod *Gesner.* non aegre feret. Caetera ejus ad vulgatum textum conversa non attigi, quia incertum, quomodo is emendandus. Reitz. Ego vero revocavi *Gesneri feminas*, et textui quoque ipsi restitui veterem lectionem *γυναῖκας*, mutato tamen *ἔπλασσεν* in *ἔπλασεν*, quod tuentur Codd. W. et 2954. probantibus *Grotio* et *Jensio*, improbante vero *Bellino*. Non solam autem *Pandoram* h. l. cogitandam esse, quam finxerit Prometheus, sed omne femininum genus, vel ex sequente *γένος μιαρὸν* patet. Neque id quo minus statuatur, impedit praecedens δ, quod non proxime cum *γυναῖκας* est conjungendum, sed intelligendum de *facto, quod factum* (non, *quam rem*) *omnes dii oderunt*. Lehm.

Ibid. *Ἔπλασσεν*) *Ἔπλασεν* W. uti *Grotius* volebat. Reliqui libri omnes *ἔπλασσεν*, quod et servandum. Solan. Cf. not. anteced. Lehm.

Ead. l. 3. *Τὸ — Λάχης*) Vide Anonymi notam. Neutra vox in libris erat. Solan. Τὸ deerat in Edd. Inserui *Solan.* et *Λάχης* quoque addendum adscripserat, non sat idonea auctoritate: ideo non addidi, sed aliquid deesse facile patet, quia quinque tantum pedum est versus. Reitz.

Ibid. *Λοιπὸν γὰρ ἐπιθ.*) An sic: *τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίας πάλαι Καὶ μοιχὸς ἐντρυφῶν γαμηλίῳ λέχει*; Guyet.

Ead. l. 4. *Γαμηλίῳ*) Ante legebamus male *Καὶ γαμηλ.* Delevit *καὶ Solan.* et ejus loco δὲ inseruit post *λέχει*. Reitz. Sic *Solanus* et *Reitzius*, praeeunte *Anonymo* nostro. Particulae δὲ certe vestigium aliquod est in lectione marg. A. 1. W. et ipsius A. 2. *λέχει τε*. Verum hoc ipsum τε, non erat, cur desereretur; praesertim ubi antecedentia sic legantur, uti nos constituimus:

cujus quidem consilii nunc ego eam, quam debeo, rationem reddam. Primum interrogatio versus sexti, quae est nimantis cum indignatione, sinistre olim edebatur γαμεῖ τις ἀνθρώπων; debebat potius: γαμεῖ τις ἀνθρώπων; *quis ducat talem (talem mulierem) insanam?* Sin responsio est, *ducit tamen aliquis, γαμεῖ.* Sed nunc hujus matrimonii vulgaris natura ac ratio acerbe describitur verbis sequentibus, quae admodum corrupte in Edd. legebantur. *Reiskius* edidit:

— — — γαμεῖ
λάθριος, τὸ λοιπὸν γὰρ ἐπιθυμίαι κ.τ.λ.

sextum versus pedem in dubio relinquens. Secuti sunt *Bipontini* et *Schmiederus*, nisi quod hujus editione post γαμεῖ, consulto, an temere nescio, inepte certe, interrogationis nota posita est. *Belinus*, sapiens in fine *κακαί*, sic vertit:

On l'épouse, il est vrai, mais c'est en chambre close;
On diroit qu'on fait mal à que l'on en rougit.

Falsa saltem versio, et jejuna; quamquam lectio, quam sequitur, non est improbabilis. Nam in importuno illo καί, quod post ἐπιθυμίαι in A. 1. B. 1. 3. et Cod. 2954. intercurrit, patet non solum complementum versus senarii, sed etiam epitheton τῶν ἐπιθυμιῶν latere, et sic facile in mentem venit κακαί, idem illud, quod jam *Guyetо* in mentem venerat. Cum *Belino* omnino facit *Schmiederus* in nota, pro λάθριος tamen ἄθλιος conjiciens, exemplo, nuto, *Grotii* respecto. Eadem prope vestigia secutus *B. G. Weiskius*, Philologus Lipsiensis, candidissimus mihi amicus, qui benevolentissime mecum suum de hoc loco judicium communicavit, sic legi vult:

— — γαμεῖ τις ἀνθρώπων; γαμεῖ
λάθριος τὸ λοιπὸν ἆρ' ἐπιθυμίαν κακήν.

ironicum quasi ἀπροσδόκητον statuens, sic illud interpretandum: *Ducit vaecum in posterum scilicet — cupidinem pravam.* Quam quidem ingeniosam emendationem ego haud cunctanter pro verissima amplexus essem, nisi duo me in ea male haberent; unum, quod conjectae voces ἐπιθυμίαν et κακήν nimis longe a constanti librorum lectione ἐπιθυμίαι et corrupta, quae in nonnullis est, voce καί recedunt; alterum, idque maximum, quod sic sequentibus Nominativis μοιχὸς ἐννυφῶν, καὶ φαρμακεῖαι etc. nulla est cum superioribus cohaerentia, quippe quum careant ea, ad quod referri commode possint, verbo. Quae offensio vitatur, si alterum γαμεῖ absolute positum putes, et nunc pergis poeta fingas:

λάθριοι τὸ λοιπὸν ἆρ' ἐπιθυμίαι κακαί.

Λάθριοι scilicet ἰδιωτικῶς Ellendt. et J. quam etiam margo A. 1. W.

commendet; ἄρ' itidem habetur in marg. A. 1; et ipsa editione A. 2. et confirmat elegantem *Weiskii* conjecturam, sic tamen, ἄρ', non, ut huic scribere placuit, ἄρ', scribendum. Τὸ ante λοιπὸν necessario requirit metrum, et jam *Anonymus* ille restituit, probantibus omnibus, qui secuti sunt, editoribus; et καὶ cum summa probabilitate supplerunt *Guyetus*, *Belinus* et *Schmiederus*, vestigiis veteris lectionis καὶ insistentes. Nunc haec exsistit commodissima sententia: *Ducit quidem uxorem: sed furtim* (λάθριοι pro λάθρα dictum) *illabuntur scilicet in posterum* (post dulces matrimonii primitias, nach den Flitterwochen, i. e. *mox, celeriter*) *cupidines pravae, adulter illudens lecto geniali* etc. Sic textu mutato, versionem quoque *Gesneri* mutare placuit, quae sic sonabat:

— — *Ducit aliquis conjugem:*
Ducit? libido nempe clanculariа,
Et nuptiali etc.

Lehm.

Ead. l. 5. Εἶτ' ἐπιβουλαὶ) εἶτά γ' ἐπιβ. Post τὸ ἐπιβουλαὶ aliquid deesse videtur. Guyet.

Ibid. Καὶ φαρμακεῖαι) In Ed. *Par.* hic versus ita inchoabat: Εἶτ' ἐπιβουλαί. Et χαλεπώτατων faciebat initium versus sequentis. *Grot.* volebat Εἶτα δ' ἐ. φ. κ. νόσων. Reitz. Verba εἶτ' ἐπιβουλαὶ manifesto e glossemate orta — neque enim ullo modo cum metricis rationibus facile conciliari possunt — recte omnino ejecerat *Anonymus*; recte etiam posteriores Editores secuti sunt, licet et in Cod. 2954. sic legatur, nec non in omnibus Edd. vett. *Guyeti* vero et *Grotii* medelas nihili esse patet. Lehm.

Ibid. Ἐκ νόσων ἐχ — τάτη.) Prima vox ab *Anonymo* inserta; sequentes mutatae ab eodem. Sulan. Praefigere textus verba sic debuit *Soldnus*: Καὶ νόσων χ — τάτη) Sic enim *Anonymus* correxerat verba olim vulgata: καὶ νόσοι; χαλεπώτατος φθόνος. Lectionem χαλεπωτάτων nusquam ego reperi: *Reitzius*, quem temere recentiores secuti sunt, e *Par.* Ed. eam desumsisse videtur, ubi id mendum typographicum esse conjicio. Quodsi vero cum *Grotio* et *Anonymo* pro vetere lectione νόσοι, νόσων reponendum sit, quod et mihi placet, tum vero nec χαλεπώτατος, nec χαλεπωτάτων, ferri potest, sed necessario scribendum χαλεπωτάτη, auctore *Anonymo*, quem etiam *Schmiederus* probat in nota. Lehm.

Ead. l. 7. Διώκει) Confer supra hoc Dial. cap. 22. f. et Hermot. cap. 77. Reitz.

Ead. l. 11. *Ὕδατι λιτῷ*) In Angl. Codd. legitur *ὕδατι λιτῷ καὶ χιτωνίσκον χλανίδα ταῖς ἐπωμίαις περόναις.* Bourd.

Ibid. Καὶ χιτωνίσκον καὶ χλαν.) In laude pueri, cum aqua detersit somnum, inquit, *τὴν ἱερὰν χλαμύδα ταῖς ἐπωμίοις περόναις συνῤῥάψας, ἀπὸ τῆς πατρῴας ἑστίας ἐξέρχεται, sacram chlamydem humeralibus fibulis adstrinxit, paterna domo egreditur.* Chlamys fuit vestis militaris, non puerilis. Dein cur sacra dicitur? Haec mendosa sunt, quae ex Codice Ms. sic refinges: *καὶ χιτωνίσκον χλανίδα ταῖς ἐπωμίαις περόναις συνῤῥάψας, et tunicula laena in humeris fibulis connectens.* Χλανίσι utebantur pueri et molles homines. Grammatici vocant *ἱμάτιον λεπτόν.* Sic Demostheni *κομψὴ χλανὶς καὶ μαλακοὶ χιτωνίσκοι* exprobrabantur. Vide *Gell.* I, 5. Forte autem in dialogo nostro legendum *χιτωνίσκον καὶ χλανίδα.* Mox idem Codex rectius, *καὶ μηδένα τῶν ἀπαντώντων ἐξ ἐναντίου προσβλέπων, neminem obviorum ex adverso adspiciens.* Vulgo *ἀπάντων*, frigide. Graev. *Καὶ χιτωνίσκον χλανίδα ταῖς ἐπωμίαις*) Antea legebatur *τὴν ἱερὰν χλαμύδα ταῖς ἐπωμίοις π.* Ego scripturam Mss. Codicum reduxi. Ita enim A. W. P. et L. Solan. *Χλανίδα* et *χλαμύδα* a librariis confusas esse, testatur locus Timon. c. 38. ubi pro *χλαμύδος*, quod olim vulgabatur, *Hemsterhusius* conjecit *χλανίδος*, quam conjecturam confirmarunt Codd. Aug. et Gorl. Sed h. l. *χιτωνίσκον* Codices illi quinque habent e glossemate vocis *χλανίς*, ut recte statuit *Schmiederus*. Nam copulam *καὶ* alteram *Reitzius* e conjectura tantum *Graevii* temeraria temere addidit, sequente Editore *Bipontina*. Miror tamen lectionem vett. Edd. *τὴν ἱερὰν*, quam etiam Codex 2945. servavit. Leun.

Pag. 298. l. 1. *Ἐπωμίαις περόναις*) Virorum hoc proprium, mulieres enim ad pectus vestem *πόρπῃ* stringebant: quod a *Salmasio* dudum observatum est ad *Tertul.* de Pallio 116. Solan. De differentia *περόνης* et *πόρπης* vid. etiam *Spanh.* ad *Callim.* Hymn. in Apoll. v. 3. Ac notas ejusd. p. 559. Reitz.

Ead. l. 2. *Κάτω κεκυφὼς, καὶ μηδένα τῶν ἀπάντων ἐξ ἐναντίου προσβλέπων*) Si quid mihi credis, lector, leges, *τῶν ἀπαντώντων*, non *τῶν ἀπάντων*, id est, occurrentium: meliore multo sententia. Palm. Emendationem *Palmerii* firmant Codd. W. et L. Vid. *Jambl.* p. 44. Solan. *Ἀπαντώντων*) Sic fere videtur dare voluisse *Junt.* spiritum enim lenem habet; contra quam aliae; dein *ἅπαν* constituit finem versus, ac *τῶν* initium facit sequentis, qua ratione tanto facilius fit, ut correctores omissam syllabam non animadvertant. Reitz.

Ead. l. 9. *Εἰς Μουσικοῦ*) Scil. *οἶκον*, ut *Aristoph.* Lysistr.

v. 1064. *ἦλεν οὖν εἰς ἐμοῦ τήμερον.* Noster Hermot. c. 32. *ἐς Πλάτωνος*, ac saepe alibi. Vid. not. *Solani* ad p. 3. T. I. ubi *εἰς διδασκάλου*, non *εἰς διδασκάλους* Nostro dici solere, contra *Bourdelotium* probat. Sed satis jam exemplorum dedit *L. Bos* de Ellips. v. *οἶκος*, neque haec vulgaria hic repeterem, nisi in transitu inquirere juvaret in haec *Alciphronis* I. Ep. 12. pag. 48. *ἐς τέ τα πήτων τινῶν ξενικῶν καὶ ἑφεστριδων κατακλινείς* ubi pro *ἐς τε* *Berglerus* legi vult *ἐπί τε*. Sed vulgata videretur simili ellipsi exponi posse, intellecto *τινάς* verum quia *τινῶν* sequitur, durius hoc esset. At apud eundem I. 18. pr. *ἀκούω γάρ σε λοιδόρου*, (vel potius *λυφοῦ*) *γυναικὸς ἐρᾶν, καὶ ὡς ἐκείνης φθειρόμενον.* Ubi posteriora vertuntur, *et ad illam itiones damnosas instituendo*, nam *φθείρεσθαι* significatum *abeundi* habere probatum erat Ep. 13. p. 51. Sed pro *ὡς ἐκείνης* corrigit *Berglerus ὡς ἐκείνην*. Verum possit etiam pro *ὡς*, *ἐς* legi, et genitivus *ἐκείνης* retineri. Etsi enim *ὡς* Attice pro *εἰς* vel *πρὸς* (vel pro *ὡς πρὸς*) adhibetur millies, ubique tamen accusativum habet. Si vero et alibi cum genitivo inveniretur, *ὡς ἐκείνης* simili ellipsi *τοῦ οἶκον* exponendum servarem. Reitz.

Ead. l. 10. *Τοῖς φιλοσόφοις ψυχῆς*) Multo malim *φιλοσόφου*, ut ad *ψυχῆς* referatur, cui proprie est adjunctum *φιλόσοφον* esse. Jucundius etiam cadere sic junctura videtur. Certe sine fraude fuerit interpretationem ita instituisse. Gesn. Nec *φιλόσοφα μαθήματα* vituperandum censeo, nec *ψυχῆς μαθήματα*, nec utrumque simul. Certe quod *ψυχὴ* proprie dici potuit *φιλόσοφος*, inde non puto sequi, sic etiam h. l. vel scribendum, vel interpretandum, fuisse; nisi scriptori veteri aliena velis tribuere. Lehm.

Pag. 299. l. 3. *Εἶθ' αἱ λιπαραὶ παλαῖστραι, καὶ πρὸς ἡλίου μεσημβρινὸν θάλπος ἐγκονίζεται τὸ σῶμα πυκνούμενον*) In Ms. legitur *ἐγκονίεται*, quod frequentius est illo: utitur etiam *Xenophon*, et alii non raro simplici *κονίομαι*. Est proprium palaestrae verbum, exerceor in palaestra. *Dein unctae palaestrae, et ad solis meridianum calorem exercet corpus firmatum.* Nota sunt omnia de athletico pulvere. Graev.

Ead. l. 5. *Ἰδρῶτες*) Haec Luciani *Berglerus* componit cum *Alciphr.* I. Ep. 34. f. Sed quia non magni momenti, non repetam. Reitz.

Ead. l. 10. *Σωφροσύνην ἠσπάσαντο*) Conf. supra Abdic. cap. 18. Adde *Alciphr.* III. Epist. 24. f. *οἷόν ἐστι — σωφροσύνην ἀσπάζεσθαι.* Reitz.

Ead. l. 12. *Ἡδίους ὕπνους*) *Ὕπνους* plur. num. ne mire-

ris. Dixit et *Long.* Past. I. pag. 27. τῶν ὕπνων ἐξέδορεν. Ut poetas omittam. Adde mox cap. 49. REITZ.

Pag. 300. l. 1. *Τῶν ὀμμάτων βολαί*) Supra quidem cap. 3. eadem phrasis, sed aptiore loco: est enim ibi, *ἴλαραὶ τῶν ὀμμάτων αἱ βολαί. Alciphr.* III, 1. καὶ τὰς βολὰς τῶν ὀφθαλμῶν ἔστι κνανάγης. *Herodian.* I, 7, 9 ὀφθαλμῶν τε γὰρ ἀρθμοὶ καὶ πυρώδεις βολαί. Verum si recte dicas, *vel coecus hoc videat*, quidni et *coeca oculorum acies* dicatur? REITZ.

Ead. l. 6. *Ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου κεθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν*) Respexit ad Oden Sapphus, a *Catullo* Latine redditam. MENAG. Vide *Catullum* pag. 112. et 118. KUSTER. Immo fontem ipsum adeas, in fragm. Sapphus, apud *Longinum.* SOLAN. Vid. *Longin.* 10. 2. *Mor.* LEHM.

Ead. l. 12. *Νόσος*) Anglic. *νόμος ἐπιψεύσειεν αὐτῷ.* BOURD.

Pag. 301. l. 4. *Κωφὴν*) An *κούφην*; videbimus in Addendis. REITZ. Pro *κούφην* facit, quod sit epitheton solitum: pro *κωφὴν* vero, quod mortui dicuntur turba silentum, quodque adeo mortuum non possumus rogare, quis sit. Et quia de mandatis ultimis praemittit, videtur iis opponi taciturnitas mortui; eoque vulgatum defendi potest. Prius tamen fere magis arridet. IDEM *in Addend.* Non ex eo, quod solitum est, judicari debet hujus scriptoris oratio: imo vero ea ipsa, quae minus sunt solita, maxime ille amat. Quapropter *κωφὴ κόνις* minime videtur alienum ab hac artifice manu. LEHM.

Ead. l. 7. *Συνεξέπνευσε*) Correxerat *Solan. συνεξέπνευσεν.* Sed non est necessarium, neque editionem inveni, quae sic habeat. REITZ.

Ead. l. 9. *Μεσίτην*) Fuit, cum *μεσίτιν* mallem, ut Dianae simulacrum, quod rapuerunt, intelligeretur; nunc de amore intelligo: nondum enim de Dianae signo sermo est. SOLAN.

Ead. l. 12. *Ὀρέστην ἐλαννούσας ποινάς*) Delphis obsessus Furiis, Apollinis consilio venit Athenas in Minervae delubrum, cujus consilio vincens reversus est Argos. Has vero Furias placans vocavit Eumenidas apud *Aeschylum.* COCN. Ex *Orest. Eurip.* adscriptum in marg. *Ald.* 1. *Wese.* REITZ.

Ibid. Ἐλαννούσας ποινάς) Dixi ad *Petron.* BOURD.

Ead. l. 13. *Τὴν δὲ ἐρωτικὴν φιλίαν*] *Ἡφαίστου* vult

Jacobus, intelligens eam animi conditionem, quam auctor paullo ante verbis, *ἡ θεοῖς γελῶσα ἡρωϊκὴ φρόνησις*, designaverat, et qua pluribus agit *Lucianus* in Toxari §. 1 — 11. De masculi amoris consuetudine intelligeret *Jacobus*, si scriptum esset *τοὺς δὲ ἐρωτικούς*, ut *φιλίαν* ad sequens *ἐπίτηδευσιν* referretur. At vana est utraque tentatio. Nam *ἐρωτικὴ φιλία* illud est amicitiae genus, quod capite praecedente miro cum studio descriptum legeris; et *amatoria amicitia* Orestae et Pyladae tributa minime repugnat hujus styli indoli. Mox etiam disertius utrique dicitur alterius *ἐραστής*. LEHM.

Pag. 302. l. 3. *Ἀφρὸν ἀπέφα*) *Ἀφρὸν τ' ἀπέφα*. GUYET. *Ἀφρόν τ' ἀπ. — ἵστημι*.) Ex *Euripide* restituimus primam vocem, minus recte in libris nostris habentem; praetermissa etiam depravarant *B.* 2. et *Par. Euripid.* Iphig. Taur. 311. SOLAN.

Ead. l. 8. *Ὑπὲρ ἀλλήλων*) Ita est in Quom. Hist. c. 12. *ὑπὲρ ἐμοῦ μονομαχοῦντα, pro me pugnantem*, et alibi passim. De hoc significatu praepositionis *ὑπὲρ*, exponendo per *pro* et *propter*, quod saepe eodem recidit, vid. plura testimonia producentem *Jac. Elsner.* ad l. Epist. ad *Corinth.* XV, 29. ubi *βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*. REITZ.

Ead. l. 9. *Τὰς ἐπιστολὰς*) De unis literis accipiendum, quasi ad imitationem Latini *literae*. Ita apertissime *Alciphr.* II. Ep. 4. pr. *Ὡς διεπέμψω μοι τοῦ βασιλέως τὰς ἐπιστολὰς, εὐθὺς ἀνέγνων*. REITZ.

Ead. l. 12. *Τὸ γὰρ* etc.) *Eurip.* Iph. T. 598 — 603. SOLAN.

Pag. 303. l. 9. *Τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου*) Conf. supra Demon. cap. 1. REITZ

Ead. l. 12. *Ὡς ἀληθῶς*) Conf. si operae videtur, supra Lexiph. c. 22. de Salt. c. 2. m. Alexand. 61. Et *ὡς ἀκριβῶς* Hermot. c. 56. Ac *Bergler.* ad *Alciphr.* I. Ep. 30. f. REITZ.

Ibid. Σοφῶν) *Callimacho* tribuit *Stobaeus*, apud quem prior versus non exstat. Vid. *Grot.* Flor. 477. SOLAN. Prior versus, sic sonans:

Ὄλβιος, ᾧ παῖδές τε φίλοι καὶ μοῦνος ἵππος

hoc addito:

Καὶ κύνες ἀγρευταὶ καὶ ξένος ἀλλοδαπός.

tribuitur poëtae cuidam a *Platone* in Lyside p. 141. Tom. IV. Ed. *Stallbaum.* *Solonem* auctorem esse *Ruhnkenius* credit ad *Callimach.* Tom. I. p. 421. Jam quum sequens versus cum hemistichio a *Stobaeo* Serm. CXIV. *Callimacho* tribuatur, *Ruhnke-*

nius ille ibidem putat hos diversorum auctorum versus in textu nostro per interpositam post ἵππου copulam καὶ distinguendos fuisse. Quod mihi quidem secus videtur. Liberius haec τῶν σοφῶν ἀποφάσεις pronuntiata, omisso altero versu, qui minus huc faceret, additaque alio alius auctoris, qui priorem confirmaret arctius ei Pentametri instar adjunctus. Hexametri enim formam, quae in Edd. veteribus, nec non in *Reitz.* et *Bip.* secundo huic versui data est, vitiosam esse, in oculos incurrit. Tacite *Schneiderus* Pentametrum restituit, voce κοῦροι ad sequentem versum transposita. Lehm.

Reg. 804. l. 4. Σωκράτης σοφώτατος) Oraculi hoc de Socrate ἔγκωμιον habuimus etiam supra, de Salt. §. 25. pr. Habebimus rursus infra in Rhet. praec. §. 18. Reitz.

Ead. l. 7. Ὃς ὑπὸ μιᾷ χλ.) Vide Vit. Auct. c. 15. et quae illic a me annotata sunt. Solan. Adludit ad id *Alciphr.* I. Ep. 38. p. 176. scribens: ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἡγεμόνα κοιμωμένη χλανίσκιον. Ubi *Bergler.* adductis his *Luciani* verbis notat, male posteriore a *Benedicto* conversa esse, *qui sub una eademque patris clamyde*, quasi illa chlamys patris nescio cujus fuerit, cum castus somnus intelligatur, ut patet *Platonis* illum locum, quem ex ejus Sympos. adfert, ulterius legenti. *Philostr.* Epist. 44. ἦν πωγὼς ὁ Σωκράτης, ἀλλ' ὑπέτρεχεν αὐτοῦ τὴν τρίβωνα ὁ πλούσιος Ἀλκιβιάδης etc. Addo *Corn. Nep.* Alcib. cap. 2. *Ineunte adolescentia amatus est a multis more Graecorum: in iis a Socrate, de quo mentionem facit Plato in Symposio. Namque eum induxit commemorantem, se pernoctasse cum Socrate, neque aliter ab eo surrexisse, ac filius a parente deberit.* Reitz.

Ead. l. 12. Ἐρχιος) Quis est ille Erchius? Xenophon puto, de quo *Diogenes Laërtius*, Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἐρχιεύς. Nempe poëtae Ἔρχιος est, qui alias Ἐρχιεὺς dicendus erat. Reliqua de pago Ἐρχία dabit *Meursius* in reliquis Atticis C. S. Porro ad eum praesertim *Xenophontis* locum respexisse videtur *Callimachus*, (inter cujus fragmenta sedem CVII. huic adsignavit *Bentlejus*) qui habetur Memor. Socr. I, 29. seq. ubi narratur, quibus quasi gradibus ab impuro et suillo, ut ibi vocatur, Euthydemi amore Critiam revocare Socrates voluerit. Gesn.

Ead. l. 13. Ἐράσητε) Angl. ἐρῶντε. Boeun. Sic et W. quod forte non de nihilo esse dicit *Jensius*. Perc. liter. Mihi vero de nihilo esse videtur, nisi alia lectio forte ibi lateat, quam

ego tamen non curiose quaeram, quum non opus esse videam. Lehm.

Pag. 305. l. 1. *Εἵνεκα*) Poëticum esse ajunt Lexicographi; iisque certe frequentius, quam prosae scriptoribus. Ideo tamen hic nihil muto. Nam et apud *Nostrum* infra de Dea Syr. cap. 14. *καὶ Σεμιράμιος εἵνεκα.* Verum ibi Ionica Dialecto loquitur, et Ionibus familiare *τὸ εἵνεκα* pro *ἕνεκα*, ut *Hippocr.* S. I. Aph. 3. et passim. *Herodot. εἵνεκεν* p. 2. bis, et seqq. ubivis. Sed et Attici scriptores ita interdum enuntiant. *Th. Mag. Ἕνεκα, καὶ εἵνεκα, Πλάτων., Δημοσθένης, καὶ οἱ ἄλλοι. Θουκυδίδης δὲ ἀεί, ἕνεκα.* Adde *Nostrum* de Dom. c. 8. Quod W. autem *εἵνεκεν* habet, nihili est; *κακόφωνον* enim hic foret propter duo sequentia in *ν* terminata. Nam *ἕνεκε* et *ἕνεκεν* promiscue scribitur, sequente consona. Ita *ἕνεκεν καὶ* invenio in Inscript. quam exhibet *Montfaucon* in Diar. Ital. pag. 43. f. *ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΤΝΟΙΑΣ.* In alia vero pag. 38. *ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΕΝΕΚΕ ΚΑΙ ΕΤΝΟΙΑΣ*, ut alia obvia omittam. *Ἕνεκε* tamen sequente vocali non scriberem. Reitz.

Ead. l. 8. *Αἰθὴρ μετὰ γῆν ἐκδέχεται τοὺς ταῦτα ζηλοῦντας. εἰς δὲ ἀμείνονα βίον ἀποθανόντες ἔχουσι τῆς ἀρετῆς γέρας τὸ ἄφθαρτον*) Sic recte Ms. *Coelum post terram eos excipit, qui istis rebus student. Ad meliorem vitam morientes praemium virtutis consequuntur incorruptibile.* Vulgo sine sensu legitur, *οἱ δὲ ἄμεινον ἀποθανόντες*, et vertitur, *qui meliori fato morientes*, tanquam alii essent, quam de quibus in praeced. verbis loquitur. Ne dicam, *ἄμεινον ἀποθανεῖν* Graecis nihil esse, nec id significare, quod ex depravata lectione ceciderant interpretes. Graev.

Ead. l. 9. *Εἰς δὲ ἀμείνονα βίον*) Ita W. P. et L. quod in impressis est, *οἱ δὲ ἄμεινον.* Solan.

Ibid. Ἀμεινον ἀποθανόντες) Augl. Cod. *ἐν δὲ ἀμείνονα βίον ἀποθ.* Bourd.

Ead. l. 13. *Φρονοίην*) Sic *Ven.* utraque. In reliquis et in ipso M. *φρονοῖεν*, corrupte. Solan. Ὅ, τι *φρονοίην* legendum suaderet series orationis, etsi libri omnes *φρονοῖεν* haberent. Quid enim? hoc exspectant litigantes, ut quid ipsi sentiant, judex pronuntiet, an suam ut sententiam, sanum judicium promat? Quam facile autem fuit, inter dictandum, vel a describente, in *φρονοῖεν* mutari *φρονοίην*, praesertim qui Attica forma *φρονοίην* pro communi *φρονοῖμι*, non satis esset familiaris. Sed jam hanc sic dederat *Aldus*, a quo operae posteriores, et interpres, male

recesserunt. GESN. *Φρονοίην*) Quod *Solan.* noster sic monuit corrigendum, id etiam *Gesnerus* tam sponte, quam ex *Aldina* sua recte vidit; cumque res ipsa flagitet, non haesitavi in deserenda vulgata *φρονοῖεν*. REITZ.

Pag. 306. l. 5. *Θηραμένης — Κόθορνος*) Vide *Xenoph.* Ed. St. pag. 273. 11. et *Plut.* in Nicia. *Aristoph.* etiam, cujus Scholiastes haec verba *Luciani* affert, 258. A. SOLAN. Theramenem *Cothurnum* vide ap. *Xenophontem* Hist. Gr. II, 3, 31. cf. ibid. §. 47. (*Weisk.* Ed.) et quos ibi laudarunt *Morus* et *Schneiderus*. Cognominis sensum et rationem docte explicat et illustrat *Benj. Weiskius* in singulari excursu Historiae Xenophonteae praemisso p. XXXI. Proverbium vero, ex illo cognomine natum: *εὐμεταβολώτερος κοθόρνου*, dictum in hominem mutabilem et inconstantem, commemorant *Suidas* s. v. *εὐμεταβολώτερος*, et *Erasmus* Adagg. suo loco. Sed quae *Suidas* de Theramenis ipsius persona, in variis locis, ut s. v. *δεξιὸς*, *Θηραμένης*, *κόθορνος*, tradit, vix ea inter se conciliari possunt. Unde et Scholia nostra ad h. l. ancipitis fidei sunt, nec sine aliqua cautione sequenda. LEHM.

Ibid. *Ὁ Κόθορνος*) Cum Edd. *κόθορνος* haberent, ego *Koθ.* majore litera exaravi, monitus ab Scholiast. *Aristoph.* ad Ran. v. 1001. ubi ait: *Θηραμένης — Κῶος δὲ ἐλέγετο εἶναι, καὶ Κόθορνος. Λουκιανὸς Ἔρωσιν· Ὡς καὶ ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ Κόθορνος* etc. Quae illi cum nostro Scholiast. conveniunt. Etsi enim cothurni calceamenti significatio manet, tamen cognomentum quasi in nomen proprium abiit. Sed res est parvi. REITZ.

Ead. l. 9. *Γάμοι*) Facete ludit in nuptias. *Menander* in fragm. 10. *Γάμος γὰρ ἀνθρώποισιν εὐκταῖον κακόν*, *optabile malum hominibus sunt nuptiae.* Ceterum *γάμοι* etiam de unis nuptiis frequentatur: vid. *Aristoph.* AV. 132. et *Evang. Matth.* XXII. ubi ter, quater, modo singul. modo plurali numero occurrit. Sic *ἐπιστολαὶ* de una epistola *Alciphr.* L. 2, 4. pr. Conf. et Nostrum Dial. Meretr. VII. et alibi non semel. REITZ.

Ead. l. 13. *Παιδερασταῖν δὲ ἐφείσθω μόνοις φιλοσόφοις*) *Davis.* (quam consulendum in marg. jussit *Hemsterh.*) ad *Cic.* Tusc. Disput. cap. 34. observat, ad *Platonis* impuritatem hic adludere *Lucianum*. Cum turpia sint, quae in Phaedr. et Sympos. de amore scripsit ille philosophus, qui *παιδερασταῖς* nimis amicum se praebuit, ut *Tertullian.* de Anima, ejus verba

repetens, (quae hic repetere nolo) ei exprobret: *adeo etiam inter philosophos magnum habet privilegium impietas.* Alios veterum, qui *Platonis* versus amatorios exhibuerunt, eumque hoc nomine notarunt, vid. ibid. in nota *Davisii*, ubi tamen addit *Augustin.* de Civit. Dei L. 2. cap. 14. et *Apul.* de Habit. Doctr. Plat. pag. 610. qui ejus de amore sententiam vitio vacare ajunt. Reitz.

Pag. 307. l. 4. Ὁ δ' Ἀθηναῖος ἱλαρῷ τῷ τρόπῳ φαιδρὸς ἀναπηδήσας, προῄει σφόδρα σοβαρῶς.) Sed Ms. ἱλαρῷ προσώπῳ φαιδρὸς, quod quis non amplectatur? *Atheniensis hilari vultu, alacer exiliens incedebat valde elate.* Graev.

Ibid. Ἱλαρῷ τῷ τρόπῳ) Angl. τῷ προσώπῳ. Aliter tamen interpres; nec male. Bourd. Ἱλαρῷ scribentem *Bourdelotium* reliqui; nec enim semper ejus festinantem calamum corrigere volui, quod nec *Hemsterh.* facere vidi. Reitz.

Ead. l. 8. Τἀπινίκια) Perperam in novissimis Edd. legitur, ἑστιάσαντος αὐτοῦ τὰ πινίκια, pro quo recte in antiquioribus τἀπινίκια. Jens.

Ead. l. 16. Μελιτίδην) Margitem innuere opinor. Vide tamen, quae de hoc fatuo leguntur apud *Aristoph.* p. 258. D. E. et quae ad eum locum annotavit Scholiastes. Vide et *Aelian.* V. H. XIII, 15. et consule ibi notas: perperam in Ed. Tornaesiana legitur Μελιτιάδ. Solan. Scholiastae locus, ad quem remittit *Solanus*, est *Aristoph.* Ran. v. 1021. ubi inter alia Μελιτίδην δὲ τὸν εὐήθη dicit, eumque παρὰ τὸ μέλι sic dictum ait. Reitz.

Ibid. Κόροιβον) Idem Scholiastes l. c. E. Solan.

Pag. 308. l. 6. Τοῦ παιδεραστοῦ) Florent. Cod τοῦ παιδερασταστεῖν. Bourd.

Ead. l. 12. Κλίμακα) *Si non tangendi copia est, eho, ne videndi quidem erit? Si illud non licet, saltem hoc licebit, certe extrema* linea *amare, haud nihil est. Ter.* Eun. III, 2. *Linea* ἀντὶ τοῦ βαθμοῦ, pro *gradu* sumitur. Vide *Donat.* et *Nonnii* σύμμικτα. Vorst. Sic *Philemon.* fr. 65.

Ὁρᾶτε πάντες πρᾶγμα, εἰσ' ἐδανάμασαν,
Ἔστιν ἐπεθύμησεν, εἰς ἐλπίδα
Ἐνέπεσον· οὕτω γίνετ' ἐκ τούτων ἔρως.

Solan.

Pag. 309. l. 4. *Εὐθὺ*) Eodem redire, legasne *εὐθὺ*, an *εὐθύς*, vid. supra ad c. 42. et alibi dictum. Reitz.

Ead. l. 9. *Αἱ γὰρ φανεραὶ* etc.) Ex Ms. refinge: *αἱ γὰρ φανεραὶ μετὰ τῶν αἰσθητῶν συμπεριπλοκαὶ τὴν ἡδονὴν συνάπτουσιν.* Vocat oscula, et improbae manus pertrectationes *αἰσθητά*. Vulgo *μετὰ* omittitur. Graev. *Αἰσθητὰ* ego nec cum *Graevio* intelligo, nec cum vetere Interprete de *iis, quae sensu percipiuntur*, sed cum *Gesnero* facio, vertente *partes sensibiles*, quandoquidem is molliores corporis partes cogitavit, quae rebus externis percipiendis maxime omnium patent. Sic vero patet praepositionem *μετὰ* alienam ab h. l. esse. Aliud vero in textum vulgatum se insinuaverat vitium, articulus *αἱ* ante *φανεραὶ*, quem marg. A. 1. W. et ipsa *Aldina* 2. et hinc etiam *Juntina*, emendatum praebent, quamquam in J. *ἡ* legi traditur pro eo, quod debebat, *ἤ*. Sic restituto loco nunc etiam *Gesneri* interpretationem mutare placuit, quae antea sic legebatur: *cum manifestae illae sensibilium partium complexiones voluptatem conglutinent. Aut igitur latenter* etc. Lehm.

Pag. 310. l. 6. *Εἴτ' ἀπὸ μηρῶν προοιμιασάμενος κατὰ τὸν κωμικὸν αὐτὸ ἐπάταξεν*) Interpres: *dum ducto a tumoribus exordio juxta Comicum ipsum percutit.* Haec verba perobscura sunt, sed illustrantur illis, quae leguntur apud *Diogenem Laërtium* in vita Cleanthis: *φησὶ δὲ ὁ Ἑκάτων ἐν ταῖς χρείαις εὐμόρφου μειρακίου εἰπόντος, εἰ ὁ εἰς τὴν γαστέρα τύπτων γαστρίζει, καὶ ὁ εἰς τοὺς μηροὺς τύπτων μηρίζει, ἔφη μέν, σὺ μὲν τοὺς διαμηρισμοὺς ἔχε μειράκιον· Hecaton autem in Chriis inquit, formoso adolescente dicente, si in ventrem percutiens γαστρίζει, etiam in femina verberans μηρίζει, inquit Cleanthes, tu quidem, o adolescens, habe interfeminales pulsationes.* Nimirum *μηρίζειν* est inter praetextata verba, de *παιδεραστῇς*· vide quae notavit vir et amicus summus *Aeg. Menagius* ad hunc locum, et *Paul. Leopardus* Emendat. XVII. c. 32. Graev.

Ead. l. 7. *Κωμικὸν*) Quis hic Comicus sit, nescio; nec quid voluerit, meum est inquirere, aut, si scirem, enarrare. Solan.

Ead. l. 8. *Μετεωρολέσχαι*) Vid. Prom. in Verb. 7. Solan.

Ead. l. 9. *Τὴν αὐτοὺς τοὺς κροκάφους*) *Alciphr.* I. Ep. 34. pr. *Ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας, σμυός τις ἐγένου καὶ τῆς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας.* Ubi *Bergler.* haec *Luciani* adducere non est oblitus: item ex Dial. Charont. Merc. et Mort. *ὑπὲρ*

γὰρ τὸ μέτωπον ταύτας (ὀφρῦς) ἐπῆκεν. Aliaque, ubi data opera ejusmodi absurdis hyperbolis utuntur. Sic *Alexis* ap. *Athen.* VI. pag. 224. *b* ait *supercilia supra capitis verticem habere.* Reitz.

Ead. l. 10. Ἐρωτικὸς γάρ ἦν, εἴ τις περὶ καὶ ὁ Σωκράτης) Ipse Socrates apud *Lucianum* in Auctione philosophorum, παιδεραστής εἰμι, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά. Menag. Sed confer, quae modo ad c. 49. pr. dicta. Item quae ad c. 51. Reitz.

Ead. l. 13. Οὐδὲ γὰρ ὁ Πάτροκλος ὑπ' Ἀχιλλέως ἠγαπᾶτο) Similiter *Martialis* lib. XI. Epp. 44. *Aeacidae potior levis amicus erat.* Aliis Achilles, Patrocli τὰ παιδικά. Menag.

Ead. l. 15. Δέγμενος) *Homer.* Il. IX, 191. Solan.

Pag. 311. l. 1. Μεσίτης ἡδονῆ) Lege μεσίτις. Guyet. An μεσίτις; Menag. Politissimus *Menagius* emendat μεσίτις. Nihil verius. Supra c. 27. φιλίας μεσίτιν τράπεζαν παραθέμενοι. Jens. Μεσίτις Cod. Ms. Ox. et W. uti emendare jusserat *Menagius.* In omnibus impr. μεσίτης, prave. Solan. Scribi debebat μεσῖτις. Leum.

Ead. l. 4. Μηρῶν etc.) Tragici cujuspiam versiculus. Guyet. Tragici cujuspiam aut Comici versiculus. Menag. (Jambicus enim trimeter est, sive senarius: nam Καλλίων facit initium versus sequentis. Reitz.) Neque, hoc unde sit, scio, aut scire allaboro. Certe non Homericum. Adi tamen *Plut.* 1337. 2. Socrates apud *Xenophontem* in Συμπ. amicum Achillis, non amasium, fuisse probat pag. 523. l. 40. Ed. *Steph. Apollodorus* etiam Achillis amasium vocat III. p. m. 97. B. Solan. Apud *Athenaeum* L. XIII. c. 8. p. 602. E. *Casaub.* hic leguntur *Aeschyli* versus ex ejus Myrmidonibus:

> Σέβας δὲ μηρῶν ἅγιον (ἁγνὸν) οὐκ ἐπῃδέσω
> Ὦ δυσχάριστε τῶν πυκνῶν φιλημάτων.

Cf. *Aeschyl.* Fragmm. in Edit. *Schütz.* Tom. V. p. 85. Unde satis probabiliter colligi potest, versum nostrum indidem esse petitum; quae *Porsoni* est sententia ad *Eurip.* Med. v. 720. Falso autem ille a nonnullis pro septenario Jambico habetur. et redditur a *Gesnero:*

> *Femorum tuorum sancta consuetudo pulchrior.*

Rectius alii senarium statuunt; quod vel inde patet, quod in plerisque Edd. vett. vox καλλίων majori litera *K* exarata reperitur. Quid autem *Belinum* in not. ad vers. Francogall. Tom. III. p. 601. permoverit, ut ita versum legi juberet:

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF

Μηρῶν τί τῶν σῶν εὐσεβοῦς ὁμιλίας
Κάλλιον; —

equidem non video, nec omnino video, cur ea, quae per se sunt salva, emendare placeat. LEHM.

Ead. l. 6. *Κωμαστὰς*) Vox est Eidylliorum scriptoribus usitatissima, pro his, qui cantu puellis blandiuntur, et earum amorem captant. *Theocrit.* Eidyll. 3. COON. Ille certe apud *Theocritum* Idyll. 3. *κωμαστὴς* Amaryllidis amorem aperte prae se fert. GESN. Vid. *Bion.* VII, 4. ibique *Manso*. LEHM.

IMPRESSIT BENEDICT GOTTHILF TEUBNER.

CORRIGENDA.

Pag. 1. l. 11. leg. *denuo* pro *denue*.
— 17. l. 4. leg. οὗτος pro οὕτος.
— 26. l. 12. col. 2. leg. *quod* pro *quo*.
— 50. l. 9. corrige *εἰ δ' ἐμοῦ* pro *εἰ δέ μου*.
— 53. l. 5. col. 1. distingue *dis — putatipnem*.
— 55. l. 13. leg. *γεωργοῦμεν* pro *γοωργ*.
— 62. l. 12. col. 1. leg. *solas* pro *salas*.
— 79. l. 20. leg. *sola* minori litera initiali.
— 87. l. 2. leg. *πόλιον* pro *πόλιον*.
— 90. l. 1. — *θεούς* — *θεοῦς*.
— 100. l. 14. — *Λεπίδῳ* — *Λεπίδῳ*.
— 101. l. 2. — *προσελθὼν* pro *προσελθῶν*.
— 104. l. 3. col. 1. leg. *vigente* pro *vingente*.
— 113. l. 9. leg. *διασώζομαι* pro *διος*.
— 124. l. 11. leg. Ζεὺς pro Ζεὸς.
— 125. l. 25. — *οἴμοι* — *οἶμαι*.
— 137. l. 25. leg. *Gorl.* *ὑπεταράττετο* pro *ἐτετ*.
— 147. l. 8. leg. *Ἥλις* pro *Ἤλις*.
— 155. l. 14. leg. *πτύχον* pro *πτύπον*.